6
9-b
37

6
13 N
M
29

6-9, 6, 37

VIII. C 28

Q. ASCONII PAEDIANI IN ORATIONES M. TULLII CICERONIS ENARRATIONES

Q. ASCONII PAE
diani in Orationes M. Tullii Ciceronis Enarrationes nu=
per qua licuit cura, ac diligentia collatis, adhibitiſq; vari
is exēplaribus recognitæ, ac locis inumeris reſtitutæ,
cum Georgii Trapezuntii, in eiuſdem Ciceronis
Orationem pro Q. Ligario docta ac perelegan
ti Interpretatione, Adnotationibuſq; ac Com
mentariis Antonii Luſci Vincētini, in re
liquas Ciceronis Actiones, quarum
Elegātia, ac ſummum artificium
adamuſſim his libris expli=
cātur. Cūverborū ac
rerum indice,

Regioque Ad Triennium Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pertinet ad Bibliothecã S. Francisci Transtyberĩ 1716.



1520.

Vænūdantur Luteciæ, ſub Scuto Baſilienſi.

GVLIELMVS BVDAEVS, NICOLAO BERALDO .S.

AVdio te Conrado Reſcho bibliopolæ operam
dare, qui emendatum Ciceronis Interpretem
Aſconium imprimēdum ſuſcępit,& in lucem
edendum. Quod etſi te diligenter facturum
non ambigo, ac pro ſingulari tua animaduer=
ſione, acrimoniaque accuraturum, officii ta=
men mei eſſe duxi commonefacere te etiam,
etiamque, tibi eſſe videndum ne qui aliis ī ope
ribus induſtriam tuam cum īgenio ſtudioſis li=
terarum bonarum probaſti, in hoc libro, qui
multo maior eſt atque amplior, quam pro numero magnitudineque
chartarum, non tui tu ſimilis fuiſſe videare. Cuius ille vigilātiam, qua
ſi Ariſtophanis lucernam, adhibendam eſſe exiſtimauit ad authoris
Claſſici reſtitutionem elucubrandam. Eſt enim eius libri quod ad ęta
tem noſtram peruenit, & breue, & valde mendoſum, Sed quod ſi re=
ſtitutum fuerit, laboris compendium allaturum ſit non aſpernan
dum iis, qui ad lectionem adſpirant, et intelligentiam Ciceronis
Orationum, quarum ille laudatiſſimas enarrauerat, atque commodiſ
ſimas. Abſque eo autem foret. Quam multa ſunt antiqui moris in=
ſtituta memorabilia quæ nunc ignorarentur? Ita multorū ſummi Ora
toris locorum verborumque obſcuritas lumina clariſſima obruiſſet
earum orationum, aut ſplendori certe offuiſſet eximiæ præcellentiſ=
que facundiæ. Quod ſi mihi nunc in vrbe eſſe feriato contigiſſet, li
bens ipſe quoque in eandem cauſam incubuiſſem, operamque qualē=
cūque Mancipi ipſi impreſſorū, vel tibi, vel Reipu. dediſſem Et erat
(opinor) vnde ſymbolam conferrem in medium, ſi tamen in vrbe agē
Symbola. ti condiceretis. Hæc ad te ſcripſi rediturus in villam meam. Vale mi
Beralde, et quod facis faccito, ſcite & diligenter.

quarta

¶INDEX EORVM Quæ apud Aſconium adnotatione digna viſa ſunt.

A

Abſolutio folio.l.
Accuſatus iiij.
Accuſator q̄s & q̄lis ēē debeat. xlv.
Accuſator etiam ſuos teſtes accuſabat. lxix.
Accuſari Ciceroni videbatur indecorum. lxxj.
Accuſatorum mos lxxix.
Aduocati Milonis xvj.
Adſpirare xlix.
Aedes appollini vbi xlij.
Ampliatio l. Anteſignanus. xv.
Antronius folio.xxxv.
Animaduertere lxiiij.
Appius Clodius decēuir xxxvij.
Aſſertor q̄ aſſerit & vēdicat. xxx.
Aſportare lii. Aſtu vrbs.lxvii.
Aſtutus idē. Aſpendi⁹.lxxix.

B

Bona Ciceronis publicata. v.
Bonus pro magno lxxxviii.

C

Canon folio.xciij.
Catilina repetundarū accuſat⁹. iiii.
Cato prętor ix. Caſſius xxi.
Cati⁹ celſus xxxi. Catilina. eodē.
Catilia caput marii p̄ vrbē tulit.lxi.
Cædes Clodii quando xxi.
Celeuſma lvi. Cenſi qui.lxxxvi.
Chirographum lxxxiiii.
Ciceronis bona publicata v.
Ciceronis fides xviii.
Ciceronis verba xxxviii.
Cicero ęqueſtri loco natus xxxix.
Clodius xxxi.
Clodianorum duo genera ii.
Collegia Romę ſublata iii.
Collegia ſenatuce.ſublata xxxv.
Cōdēnatio l. Cōplexio liii.
Comedia quinq; act⁹ cōtinet. liiii.
Corrupta iudicia lvii.
Contaminata iudicia idem
Cōfiſcare lxiii. Cognitor lxxiii.
Comperendinatio lxxv.
Compilare lxxvii.
Corinthus euerſa lxxix.
Comitia lxxx.

D

De lapide emptus v.
Delubra xlvi. Delibrata. idem.
Deportare lii. Deſtrict⁹. lxiiii.
Decurio xci.
Diuidere ſententiam xxi.
Dies. lix. Diuiſores tribuū. lxiii.
Dolobellę duo xxxv.
Domitius Aenobarbus xviii.
Duę familię Clodiæ xii.

E

Ecce lxii. Epheſus lxxxiiii.
Exordiū vulgare vitioſum liii.
Exiſtit lxxviii.

F

Familia frugi ii. Fauſt⁹ ſylla.ix.
Fabia veſtalis xliii.
Ferendorū ſuffragiorū mos lxv.
Fabruari⁹ lxxxiiii. Fiſcus lxiii.
Fornix oib: lxii.
Frumentum decumanum liii.
Fuluia Clodii. xv.

G

Gratia amicorum copia lxiiii.
Gn.piſo pugiūcul⁹ hiſpaniēſis lxiiii
Gręci ocioſi & leues lxxxi.

H

Hore lxxv.
Honeſtus pro diuite lxxxviii.

I
Impluuium lxxxi.
Interceſſit elegāter ꝑ oppoſuit. vij.
Interrex xxij. Index qs liii.
Interpellare lxxxii.
Indictio xciiii.
Indicia penes eqſtrē ordinē x.
Iulius orator & poeta xii.
Iudices in leges iurabant lxii.
Iurati iudices lxiii.
L
Leges a Pompeio latę xvii.
Lex mālii. xxii. Lex plātia.xxvii.
Lex Licinia xxxii.
Lex calphurnia de ābitu.xxxiii.xlii
Lex ſte ꝑſequēdis piratis xxxiiii.
Lex piſonis de ambitu xxxvi.
Lex caſſia xxxvii. Lex aurelia.idē.
Lex Roſcia idem
Ludi cōpitalicii & prętextati iii.
Luci⁹ tribulus prętorius xi.
Ludi magici lxv.
Ludi victorię. lxvi.
M
Manubia xci. Meſſana idē.
Milonis & Clodii inimicitia. xiiii.
Minos quæſitor lxxi.
Mos veterū iudiciorum lxxii.
Mos Ciceronis idem
N
Narratio in exordio xlvi.
Nephandū nepharium lxxii.
Neque particule vſus xi.
O
Obnunciatio iiii.
Obturbatores ac ſordidi aduocati.lv.
Obligat⁹ lxiiii. Obſeruare. lxviii.
Oblatio xciii. Oppugnare. lix.
Oratorū dicta.xlix. Orbita xci.
P
Patroni quot in iudicio lx.
Patronus xlviii.
Pecunia pub.deerat xxxiiii.
Philodemus quis vii.
Philippus conſul aduerſus druſum tri.pl. xxxii.
Prætor peregrinus xl.
Præſtringere aciem liiii.
Præſtigiatores idem
Prodere lix. Pretorū officia.lx.
Pretor quis. lxxvii. Pretoriū. idē.
Predes lxxxvii.
Q
Quęſitor xxii.
Quadruplatores l.&.xciiii.
Quęſitores qui lxv.
Quæſtores vrbani lxxii.
R
Rediread ſe lvi. Renūciatio. lx.
Reiectio iudicum lxxii.
Ruffuli lxvi.
S
Sacra via xxiii. Saecularii. xlii.
Serta tecta lx. Satiſfacere lxxxiii.
Scaurus viii.
Scribonus libo xxxiij.
Seplaſia v. Seqſtres emiſſarij. lj.
Sertorius victus lxviii.
Sector lxxix. Sectores lxxxi.
Senopes lxxxiiii.
Sortes,ſortitio xxxiii.
Solitaurilia xlvii.
Sporte,ſportullę,ſportellę lxiij.
Sylla fœlix xxx.
Syngrapha lxxxiiii.
T
Tabulę in ciſtā coniectæ l.
Terentia Ciceronis xliii.
Teſtimoniū de auditione lxxviii.
Theatrū fa.j. Toga lxxxvj

Tigranis fili⁹ dimiſſ⁹ a clodio. xxiij.
Tyro Ciceronis libertus xxiiii.
Tribunitiæ ptãtis iminutio xxix.
Triumuiri capitales lv.
Tribus vrbane ruſticę quot. lxiii.
Tribuni militares lxvi
Tribuum numerus lxxiiii.
Tribus vnde idem
Trierarchus lxxix.
Tralititia lxxxvii.

V

Varro gilba xxvii.
Verres repetundarum poſtulatus a ſiculis xliiii.
Verba oxymora xlvi.
Via appia xxiiii.
Victorię ludi lxvi.
Vlciſcor quid l.

INDEX EARVM Orationum quas Luſc⁹ enarrauit, & quarum artificium explicuit.

Georgii Trapezuntii in Orationem pro Ligario Commentarius elegans. folio. xcviii.
Luſci in Orationem Pompeianam. folio. clviii.
In oratione pro Milone. f.clxxvii.
In Plantianam fo.ccxii.
In oratione pro Sylla f.ccxxxiiii.
In oratione parchia poeta. ccxlviii.
De laudibus Cæſaris ob Marcellum reſtitutum folio.cclili.
In Oratione pro Ligario fo.cclxi.
In orationem pro deiotaro. f.cclxxv.
In orationem pro Au. Cluentio. folio.cclxxxvii.
In oratione pro Quintio. f.cccv.
In oratione pro Lelio Flacco. cccxv.
In orationem, qua Cicero reuocatus ab exilio ſenatui gratias egit. cccxxv
In orationem cuius principium eſt. Quod precatus ab ioue Opti. Max. folio. cccxxv.
In Orationem cuius principium eſt. Cum multa diuinitus qua reſtituendam ſibi domum ſuam Cicero contendit. fo.cccxxvii.
In orationem cuius principium eſt. Si quis iudices, qua Cicero. M. Clodium de Veneficio accuſatum defendit. fo.cccxxix.
In orationem cuius principium eſt. Si authoritates patronorum. folio cccxxix.
In orationem cuius principium eſt. Heſterno die. fo.cccxxxi.
In orationem. Si quando inimicorũ. folio eodem.
In orationem. Si quis ante iudices. folio.cccxxxiii.
In orationem contra Vatinium. folio.cccxxxiiii.
In oratione de ſortiendis prouinciis. folio.cccxxxv.
In inuectiuas Ciceronis. cccxxxvii.

FINIS.

EX TEXTV REGII PRIVILEGII.

CAVTVM EST CONRADO RESCHO Bibliopolæ per Regium priuilegium, ne cui liceat alii Aſconii hæc in Orationes Ciceronis commentaria, cum aliis adiectis, alibi, vel imprimere, vel impreſſa huc vendunda importare ad Triennium, pena graui contra facientibus imponenda, ſicuti aperte in Regio Dyplomate continetur, cuius exemplum apud ſe Conradus habet idipſum deprompturus atque Exhibiturus, quoties opus fuerit, & iure petetur.

STVDIOSIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EX OMNIBVS, QVI COMmenta
ria in libros Ciceronis ſcripſerunt, nuſquam
nõ celebrantur Doctiſſimi ac Diligẽtiſſimi
duo, Aſconius Pædianus, Et Fab. Victorinus.
Quorum alter in orationes, alter in Rhetori
cos M. Tullii cõmentaria ſcripſit. Sed Pędia
nus (ĩquit Laurẽtius) vt ętate prior, ita doctri=
na longe ſuperior. Scripſerat is quidem elegã
tiſſimas ac doctiſſimas enarrationes in Orati=
ones aliquot M. Cicerõis, quibus multa veterũ
ĩſtituta noſtris ignota temporibus pulcherrime, ac doctiſſime explica
bantur. Adnotauerat et multa ad latinę linguæ proprietatem pertinẽ
tia, e quibus nonnulla etiam in libros Elegantiarum Laurentius tran
ſtuliſſe exiſtimatur, vtinamque non tranſtuliſſet modo, ſed omnia eti
am cum puluiſculo, vt dicitur, cõuerriſſet. Neque enim eruditiſſimũ
opus, cuius vmbram vix adhuc tenemus, noſtra hęc ætas deſideraret.
Cæterum quum (vt ille inquit) furor ſit poſt omnia perdere naulum,
Operis exoptati reliquias, eaſque æui ſuperioris ĩcuria multis locis corru=
ptas qua licuit fide ac diligẽtia reſtituimus. Nã vlcera Chironiaque cu
rari nullo modo poterant, ſatius duximus non attingere, quam temere
quæuis tentare Remedia, ariolatriceq; coniectura in plęriſque vti Va
le lector Candide.

ASCONII PAEDIANI PATAVINI IN QVASDAM CICERONIS ORATIONES ENARRATIO.

VITTORIO EMANUELE

CONTRA.L.PISONEM.

HAEC ORATIO dicta eſt.Cn.Pompeio magno.ij.coſſ.Marco Craſſo.ij.ante paucos dies quam.Cn.Pompeius ludos faceret,quibus Theatrum a ſe factũ dedicauit.hoc intelligi ex ipſius Cice.verbis poteſt,quæ in hac oratiõe poſuit.dixit ei ſic. Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimiq; ludi.Feneſtella quidem poſuit hãc inter eas orationes,quas dixit Cicero.L.Domitio,Appio Clau.coſſ.vltimam.Sed vt ego ab eo diſſentiam facit primum,quod Piſo reuerſus eſt ex prouincia Pompeio & Craſſo coſſ.Gabinus Domitio & Appio.Hãc autem orationem dictam ante Gabini reditum, ex ipſa manifeſtũ eſt.Deinde quod magis naturale eſt ꝙ ĩ ipſo recẽti reditu inuectus ſit in Ciceronem,reſponderitque inſectationi eius qua reuocatus erat ex prouincia,quam poſt anni interuallum. Apparet autẽ Ciceronem reſpondiſſe Piſoni.In ſumma cum dicat ipſa oratione Cicero inſtare magnificẽtiſſimos,apparatiſſimoſque ludos,nõ video quomodo hoc magis Domitio & Appio coſſ.dictum ſit,quib⁹ coſſ.nulli notabiliores ludi fuerũt,quam Pompeij & Craſſi,quo anno Pompei⁹ exquiſitiſſimis magnificentiſſimiſque omnis generis ludis Theatrũ dedicauit.

Theatrũ a Põpeio ędificatũ.

ARGVMENTVM.

¶ Argumentum huius orationis breue admodum eſt.nam cum reuocati eſſent ex prouincijs Piſo & Gabinus ſententia Ciceronis,quam dixerat de prouincijs conſularibus Lentulo & Philippo coſſ.reuerſus in ciuitatem Piſo,de inſectatione Ciceronis in ſenatu conqueſtus eſt,& in eum inuectus.fiducia maxime Cæſaris generi,qui tum Gallias obtinebat.Piſoni Cicero reſpondit hac oratione.

ENARRATIO CIRCA VERS.A.PRIMO.

¶ Quod minimũ ſpecimen in te ingenij,ingenij autem.immo ingenui hominis ac liberi,qui color eſt.Ore ipſo patriam aſpernaris.oratione genus

 tione genus

tione genus,moribus nomen. Tametſi hæc oratio inſcribitur in. L. Piſonem,tamen non puto vos ignorare hunc Piſonem ex ea familia eſſe,quæ frugi appellata ſit,& ideo dicit,aſpernari eũ moribus nomẽ.

Familia frugi.

CIRCA VERS. LXXX.

¶Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet,vnde ſe is ortum gloriari ſolet. Neque enim hæc mea natura fert,nec municipij præſer tim de me optime meriti dignitas patitur. Magnopere me hæſitare confiteor,quid ſit quare Cicero Placentiam municipium eſſe dicat. Video enim in annalibus eorum,qui Punicum bellũ ſecundum ſcri pſerunt tradi Placentiam Coloniam deductam per Calen. Iañ. pri mo anno eius belli Cornelio Scipione patre Africani prioris. T. Sẽ pronio longo coſſ. Neque illud dici poteſt,ſic eam Coloniam eſſe de ductam quemadmodum poſt plures ætates Cn. Pompeius Strabo pa ter Cn. Pompeij magni tranſpadanas Colonias deduxerat. Pompe ius enim non nouis colonis eas conſtituit,ſed veteribus incolis manẽ tibus ius dedit latij,vt poſſent habere ius quod cæteræ latinæ Colo niæ,id eſt vt petendi Magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adipi ſceretur. Placẽtiam autem ſex millia hominum noui coloni deducti ſunt,in quibus equites deducendi fuit cauſa,vt opponerentur Gallis qui eam partem Italiæ tenebant. Deduxerunt triumuiri. P. Corneli us Aſina. P. Papirius Naſo,Cn. Põpeius,Cn. Cornelius Scipio,eã que in coloniam. l i i j. deducta ineſſe inuenimus. Deducta eſt autem Latina. Duo porro genera earũ coloniarũ quæ a. P. R. deductæ ſunt, fuerunt,itaque aliæ Latinorum etiam. De ſe autem optime meritos Placentinos ait,quoniam illi quoque honoratiſſima decreta erga Cice ronem fecerunt,certauerantque in ea re cum tota Italia cum de reditu eius actum eſt.

Placentia Colonia.

Coloniarum duo genera,

PAVLO POT.

¶De auo Piſonis materno. hic cum adhuc Placentiæ foret conſedit & pauci in eam ciuitatem, tum vt erat aſcendit. prius enim Gallus, dein Gallicus,extremus Placentinus haberi cœptus eſt. hoc quoque dicit ciuitatem fuiſſe. ab eadem perſuaſione ponit Placentiam muni cipium fuiſſe. Auum autem Piſonis primo Gallum fuiſſe, ideo ait quidem veniſſe eum in Italiam, dicit tranſalpis quidẽ ꝙ in Italia cõ ſederit Placentiæ poſtquam accitus ſit a Placentinis auus multo poſtea tempora fuit,quibus Placentia Colonia deducta eſt.

CIRCA VERS. A. PRIMO.

¶Lautiorẽ pater tuus ſocerũ quã. C. Piſo,i illo luctu nõ ei filiã meã collocaui,quẽ ego poteſtas cũ omniũ fuiſſet,vnũ potiſſimũ delegiſ ſem. Quis fuerit Piſonis pater,ipſe ſupra dixit his verbis. Inſuber qui dã fuit,id eſt mercator & præco. is cũ Romã cũ filio veniſſet,adoleſcẽ

tem nobilem

tem nobilē Caeſoniam hominis furaciſſimi filiū auſus eſt appellare. filiā collocauit, caluentinū aiunt eum appellatū ſæpius. Piſonis contra quē hęc oratio eſt ſocerum Rutiliū Atilium dictum Feneſtella tradit. Cicero filiam poſt mortem Piſonis generi, P. Lentulo collocauit, apud quem illa ex partu deceſſit.

CIRCA VER. A. PRIMO. CCLXX.

¶Ego in C. Rabirio perduellionis reo. xl. annis ante me coſ. interpoſitā ſenatus authoritatē ſuſtinui cōtra inuidiā, atque defendi. Poſſet aliquis credere Ciceronē quidē dicere. xl. annis factū eſſe, vt ex S. C. verſus L. Appuleium Saturniū Tribunū plebis numerētur. C. eñ Mario Cn. coſſ. ſed hic nō ſubtilis cōputatio annorū facta eſt, verum ſummatim tempus cōprehenſum eſt, vt perinde acciperet, ac ſi vixerit prope. xl. annis. hæc cōſuetudo ipſius. Itaque idē Cicero in ea quoque quā habuit in Catilinam in ſenatu ait. Octauus decimus dies eſt poſteaquā factū S. C. vt viderent coſſ. ne quid Reſpu. detrimenti caperet, dixit vigeſimum diē habere S. C. tanquam. *

CIRCA VERS. A. PRIMO. CCC.

¶Ego cum in contione abiens magiſtratu a TR. PL. dicere prohiberer ea quæ conſtitueram, cum is mihi tantummodo iurare permitteret, ſine vlla dubitatione iuraui Rempublicā, atque hanc vrbem mea vnius opera eſſe ſaluam. Diximus iam antea a Q. Metello nepote TR. PL. Ciceronem conſulatu abeuntem prohibitum eſſe concionari de rebus, quas in eo magiſtratu geſſit.

CIRCA VERS. A. PRIMO. CCCXX.

¶Dicit de ludis cōpitalicijs, quos Q. Metellus fieri vetuit (. Facio īiuriā fortiſſimo viro mortuo, qui illū, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cū hac importuna bellua conferam). ſed ille deſignatur Conſul cū quidā Trib. Ple. ſuo auxilio magnos ludos cōtra S. C. facere iuſſiſſet. priuatus fieri vetuit. tu cum Calen. Iañ. compitaliciorum dies incidiſſet, Sex. Clodiū, qui nūquā ante prętextatus fuiſſet, ludos facere & prætextatum volitare paſſus. L. Iulio, C. Mario. coſſ. quos & ipſe Cicero ſupra memorauit S. C. collegia ſublata ſunt, quæ aduerſus Rempublicā videbantur eſſe. Solebant autem magiſtri collegiorum ludos facere, ſicut magiſtri vicorum faciebāt compitalicios. prętextati ludi ſublatis collegijs diſcuſſi ſunt. Poſt nouem deinde annos quam ſublati erant P. Clodius Tri. Ple. lege lata reſtituit collegia. Inuidiā ergo & crimen reſtitutorum confert in Piſonem, quod cum coſ, eſſet paſſus ſit antequam lex ferretur facere prętextatos ludos Sex. Clodiū Is fuit familiariſſimis Clodij, & operarum Clodianarum dux, quo authore poſtea illato ab his corpore Clodij curią cū eo incenſa eſt, ques

* Collegia Romæ ſublata. Ludi compitalitij & ꝑtextati

ludos tunc quoque fieri prohibere tentauit L.Munius Tribunus Plebis. Ante biennium autem antequam reſtituerentur collegia Q.Metellus Celer coſ. Magiſter ludorum,ludos compitalicios facere prohibuerat(vt Cicero tradit)quamuis authore Trib.Pleb.fierent ludi,cuius Tribuni nomen adhuc non inueni.

PAVLO POST.

¶ Ergo his fundamentis poſitis Conſulatus tui triduo poſt inſpectāte te & tacēte a fatali portento prodigioque Reipu.lex Aelia & Fuſia euerſa eſt,propugnacula murique tranquillitatis atque ocij. Collegia non ea ſolum quæ ſenatus tulerat reſtituta,ſed innumerabilia quædā ex omni fece vrbis,ac ſeruitiis cōſtituta. Ab eodē homine ī ſtupris inauditis nepharijſque verſato,vetus illa magiſtra pudoris & modeſtiæ cenſura ſublata eſt. Diximus L.Piſone & Gabino coſſ.P.Clodium Trib.Pleb. quatuor leges pernicioſas P.R.tuliſſe,Annonianā de qua Cicero mentionem hoc loco non facit.fuit enim ſumme popularis,vt frumentum populo,quod antea ſenis ęris ciuibus in ſingulos modios dabatur gratis daretur. Alteram ne quis per eos dies quibus cū populo agi liceret,de cælo ſeruaret, propter quam Rogationem ait legem Fuſiam & Aeliam propugnacula & muros tranquillitatis atque ocij euerſa eſſe. Obnunciatio enim,qua pernicioſis legibus reſiſtebatur,quam Aelia lex confirmauerat,erat ſublata. Tertiam de collegijs reſtituendis,nouiſque inſtituendis,quam ait ex ſeruitiorum fece conſtitutam. Quartam ne quem Cēſores in ſenatu legendo præterirent, neue qua ignominia afficerent,*niſi quis* apud eos accuſatus & vtriuſque Cenſoris ſententia damnatus eſſet.hac ergo eius lege cenſuram, quæ magiſtra pudoris & modeſtiæ eſt,ſublatam dicit.

Obnunciatio.

PAVLO POST.

¶ Perſequere cōtinentes his funeribus dies pro Aurelio Tribunali nec cōniuente quidem te,quod ipſum eſſet ſcelus,ſed etiam hilarioribus oculis quam ſolitus eras intuente,delectus ſeruorum habebatur ab eo,qui nihil ſibi vnquam,nec facere,nec pati turpe duxit, Profecto intelligitur P.Clodium ſignificari.

CIRCA VERS. A. PRIMO.

Catilina repetundarum accuſatus.

¶ Dicit de Caſtoris templo(id autem templum ſublato aditu reuulſis gradibus a coniuratorum reliquijs atque Catilinæ præuaricatore quondam,tum vltore armis teneretur,Catilinam lege repetundarum abſolutum eſſe,accuſante P.Clodio,iam dictum eſt.

STATIM.

¶ Cū equites Ro.relegarētur. Viri boni lapidibus e foro pellerentur T.Clamiam a Gabinio coſ.edicto relegatū eſſe iam diximus.

CIRCA VER.

CIRCA VERS. PRIMVM. DCXX.

❡ Seplaſia mehercule, vt dici audiebã, vbi te primum aſpexit Căpanum coſ. repudiauit. dictum eſt in diſſuaſione legis agrariæ apud populum, plateã eſſe Capuæ, quæ Seplaſia appellatur, in qua vnguentarij negociari ſint ſoliti. Ergo eos quoque qui in ea platea negociarentur, dicit inuitos Piſonem vidiſſe, cũ Capuã coſ. venit, qum eos a quibus ille expulſus erat adiuuiſſet. Seplaſia.

CIRCA VERS. A. PRIMO DCXX.

❡ Et quod in hac vrbe maius vnquam incendiũ fuit, cui non coſ. ſubueniret? At tu illo ipſo tempore apud Socrum tuam, cui domum meã exhauriendam patefeceras, ſedebas. poſt profectionẽ ex vrbe Ciceronis, bona eius P. Clodius Publicauit, poſtquã direpta ſunt omnia quę aut in domo, aut in villis fuerunt, & ex eis ad ipſos collata complura, domus direpta primum, deinde inflammata, ac diruta eſt. Socrus Piſonis quæ fuerit, inuenire non potui, videlicet quod Authores rerum non perinde in domibus ac familijs fœminarum, niſi Illuſtrium, ac virorum nomina tradiderunt. Bona Ciceronis publicata.

PAVLO POST.

❡ Ac ne tum quidẽ emerſiſti lutulento cæſo e miſerrimis naturæ ſordibus, cum experta tandem virtus celeriter, & verum amicum & optime meritum ciuem & ſuum priſtinum morem requiſiuit. Profecto Cn. Pompeium ſignificari intelligis,

CIRCA VERS. A. PRIMO. DCCC.

❡ De me cum omnis magiſtratus promulgaſſent, pręter vnum Prætorem, a quo non fuit poſtulãdum fratrẽ inimici mei, præterque duos de lapide emptos. Tribu. legem Comitijs Centuriatis tulit. P. Lentulus coſ. frater ille inimici mei id eſt P. Clodij Ap. Claudius ſicut iam ſæpe ſignificabitur fuit frater. duos Tribunos de quibus ipſis quoque iam diximꝰ, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebat. Sex. Statilium Serranum, & Q. Numerium ſignificat. Emptas de lapide.

CIRCA MEDIVM.

❡ Appellatus eſt hic Vulturius illius prouicię (ſi dijs placet) imp. ne tum quidem Paule noſter tabellas cum laurea Romam mittere audebas. Confido vos intelligere L. Paulum hunc ſignificari, qui fuit pater naturalis Africani poſtetioris, de Macedonia, atque vltimũ eius de rege triumphauit. Macedoniam autem Piſo, in quę hęc oratio eſt, obtinuit, propter quod Paulum eum appellat, irridens eum quod ibi ſe non proſpere geſſit.

CIRCA MEDIVM.

❡ Marcellus qui ter Conſul fuit ſumma pietate, gloria militari perijt

 in mari,

Marcelli mors.

ín marí,quí tamen ob virtutem gloria & laude viuit.Fortaſſe quæratis quem dicat Marcellum,fuit autem M.Marcellus is quí bello Punico ſecundo Syracuſas vicit &.v.Cōſulatus adeptus eſt.Hic autem Marcellus,de quo Cicero dicit, naufragio ad ipſam Aphricā perijt, paulo ante cœptū bellum Punicum tertium.Idem cum ſtatuas ſibí ac patri,itemque Auo poneret,in monumentis Auí ſuí ad honoris & virtutis decorē ſubſcripſit.hí Marcelli nouíes coſ.Auus quinquíes,Pater ſemel.itaque neque mentitus eſt,& apud imperitiores patris ſuí ſplendorem auxit.

CIRCA VER.A.NOV.DCCC.

Domus honoris cauſa publíce ædificatæ.

¶ Me conſequentibus diebus ín ea ípſa domo,qua tu me expuleras, quam incenderas Pōtífices,coſſ.Præt.collocarunt,míhique,quod antea nemíní, pecunia publica ædificandam domum cēſuerunt.hoc Cícero oratorio more,non hiſtorico videtur poſuiſſe.nam multis ætatibus ante Ciceronem nulli id cōtigiſſe verum eſt.nemini vero vnquā antea.videamus ne parum caute dicamus.Antiquis enim temporibus idem contigit.Nam Valerio Maxímo(vt Antias tradidit)inter alios honores domus publicē ædificata ēſt in palatio , cuius exitus quo magis inſignis eſſet,& ín publicum verſus declinaretur .hoc eſt extra príuatum aperiretur. Varronem autē tradere M.Valerío , quia ſępius vicerat,ędes in Palatio tributas.L.Higinius dicit ín libro priore de Viris claris P.Valerio Valeſij filio Publicolę ædes publicas,vbí nunc ædes victoriæ eſt, Populum ex lege quam ipſe tulerat cōceſſiſſe tradunt,& Antíochí regi filio obſidi domū publice ædificatam,inter quos Atticus in Annalibus,quæ poſtea dicitur Lucij poetæ fuiſſe. Varro quoque ín libro.iij.de vita.P. R.quo loco refert quam gratus fuerit erga bñmeritos dicit Murrhínę quod í Sicília cū equitatu ſuo tranſierat ad nos,ciuitatem Romæ datam,ædeſque,& pecuníam ex Aerarío.Vídeamus tamē num ideo Cicero dicat ſibi,quod antea nulli,domum pecunía publica ex Aerario ædificatam,quia íllis aut locus publíce datus ſit,aut domus quæ non fuerat eorum,propter illos publico ſumptu ædificata.Ciceronis domus quæ fuerat ipſius,& díruta,atque íncenſa erat,& conſecrata,publico ſumptu ędificata ſit,quod nouum,& huíc primo,aut adhuc etiam ſoli contigit.

* [marginal asterisk]

CIRCA VER.A.NOVIS.DCCCXX.

¶ O ſtultos Camillos,Furios,Fabricíos,Calatinos,Scipiones, Marcellos, Maxímos.O amētē Paulū,ruſticū Maríū,nullius conſilij patres horum amborum Conſulum,quí triumpharunt.Díxímus hanc orationem eſſe dictam Cn.Pompeio Magno. i j.M.Craſſo.i j. coſſ. Pompeij pater bello Italico de Picentibus M.Craſſi pater P.Craſ-

ſuſante bellum Italicum de Hiſpanis triumphauit.

CIRCA VER. A. NO. DCLX.

¶Eadem cupiditate vir ſummo ingenio prǽditus Cotta nullo certo hoſte flagrauit, eorum neuter triumphauit, quod alteri illum honorē collega, alteri mors ademit. Credo vos quærere, & quis hic Cotta, & quis ille collega Craſſi fuerit. fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpitij, qui eſt in dialogis Ciceronis de oratore ſcriptis, cum decretus illi eſſet triumphus, mortuus eſt ante diem triūphi, cum cicatrix vulneris eius, quod ante plures ānos ī prœlio acceperat, reſciſſa eſſet. Repente autem Craſſo collega fuit Q. Scęuola Pontifex, qui cum animaduerteret Craſſo propter ſummam eius in Repu. potentiam ac dignitatem, ſenatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitauit. R. P. magis quam collegæ habere rationem, ac ne fieret S. C. interceſſit. Sed idem prouinciam, cuius cupiditate plęrique etiam boni viri delinquebant, depoſuerat, ne ſumptui eſſet oratio.

Cotta Orator apud Ciceronē de Oratore

Interceſſit elegāter, poppoſuit ſeſe vt vulgus Iuriſconſultorū loquitur.

STATIM.

¶Irriſa eſt a te pauloante M. Piſonis cupiditas triumphandi, a qua te longe dixiſti abhorrere, qui etiam ſi minus magnum bellum geſſerat, iſtum honorem emendum non putauit puer eruditior quam ipſe. Quis hic M. Piſo fuerit credo vos ignorare. fuit autem (vt puto iam nos dixiſſe) P. Piſo eiſdem temporibus, quibus Cicero, ſed tanto ætate maior, vt adoleſcētulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo etiā, quædā vitæ ſimilitudo, & multæ erant literæ. Orator quoque frequentior habitus eſt. biennio tamen ſerius quam Cicero coſ. fuit. triumphauit pro conſ. de Hiſpania Q. Hortenſio, Q. Metello Cretico coſſ. ante Ciceronis cōſulatum. Inſtāt poſt hominum memoriam apparatiſſimi, magnificētiſſique ludi, quales non modo vnquā fuerūt, ſed ne modo quidem fieri poſthac poſſint, poſſum vllo pacto ſuſpicari Cn. Pompeij ludos ſignificati, quibus Theatrum a ſe factū dedicauit, quibus ludis Elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo.

Ludi & Theatrū Pompeij

VER. A. NOVIS. DLX.

¶Eſt quidem Græcus, qui cū iſto viuit, homo vere, vt dicam. ſic enī cognoui humanus, ſed tam diu, aut cum alijs eſt, aut ipſe ſecum Philodemum ſignificat, qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus, cuius & poemata ſunt laſciua.

Philodemus quis.

CIRCA VER. A NOVIS. CCCXX.

¶Quāquā, quod a me attinet, nūquā iſtā imminuā curā inficiando

 tibi prope

tibi prope notius eſt, quam indicãdum ſit hunc verſum eſſe L. Accij Poetę, & dici a Thieſte Atreo.

CIRCA VER. A. NO. CC.

¶ Quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias ſocios ſtipendiarioſque miſiſti, manifeſtum eſt P. Clodium ſignificari.

CIRCA VER. A. NOVIS. CXX.

Lex iudiciaria quæ & a quib⁹ lata.

¶ Et quid vides, & quid ſentis. lege iudiciaria lata quod poſthac ſum⁹ habituri. Legē iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accuſatus eſt Verre a Cicerone, tulit Aurelius Cotta Prætor, qua communicata ſunt iudicia ſenatui, & equitibus Romanis, & Tribunis ęrarijs, rurſus deinde Pompeius in conſulatu ſecundo. quo hæc oratio dicta eſt ꝓmulgauit, vt ampliſſimo ex cēſu, ex centurijs aliter atque antea lecti iudices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent.

CIRCA VER. AN. VO. LXXXX.

¶ L. Opimius eiectus patria eſt, qui & poſt pręturam & coſ. maximis periculis Rempublicã liberarat. nõ in eum cui facta iniuria eſt, ſed in eis qui fecerunt, ſceleris & conſcientiæ pœna remanſit. Notum eſt Opimium in prætura Fregellas cæpiſſe, quo pacto viſus eſt cæteros quoque nominis Latini ſocios male animatos repreſſiſſe, eundemque in conſulatu Fuluium Flaccum Conſularem, & C. Gracchum Tribunitium oppreſſiſſe. ob quam inuidiam poſtea iudicio circumuentus eſt, & in exilium actus.

Q. ASCONII PAEDIANI. IN. L. PISONEM. FINIS.

PRO. M. SCAVRO.

HAnc quoque orationem eiſdē coſſ. dixit quibus pro Vatinio L. Domitio Aenobarbo, & Appio Claudio pulchro coſſ. ſummus iudicij dies fuit, a. iiij. Nonñ. Septembris.

ARGVMENTVM HOC EST

Scaurus Scauri ędilitas.

¶ Marcus Scaurus M. Scauri filius, qui princeps Senatus fuit, victricum habuit Syllam quo Victore & Munifico, in ſocios victoriæ ita abſtinens fuit, vt nihil neque donari ſibi voluerit, neque ab haſta emerit, ædilitatem ſumma magnificentia geſſit, adeo, vt in eius impenſa, opes ſuas abſumpſerit, magnumque æs alienum cõtraxerit. Ex Prætura prouinciã Sardiniam obtinuit, in qua neque ſatis abſtinenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & valde arrogãter, quod genus morum

nus morum in eo paternum videbatur, cum cætera induſtria nequã quam eſſet par .erat tamen aliquando inter patronos cauſarũ, ſed poſtquã ex prouincia redierat dixerat Pro C.Ca.iſque erat abſolut⁹ ad.iij. nonas Quint.ipſe eum ad conſulatus petitionem ad.iij.Calen. Qui. Romam rediſſet,querentibus de eo Sardis Ap.Valerio Triario adu leſcente parato ad dicendum & notæ induſtriæ,filio eius qui in Sardinia contra M.Lepidum arma tulerat,& poſt in Aſia legatus Ponto que L.Luculli fuerat, cum is bellum cõtra Mithridatem gereret,poſtulatus apud M.Catonem prætorẽ repetũdarũ,vt in actis ſcriptum eſt pri.Nõn.Quintil. poſt diem tertium quam Cato erat abſolutus. Subſcripſerunt Triario in Scaurum Q.M.L.F.& Q.Pacuuij fratres cognomine Claudij.qui inquiſitionem ĩ Sardiniam,itemque in Corſicam inſulas dies triecenos aecęperunt,neque profecti ſunt ad inquirendum,cuius rei hanc cauſam reddebant, quod interea comitia conſularia futura erãt,timere ergo ſe ne Scaurus ea pecunia quam ab ſocijs abſtuliſſet emeret conſulatũ,& ſicut pater eius feciſſet antequã de eo iudicari poſſet,Magiſtratum iniret,ac rurſus ante alias prouincias ſpoliaret,quam rationem prioris adminiſtrationis redderet. Scaurus ſummam fiduciam in paterni nominis dignitate,magnam in Cn. Pompeij magni reponebat.habebat enim filium liberorum Cn.Põpeij fratrem.nam tertiam Sceuolę filiam dimiſſam a Pompeio in matrimonium duxerat,M.Catonem autem,qui id iudicium (vt diximus) exercebat,metuebat admodum propter amicitiam,quæ erat illi cum Triario.nam Flaminia Triaria mater,& ipſe Triarius ſororem Catonis Seruiliam,quæ mater M.Bruti fuit familiariter diligebat. Ea porro apud Catonem maternam obtinebat authoritatem,ſed in eo iudicio neque Pompeius propenſum adiutorium præbuit. Videbatur enim apud animum eius non minus offenſionis contraxiſſe,quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiæ ab eo dimiſſam leuius feciſſe exiſtimaretur,cum eam ipſe probaſſet,quam gratiæ acquiſiſſe neceſſitudinis iure,quod ex eadem vterque liberos haberet. Neque Cato ab æquitate ea.quę & vitam eius & Magiſtratum illum decebat,quoquam deflexit. Poſt diem autem quartam quam poſtulatus erat Scau. Fauſtus Sylla tum quæſtor,filius Syllæ fœlicis, frater ex eadẽ matre Scauri,ſeruus eius vulneratus proſiluit ex lecticis,& queſtus eſt prope interẽptũ,eſſe competitionibus Scauri ,& ambulare cum trecentis armatis,ſeque ſi neceſſe eſſet vim vi repulſurum . Defenderũt Scaurũ ſex Patroni,cũ ad id tẽpus raro quiſquã plurib⁹ quã quatuor vteretur, Fuerunt autem hi ſex Publius Clodius pulcher, Marcus Marcellus, M.Calidius,M.Cicero M. Meſſalla niger Q.

Cato prætor.

Seruilia Catonis ſoror.

Fauſtus Sylla

Patroni quot in iudicio.

ger,Q.Hortenſius.ipſe quoque Scaurus dixit pro ſe,ac magno opere iudices mouit,& ſquallore & lachrymis & ædilitatis effuſa memoria,ac fauore populari,ac præcipue paternæ authoritatis recordatiõe.

ENARRATIO.

CIRCA VER.PRIMVM. XXXX.

CVm enumeraret iudicia,quæ pater Scauri expertus eſt,ſubdit etiam populi iudiciũ inquirente Cn.Domitio.Tri.Ple.Domitius qui coſ.fuit cũ Caſſio,cum eſſet tribunus plebis iratus Scauro,quod eum in augurum collegium non cooptauerat,diem ei dixit apud populum,& mulctam irrogauit,quod eius opera ſacra multa Po.Ro.diminuta eſſe diceret.Crimini dabat ſacra publica Po.Ro.deum penatiũ,quæ Lauinij fuerant,opera eius minus recte,caſteque fieri,quo crimine abſolutus eſt.Scaurus quidem,ſed ita,vt a tribus tribubus damnaretur,a.xxxvij.abſolueretur,& in eis pauca puncta inter damnationem & abſolutionem intereſſent.Ibidem reus eſt factus a Q.Seruilio Cepione lege ſeruilia cum iudicia penes equeſtrẽ ordinem eſſent,& P.Rutilio damnato nemo tam innocens videretur vt non timeret illa.Q.Seruilius Cepio Scaurum obligationis Aſiaticæ inuidiam & aduerſus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege.quam tulit Seruilius,Claudia Gracchia.Scaurus tãta fuit continentia animi & magnitudine,vt Cepionem contrarium detulerit,& breuiore die inquiſitiõis accepta effecerit,vt ille prior cauſam diceret.M.quoque Druſum TR.PL.cohortatus ſit,vt iudicia commutaret.Ibidem ab eodem,etiam lege Varia cuſtos ille proditionis eſt in crimen vocatus,vexatus a Q.Vario TR.PL.eſt non multo ante Italico bello exorto,cum ob ſocijs negatam ciuitatem nobilitas in inuidia eſſet Q.Varius.TR.PL.legem tulit,vt quæreretur de his quorum ope,conſilioque ſotij contra.P.R.arma ſumpſiſſent. Tum Q.Cepio vetus inimicus Scauri ſperans inueniſſe ſe quæſtionem opprimendi eius,egit vt Q.Varius TR.PL.belli concitati crimine adeſſe apud ſe Scaurum iuberet anno.lxxij.Ille per viatorẽ acceſſitus,cum iam ex morbo male ſolueretur diſſuadentibus amicis ne ſe in illa valetudine & ætate inuidiæ populi obijceret,inimicus nobiliſſimis iuuenibus proceſſit in forum,deinde accepto reſpondendi loco dixit.Q.Varius Hiſpan⁹ M.Scaurũ pricipẽ ſenatus ſocios in arma ait cõuocaſſe.M.Scaurus priceps ſenat⁹ negat,teſtis nemo eſt,vtri vos Quir-

Iudicia penes equeſtrẽ Ordinẽ.

vos Quir. conuenit credere? Qua voce ita omnium commutauit animos, vt ab ipſo etiam tribuno dimitteretur. Dicit iterum de patre. M. Scauri, Nō enim tantū admiratus ſum ego illum virum ſicut oēs, ſed etiā præcipue dilexi. Primus enim me flagrātem ſtudio laudis in ſpē impulit poſſe virtute ſine præſidio fortunæ, quo contendiſſem, laboreq; & cōſtātia peruenire. Poſſet aliquis quærere cur hoc dixerit Cicero, cū Scaurus Patricius fuerit, quę generis claritas etiam inertes homines ad ſummos honores prouexit. Verū Scaurus ita fuit Patricius, vt tribus ſupra eū ætatibus iacuerit domus eius fortuna, nam neque Pater, neque Auus, neque etiā Proauus (vt puto) propter tenues opes & nullā vitæ iduſtriā honores adepti ſunt. Itaque Scauro æque ac nouo homini laborandū fuit. Si me hercule iudices pro. L. tribulo dicerem quē vnū & omni memoria ſceleratiſſimū & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamē nō timerē venenū hoſpiti, aut cōiuiæ ſi diceretur cœnāti ab illo datū, cui neque hæres, neque iratus fuiſſet. L. hic Tribullus Prætorius fuit ætate patrū Ciceronis, is ꝓpter multa flagitia cū de exilio accerſitus eſſet ne in carcere necaretur, venenū bibit.

Lucius tribullus Prætorius

CIRCA TERTIAM PARTEM. A. PRIMO.

¶ Audimus. hoc vero meminimus ac pene vidimus eiuſdē ſtirpis & nominis, P. Craſſum ne in manus incideret inimicorum ſeipſum interemiſſe. hic Craſſus fuit pater Craſſi eius, qui æmulus potētiæ Cn. Pōpei fuit. Periit autē in dominatione. L. Cinnæ, cū ille & alios principes optimatum & collegam ſuum. Cn. Octauium occidit.

Craſſus.

STATIM.

¶ Ac neque illius Craſſi factum, neque ſuperioris, hiſdē honoribus, vſus qui fortiſſimus in bellis fuiſſet M. Aquilius potuit imitari. hęc verba quibus Cicero nunc vtitur, ac neque, eam videntur habere naturam, vt ſemel poni non ſoleant, quia eſt coniunctio diſiunctiua, ſed ſemper poſtulat, vt rurſus inferatur, & neque cum dicimus, vt neque hoc, neque illud. quo autem caſu acciderit, qua ve ratione, vt hoc loco Cicero hoc verbo ita vſus ſit, præſertim cum adiecerit illam appoſitionem, vt nomen intulerit poſtea alterum. neque perſpicere potui & attendendum eſſe valde puto. Moueor enim merita viri authoritate neque ignoro aliquando hoc verbum, neque, vel ſemel poni, vt in eadem hac oratione ante ipſe Cicero poſuit. Sic inquam ſe Iud. res habet. neque hoc a me nouum diſputatur, ſed quæſitum ab aliis eſt. Sed hoc loco, vt ſine præpoſitione illius verbi videamus eſſe poſitum, & tamen quo ſit ſecundum aliquid, inferri. nam cum dixerit neque hoc a me nouum diſputatur, infert, ſed quæſitum ab aliis eſt.

Neque particulæ vſus.

paulo poſt,

diæ tollat, aut cupiditatis. Demonſtraſſe vobis memini me hanc do= mũ in ea parte palatij eſſe, quæ cũ ab ſacra via deſcenderis, & per pro= ximũ vicũ, qui eſt ab ſiniſtra parte prodieris poſita eſt. Poſſidet eam nunc. Lõgus Cecin. qui coſ. fuit cũ Claudio. in huius domus Atrio fuerunt quatuor columnæ marmoreę Inſigni magnitudine, quę nũc eſſe in regia Theatri Marcelli dicũtur, vſus erat iis ædilis, vt ipſe quo que ſignificat in ornatu Theatri, quod ad tempus perquã ampla ma= gnitudine magnum fecerat.

VER. A. NOV.

¶Hæc cũ tu effugere non potuiſſes contẽdes tamẽ, & poſtulabis, vt M. Emilius cũ ſua dignitate omni, cum patris memoria, cum aui glo ria ſordidiſſimæ, leuiſſimæ, vaniſſimæ genti ac prope dicam, pellitis teſtibus cõdonetur. Auum nunc Scauri maternum ſignificat L. Me= tellum Pont. max. quẽ poſtea quoque nominat, nã patern⁹ auus, pro= auuſque Scauri humiles, atque obſcuri fuerunt.

VER. A. NO VIS. CLX.

¶Vndique mihi ſuppeditat, quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verũetiam oculi inciderint. curia illa vos de grauiſſi mo principatu patris fortiſſimoque teſtatur. L. ipſe Metellus Auus huius ſanctiſſimos deos illo conſtituiſſe in templo videtur in veſtro cõnſpectu iud. vt ſalutẽ a vobis nepotis ſui deprecaretur. Caſtoris, & Pollucis tẽplũ Metellus quem nominat refecerat. laudauerunt Scau= rum conſulares. i x. L. Piſo. M. Vol. Q. Metellus nepos, M. Perpen= na, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortenſius, P. Seruilius hiſauricus. Cn. Põpeius. Horũ magna pars per tabellas laudauerũt, qui aberant inter quos Pompeius quoque, nam quod erat procoſ. extra vrbẽ mora batur. Vnus prętereaadul eſcens laudauit, frater eius Fauſtus Corneli= us Syllæ filius. Is in laudatione multa humiliter, & cum lachrymis locutus non minus audientes permouit, quã Scaurus ipſe permoue= rat ad genua iudicum cũ ſententiæ ferrentur. Bifariam ſe diuiſerunt, qui pro eo rogabant, ab vno latere Scaurus ipſe, &, M. Glabrio ſororis filius, & Paulus, & P. Lentulus Lẽtuli nigri Flaminis filius, & L. Ae milius Buca filius, & C. Memius Fauſta natus ſupplicauerunt. Ex al tera parte Sylla Fauſtus frater Scauri, & C. Arõius Limo, cui Fauſta ante paucos menſes nupſerat dimiſſa a Memio, & T. Peduceus, & C. Cato, & M. Olena ſcortianus. Sententias tulerunt Senatores duo, & xx. Equites tres, & . xx. Tribuni ærarij, xxv. ex quibus damnauerunt Senatores. iii j. Equites. i j. Tribuni. i j. Cato præ= terea cum vellet de accuſatoribus in conſilium mittere, multi= que a populo manus in accuſatores intenderent, ceſſit imperitæ multitudini, ac

Templum Caſtoris & Pollucis.

multitudini,ac poſtero die in cõſilium de calumnia accuſatorum miſit.C.Triarius nullam grauem ſentẽtiam habuit.ſubſcriptores eius M.& Q.Pacuuij fratres denas,& L.Marius tres graues habuerunt Cato Prætor iudicium,quia æſtate agebatur,ſine tunica exercuit.Capiſtro ✶ ſub toga cinctus,in forũ quoque ſic deſcenderat,iuſque dicebat,idque reppererat,& vetere conſuetudine,ſecundum quam,& Romuli ætatis ſtatuæ in capitolio,& in roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis.

✶ vel cãpeſtri Statuę in Capitolio togatæ ſine tunicis.

PRO.M.SCAVRO FINIS.

INCIPIT PRO MILONE.

HAnc dixit Cn.Pompeio.iij.coſ.ad.vi.idus Apri.quod iudiciũ cũ ageietur,exercitũ in foro,& oĩbus in tẽplisq̃ circũ forũ ſunt collocatũ a Cn.Põpeio fuiſſe,nõ tãtũ ex ea ratione,& annalibus,ſed etiã ex libro apparet,qui Ciceronis nomine inſcribitur,de optimo genere oratorum.

ARGVMENTNM HOC EST.

Milonis,& Clodii inimicitiæ.

❡ Annius Milo,& P.Plautius Hipſeus,& Q.Metellus Scipio conſulatũ petierũt.nõ ſolũ largitiõe palã ꝓfuſa,ſed etiã factionib⁹ armatorũ ſuccincti.Miloni,& Clodio ſumme erãt inimicitię,quod & Milo Ciceronis erat amiciſſimus,in reducẽdoque eo enixe operam Reipublicæ dederat.& P.Clodius reſtituto Ciceroni erat infeſtiſſimus,ideoque ſumme ſtudebat Hipſeo,& Scipioni contra Milonen,ac ſæpe inter ſe Milo,& Clodius cum ſuis factionibus Romæ depugnauerant,& erat vtrique audacia par,ſed Milo pro melioribus partibus ſtabat.Præterea in eũdem annum cõſulatum Milonis Clodius Præturam petebat,quam debilem futuram coſ.Milone intelligebat.Deinde cum diu tracta eſſent comitia conſularia,perficique ob eas ipſas perditas Candidatorum contentiones nõ poſſent,& ob id menſe Ianuario nullidum neque Conſules,neque Prætores eſſent,traheretur que dies eodem,quo antea modo,dum Milo quamprimum comitia confici vellet,cõficeretque,cum bonorũ ſtudiis,quod obſiſtebat Clodio,tum etiam populo propter effuſas largitiones,impenſas quoque ludorum Scænicorum,ac gladiatorii muneris maximas,in quas tria prædia effudiſſe eum Cicero ſignificat,competitores eius trahere vellent,ideoque Pompeius gener Scipionis,& Lelius Numatius Tribunus Plebis,referri ad Senatum de Patriciis

conuocandis,qui

conuocandis, qui interregem proderent, non eſſent paſſi, cum interregem prodere moris eſſet ad. iij. Calen. Februa. acta etenim magis ſequēda, & ipſam orationem, quæ actis congruit puto, quā feneſtellā, qui ad. xiiij. Calend. Februar. tradit. Milo Lanuuium ✶, ex quo erat municipio, & ibi dictator ꝑfectus eſt ad Flaminē ꝑdendū. Poſtera die occurrit ei, circa horam nonam Clodius paulo vltra Bouillas rediens ab Aricia, prope eum locum in quo bonę deę ſacellum eſt. Erat autem allocutus Decuriones Aricinorum. Vehebatur Clodius equo, ſerui. xxx. fere expediti (vt illo tempore mos erat iter facientibus) gladijs cincti ſequebantur. erant cum Clodio pręterea tres comites eius, ex quibus eques R. vnus. C. Caſſinius Schola, duo de plebe noui homines. Milo Rheda vehebatur cū vxore Fauſta filia L. Syllæ dictatoris, & M. Fuſio familiare ſuo. ſequebatur eos magnum ſeruorum agmen, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti Euclamus, & Birria, ij. in vltimo agmine tardius euntes, cū ſeruis P. Clodij rixam cōmiſerūt, ad quem tumultū cū reſpexiſſet Clodius minitabūdus, humerum eius Birria Romphea traiecit, inde cum orta eſſet pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernā proximam, Bouillano delatus eſt. Milo vt cognouit vulneratum Clodium, cum ſibi periculoſius illud etiam viuo eo futurum intelligeret, occiſo autem magnum ſolatium eſſet habiturus, etiā ſi ſubeunda eſſet pœna, exturbari tabernam iuſſit. fuit Anteſignanus ſeruorum eius M. Fuſtenus, atque ita Clodius latens extractus eſt, multiſque vulneribus cōfectus, Cadauer eius in via relictū (quia ſerui Clodij, aut occiſi erant, aut grauiter ſaucij latebant). Sex. Tedius Senator, qui forte ex rure in vrbem reuertebatur ſuſtulit, & lectica ſua Romā ferri iuſſit, ipſe rurſus eodem, vnde erat regreſſus recępit ſeſe. platū eſt corpus Clodij ante primam noctis horam, infimæque plebis, & ſeruorum maxima multitudo, magno luctu corpus in atrio domus poſitum circūſtetit. Augebat autem facti inuidiam vxor Clodij Fuluia, quæ cum effuſa lamentatione vulnera eius oſtendebat. Maior poſtera die luce prima, multitudo eiuſdem generis cōfluxit, compluresque noti homines eliſi ſunt, inter quos C. Vibienus Senator erat. Domū Clodij ante paucos menſes emptam de M. Scauro in Palatio eodem Munatius Plancus frater L. Planci oratoris, & Q. Pompeius Rufus Syllæ dictatoris ex filia Nepos Tribu. Pleb. accurrerunt, eiſque obſtātibus vulgus imperitū corpus nudū Caldatū, ſicut in lecto erat, poſitum, vt vulnera videri poſſent, in forū detulit, & in roſtris poſuit Ibi pro contione Plancus, & Pompeius, qui competitoribus Milonis ſtudebant, inuidiam Miloni fecerunt. populus duce Sex. Clo-

vel lauinium

Sacellum bonæ deę.

Clodij cædes.

Anteſignan⁹.

Fuluia Clodij.

dio ſcriba corpus P. Clodij in curiā intulit, cremauitque ſubſellijs, & tribunalibus, & menſis, & codicibus librariorū, quo igne, & ipſa quoque curia flagrauit, & itē porta Baſilica, quę erat ei iūcta, ambuſta eſt, domū quoque M. Lepidi interregis. is enim magiſtrat⁹ currulis erat creatus, & abſentis Milonis eadem illa Clodiana multitudo oppugnauit. Deinde ſagittis repulſa eſt, tum faſces ex lecto libitinę ratos attulit ad domum Scipionis, & Hipſei. deinde ad hortos Cn. Pōpeij clamitans eū modo coſ. mō dictatorē Incendiū curiæ maiorē aliquanto indignationem ciuitatis mouerat quā interfectio Clodij. Itaque Milo quē opinio fuerat iuiſſe in voluntariū exilium inuidia aduerſariorū, recreatus, nocte ea redierat Romā qua incenſa erat curia, petebatque Milo deterius Cōſulatū aperte quoque tributim in ſingulos millia Aſſiū dederat cenationē, & poſt aliquot dies dedit M. Celius Tri. Ple. Accitus ipſe etiā cauſam, etiā ad populū dicebāt. vterque Miloni à Clodio factas eſſe inſidias. fiebāt interea alij ex alijs interreges, quia comitia conſularia propter eorū cādidatorū tumultus, & eādem manū armatā haberi nō poterāt, itaque primo factū erat. S. C. vt interrex, & Tri. Ple. & Cn. Pōpeius, qui procoſ. ad vrbem erat viderent ne quid detrimēti Reſp. caperet. delectus aūt Pōpeius tota Italia haberet, qui cū ſumma celeritate pręſidiū cōparaſſet. poſtulauerūt apud eū familiā Milonis, Fauſtęq; vxoris eius exhibēdā. duo adoleſcētuli, qui Appij Claudij ābo appellabātur, qui erāt C. Clodij filij, qui frater fuerat Clodij, & ob id illi patrui ſui mortē velut authore fratre pſequebantur, eaſdē Fauſtæ, & Milonis familias poſtulauerūt duo Valerij Nepotes, & Leo. & L. Herennius Balbus. P. Clodij quoque familiā comitum eius poſtulauit. eodē tēpore Cecilius familiā Hipſei, & Q. Pōpei Poſtulauit. Affuerūt Miloni, Q. Hortēſius M. Cicero M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Fauſtus Sylla verba pauca. Q. Hortenſius dixit liberos eſſe eos, qui pro ſeruis poſtularentur. nam poſt recentē cædē manumiſerat eos Milo ſub hoc titulo, quod caput ſuum vlti eſſent. Hæc agebantur mēſe intercalari poſt diem trigeſimum fere quam erat Clodius occiſus. Q. Metellus Scipio in ſenatu contra M. Cepionem conqueſtus eſt. de hac cæde P. Clodij, falſum eſſe dixit, quod Milo ſic ſe defēderet, & Clodium vicinos decuriones alloquendi gratia abiſſe profectum, cum ſex ac. xx. ſeruis. Milonē ſubito poſt horam quartā ſenatu miſſo cū ſeruis amplius. ccc. armatis obuiā ei cōtēdiſſe, & ſupra Bouillas inopinātē itinere aggreſſum, ibi P. Clodiū tribus vulnerib⁹ acceptis Bouillas platū, tabernā i quā pfugerat expugnatā a Milone. ſemianimē Clodiū extractū, in via Appia occiſum eſſe, annulūque eius ei morięti extractū, deinde Milonē cum ſciret

Lepidus interrex.

Aduocati Milonis.

cum ſciret in Albano paruulum filium Clodii veniſſe ad Villam,& cum puer ante ſubtractus eſſet ex ſeruo Halicore,quæſtionem ita habuiſſe, vt eum articulatim conſecarēt. villicum,& præterea duos ſeruos iugulaſſe ex ſeruis Clodii,qui dominū defenderint,vndecim eſſe interfectos.Miloni duos ſolos ſaucios factos eſſe,ob quæ Milonē poſtero die.x i i.ſeruos,qui maxime operam nauaſſent manumiſiſſe,populoque tributi ſingula millia æris ad defendendos de ſe rumores dediſſe.Milo miſiſſe ad Cn.Pompeiū dicebatur,quod Hipſeo ſumme ſtudebat,quod fuerat eius quæſtor, deſiſtere ſe petitiōe cōſulatus ſi ita ei videretur.Pompeium reſpondiſſe nemini ſe neque petēdi,neque deſiſtendi authorem eſſe,neque P.R.poteſtatem,aut conſilium, aut ſententiam interpellaturum.deinde C.Lucullū,qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni egiſſe quoque dicebatur,ne ſe de hac re conſulendo inuidia oneraret.Inter hæc cū crebreſſceret rumor Cneum. Pompeium creari Dictatorem,neque aliter mala ciuitatis ſedari poſſe , viſum eſt optimatibus tutius eſſe eum Conſulem ſine collega creari,Et cum tractata ea res eſſet in ſenatu facto in M.Bibuli ſentētiā,S. C.Pompeius ab interrege Seruio Sulpitio.v.Calen.Mar.menſe intercalario coſ.creatus eſt,ſtatimque conſulatum iniit.deinde poſt diem tertium de legibus nouis ferendis retulit.duas ex.S.C.promulgauit.Alteram de vi qua nominatim cędē in Appia via factam,& incendiū curiæ & domū, M.Lepidi interregis oppugnatam comprehēdit, alteram de ambitu pœnā grauiorem, & formam iudiciorū breuiorē,Vtraque enim lex prius teſtes dare.deinde vno die,atque eodem,& ab accuſatore,& ab reō perorari iubebat, ita vt duæ horæ accuſatori, tres reo darentur.His legibus obſiſtere M. Celius Tri.Ple.ſtudioſiſſimus Milonis conatus eſt,quod & priuilegiū diceret in Milonem ferri,& iudicia præcipitari.& cū pertinacius legem Celius vituperaret eo proceſſit,irę Pompeius,vt diceret,ſi coactus eſſet armis ſe R.P.defenſurum.timebat autem Pompeius Milonem,ſeu timere ſe ſimulabat.plerumque non domi ſuæ,ſed in hortis manebat,idque ipſe ipſum in ſuperioribus circa quos etiam magnanimus multum excubabat.Senatum quoque ſemel repetundus erat Pompeius,quod diceret timere ſe aduentum Milonis,Dein proximo ſenatu P.Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatū dixerat.Poſtularat,vt femur videret,& ille ſine mora tunicā leuarat.Tū M.Cicero exclamauerat omnia illi ſimilia crimina eſſe,quæ in Milonem dicerentur.Alia deinde Munatius Plancus Tribunus Plebis produxerat in cōtionē,M.Aemilium Philemonē notū hominem libertū M.Lepidi ſe dicebat,pariterque ſecuta quatu-

Leges a Pompeio latę,

* Munatius Plancus.

or liberos homines iter facientes inſuper veniſſe,cũ Clodius occidere
tur,& ob id cũ ꝓclamaſſent.abreptos,& ꝑductos ꝑ duos mẽſes in vil-
lã Milonis & præcluſos fuiſſe,eaque res,ſeu vera,ſeu falſa,magnã in-
uidiam Miloni contraxerat.Idemque Munarius,& Pompeius Tri-
bu.Pleb.in roſtra produxerant Triumuirum compitalem,eumque
interrogauerant,an Galatam Milonis ſeruum cędes faciẽtem depre-
hendiſſet . ille dormientem in taberna pro fugitiuo deprehenſum,
& ad ſe perductum eſſe reſponderat,denunciauerant tantum trium-
uiro ne ſeruum remitteret.Sed poſtera die Cecilius Trib.Ple.& Ma
nilius Camanus collega eius ereptum e domo Triumuiri ſeruũ Mi-
loni reddiderunt,Sed & nullam de his criminibus mentionem fecit
Cicero, tãtum,quia ita compereram putaui exponenda.inter primos
& Q.Pompeius.& C.Saluſtius,& T.Munatius,Plancus Tri.Ple.
inimiciſſimas contiones de Milone habebant,inuidiam etiam de Ci-
cerone,quod Milonem tanto ſtudio defenderet,atque maxima pars
multitudinis Populi infenſa,non ſolum Miloni,ſed etiam propter in
uiſum Ciceronis patrocinium.Poſtea Põpeius,& Saluſtius in ſuſpi-
tione fuerãt,in gratiam rediiſſe cum Milone,ac Cicerone.Plãcus au
tem infeſtiſſime perſtitit,atque in Ciceronem quoque multitudinẽ
inſtigauit.Pompeio autem ſuſpectum faciebat, Milonẽ ad perniciẽ
eius comparauit cum vociferarus.Pompeiuſque ob ea ſæpius quere-
batur fieri ſibi quoque inſidias,& id palam, ac maiore manu,ſe arma-
Ciceronis fi-
des.
bat.dicturum quoque diem Ciceroni Plãcus oſtendebat.Poſtea au-
tem Q.Pompeius inde meditatus erat,tanta tamen conſtantia,ac fi-
des fuit Ciceronis,vt non populi a ſe alienatione,non Cn.Pompeij ſu
ſpitionibus,nõ periculum futurum,vt ſi dies ad populũ diceretur,nõ
armis,quæ palam in Milonem ſumpta erant,deterreri potuerit a de-
fenſione eius,cum poſſet omne periculum ſuum,& offenſionem ini-
micicię multitudis declinare,redimere autem Cn.Pompeij animum
ſi paulum ex ſtudio defenſionis remiſiſſet.Perlata deinde lege Pom-
peij in qua id quoque ſcriptum erat,vt Quæſtor ſuffragio populi ex
Domitius Ae
nobarbus
ijs qui Conſules fuerant crearetur,ſtatim comitia habuit. creatuſque
erat Cn.Domitius Aenobarbus quæſtor.Aliorum quoque iudicum
qui de ea re iudicarent,Pompeius tales propoſuit,vt nunquam neque
Clariores Viros,neque ſanctiores propoſitos eſſe cõſtaret.Poſt quod
ſtatim noua lege Milo poſtulatus a duobus Appijs Clodijs adulesćen
tibus ijſdem a quibus antea familia eius fuerat poſtulata.Itaque de am
bitu ab ijſdem Appijs,& præterea.C.Ceteio,& L.Cornificio,de ſo-
dalicijs,& a P.Fuluio Nerato.Poſtulatus autẽ erat,& de ſodaliciis,
& de ambitu,Ea ſpe primum iudicium de vi futurũ apparebat,quod
eum damnatum

eum damnatum iri confidebant,nec poſtea reſponſurum.Diuinatio
deambitu accuſatorũ factaeſt Quæſtore A.Torquato,atque ambo
Quæſtores,Torquatus,& Domitius.Nonis April.reumadeſſe iuſſe
rũt.quodie Miload Domitii tribunal venit,ad Torquati amicos mi
ſit.ibi poſtulãte ꝓ eo Marco Marcello obtinuit,ne pri⁹ cauſam de am
bitu diceret,quã de vi iudiciũ eſſet perfectum.Apud Domitium au
tem Quæſtorem maior Appius poſtulauit a Milone exhiberi ſeruos
numero.i i i j.&.l.& cum ille negaret eos,qui nominabãtur in ſua po=
teſtate eſſe,Domitius ex ſententia iudicum pronunciauit,vt ex ſeruo
rum eorum numero accuſator quod vellet ederet.citati deinde teſtes
ſecundum legem,quæ(vt ſupra diximus)iubebat,vt priuſquam cau=
ſa ageretur,teſtes per triduum audirentur.dicta eorum iudices confir
marent.quarta die adeſſe omnes in diem poſterum iuberentur,ac co=
ram accuſatore,ac reo Pilæ in quibus nomina Iudicũ inſcripta eſſent
æquarentur.dein rurſus poſtera die ſortitio Iudicum fieret vnius,&
l x x.qui numerus cum ſorte contigiſſet,ij protinus ſeſſum irent,tum
ad dicendum accuſator duas horas,reus tres haberet.reuſque eodẽ die
illo iudicaretur.Prius autem quam ſententiæ ferrẽtur,quinos ex ſin=
gulis ordinibus accuſator,totidem reus eiiceret,ita vt numerus iudi=
cum relinqueretur, qui ſententias ferrent quinquageſimus & vnus,
primo die datus erat in Milonem teſtis Caſinius Schola,qui ſecum
P.Clodio fuiſſe,cum is occiſus eſſet,dixit.atrocitatẽque rei factę,quã
maxime potuit auxit,quem cum interrogare M.Marcellus cœpiſſet
tanto tumultu Clodianæ multitudinis circũſtantis exterritus eſt,vt
vim vltimam timens in tribunal a Domitio reciperetur. Quam ob
cauſam M.Celius,& ipſe Milo a Domitio pręſidium implorauerũt.
Sedebat eo tempore Cn.Pompeius ad Aerarium, ꝑturbatuſque erat
eodem illo clamore,itaque Domitio promiſit ſe poſtero die cum præ
ſidio deſcenſurum,idque fecit.Quare territi Clodiani ſilentio verba
teſtium per biduum audiri paſſi ſunt.Interrogauerunt eos M.Cice=
ro,& M.Marcellus.Milo ipſe multis ex iis qui Bouillis habitabant
teſtimonium dixerunt de iis quæ ibi facta erãt.Cauponem occiſum,
Tabernam expugnatam,corpus Clodii in publicum extractum eſſe,
virgines quoque aliæ dixerũt,mulierem ignotam veniſſe ad ſe,quæ
Milonis mandato votum ſolueret,quod Clodius occiſus eſſet. Vlti=
mæ teſtimonium dixerunt,Sempronia Tuditani filia Socrus P.Clo
dii,& vxor Fuluia,& fletu ſuo magnopere eos qui adſtabãt cõmoue=
rũt.Dimiſſo circa horam decimam iudicio,T.Munatius pro contio
ne populũ adhortatus eſt.vt poſtero die frequens adeſſet,& elabi Mi=
lonem non pateretur,iudiciumque,& dolorem ſuum oſtenderet.Eũ=

Pilę in quibus nomina Iudi= cum.

tib' ad tabellã ferẽdã poſtero die Iudici. qui fuit ad. i i j. Id. Apri. clauſæ fuerunt tota vrbe tabernæ. præſidia in foro, & circa omnes fori aditus Pompeius diſpoſuit, ipſe pro Aerario, vt pridie cõſedit ſeptus delecta manu militũ. Sortitio deinde iudicũ a primo die facta eſt. poſt tantum ſilentium toto foro fuit, quantum eſſe in aliquo foro poſſet, tum intra horam ſecundam accuſatores cœperunt dicere Appius maior, & M. Antonius, & P. Valerius Nepos vſi ſunt ex lege horis duabus. reſpondit hic vnus M. Cicero, & cum quibuſdam placuiſſet, ita defendi crimẽ interfici Clodium pro. R. P. fuiſſe, quam formam M. Brutus ſecutus eſt in ea oratione, quam pro Milone compoſuit, & edidit, quãuis nõ egiſſet. Ciceroni id nõ placuit, quod quis bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus poſſet, Itaque cũ iſidias Milonem Clodio feciſſe poſuiſſent accuſatores, quia falſum id erat, nam forte illa rixa commiſſa fuerat. Cicero apprehendit, & contra Clodiũ Miloni feciſſe inſidias diſputauit, eoque tota oratio eius ſpectauit, ſed ita conſtituit (vt diximus) nec vtriuſque conſilio pugnatum eſſe eo die, verum ei forte occurriſſe, ex ea rixa ſeruorum ad eandem cædem peruentum. Notum tantum erat vtrumque mortem alteri ſæpe minatum eſſe, & ſicut ſuſpectum Milonem maior quã Clodij familia faciebat, ita expeditior, & paratior ad pugnam Clodianorum, quam Milonis fuerat. Cicero cum inciperet dicere exceptus acclamatione Clodianorum, qui ſe continere ne metu quidem circunſtantium militum potuerunt. Itaque non ea qua ſolitus erat conſtantia dixit. Manet autem illa quoque excepta eius Oratio. ſcripſit vero hanc quam legimus ita perfecte, vt iure prima haberi poſſit.

Ciceronis oratio pro Milone prima.

ENARRATIO. VER. A. PRIMO. L.

¶ Vnum genus eſt aduerſum, infeſtumque nobis, &c. ita vt in ea expoſitione diximus, Munatius Plancus pridie pro concione populum adhortatus erat, ne pateretur elabi Milonem.

VER. A. PRIMO. CC.

¶ Declarant huius ambuſti Tri. Ple. illę intermortuæ contiones, quibus cotidie meam potentiam inuidioſe criminabatur. T. Munatius Plancus, & Q. Pompeius Rufus Tri. Pleb. De quibus argumẽto huius orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni, & Hipſeo ſtuderent concionati ſunt eo ipſo tempore, plebemque in Milonem accẽderunt, quod propter Clodij corpus curia incenſa eſſet, nec prius deſtiterunt quam

terunt quam flamma eius incendij fugati ſunt e contione, erant enim tunc roſtra non eo loco quo nunc ſunt, ſed ad Comitium prope iūcta curiæ, ob hoc T. Munatium ambuſtum Tri. appellat. fuit autem paratus ad dicendum.

Roſtrorū loc⁹

PAVLO. POST.

Interrex: Aemilius Lepidus.

❡ Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædiū M. Lepidi cædem hanc ipſam contra. R. P. ſenatus factam eſſe decreuit? Poſt biduum medium, quā Clodius occiſus erat, interrex primus proditus eſt. M. Emilius lepidus, non fuit autem moris ab eo, qui primus interrex proditus erat comitia haberi, ſed Scipionis, & Hipſei factiōis, quia recens inuidia Milonis erat, cum contra ius poſtularent, vt Interrex ad comitia Conſulum creandorum deſcenderet, idque ipſe nō faceret, & domum eius per omnes Interregni dies. fuerant autem ex more quinque, obſederunt. deinde omni vi ianua expugnata, & imagines maiorum deiecerūt, & lectulum a duerſum vxoris eius Corneliæ, cuius caſtitas pro exemplo habita, eſt fregerunt. vterque tælas, quæ ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. Poſtque ſuperuenit Milonis manus, & ipſe poſtulans comitia, cuius aduentus fuit ſaluti Lepido. in ſe enim ipſæ conuerſæ ſunt factiones inimicæ, atque ita oppugnatio domus Interregis omiſſa eſt.

PAVLO POST.

❡ Quod ſi per furioſum illum Tri. Ple. ſenatui, quod ſentiebat perficere licuiſſet, nouam quæſtionem nullam haberemus. Decernebat enim, vt veteribus legibus, tantummodo extra ordinem quæreretur. diuiſa ſententia eſt poſtulante neſcio quo, ſic reliqua authoritas ſenatus empta interceſſione ſublata eſt, quid ſit diuidere ſententiā, vt enarrandum ſit veſtra ætas filij facit, cum aliquis in dicenda ſentētia duas pluresue res complectitur, & ſi non omnes eæ probantur. poſtulat, vt diuidantur, ideſt de rebus ſingulis referatur. forſitan nūc hoc quoque velitis ſcire, qui fuerit, qui poſtulauerit, quod non ferat adiutor non eme. qui hoc poſtulat oratione longa vtendum, ac ne conſulendū quidem vtique eſt. multi enim ſedentes hoc vnum verbum pronunciāt. denique quod cum auditum eſt liberum ei, qui facit orationem diuidere, ſed ego, vt curioſius ætati veſtræ ſatiſfaciam, acta etiam totius illius temporis proſecutus ſum, in quibus cognoui Pridie Calen. Mar. ſic eſſe factum P. Clodij cædem, & incendium curiæ, & oppugnationem ædium M. Lepidi cōtra Rempu. factam, vltra relatum in actis illo die, nihil poſtero die, ideſt Calen. mar. Munatium in concione ex poſuiſſe populo

Diuidere ſententiam.

✱

Cædes Clodij quando.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

poſuiſſe populo,quæ pridie acta erant in ſenatu,in qua concione hæc dixit ad verbum,quæ Q.Hortenſius dixiſſet,vt extra ordinem quęreretur,apud Quæſtorem ęſtimare futurum,vt cum puſillū dediſſet dulcedinis,largiter acerbitatis deuoraret.Aduerſus hominē ingenio ſum non ingenio vſi ſumus.Inuenimus Fuſium,qui diceret,diuideret reliquæ partis ſententiam,ego,& Saluſtius interceſſimus,hęc concio,vt puto explicat,& quid ſenatus decernere,voluerit,& quis diuiſionē poſtulauerit,& quis interceſſerit,& cur illud.vos meminiſſe non dubito per Qu.Fuſium illo quoque tempore quo de inceſtu P.Clodij actum eſt,factum ne a ſenatu aſperius decerneretur.

DE.L.DOMITIO DICIT.

¶Dederas enim,quod contemneres populares inſanias iam ab adoleſcentia documenta maxima,Cōſtātiam Cn.Domicij,quam in prætura præſtitit ſignificat.nam eo tempore cum Cn.Manlius Tri.Ple. ſubnixus libertinorum,& ſeruorum manu perditiſſimam legem ferret,vt libertinis ī omnibus tribubus ſuffragiū eſſet,idque per tumultum ageret,& Cliuum capitolinum obſideret,diſcuſſerat,perruperatque cetum Domitius,ita,vt multi Manlianorum interficerētur,quo facto,& plebem infirmam oſtenderat,& ſenatus magnam gratiam inierat.Itaque illud Caſſianum iudicium in his perſonis valeat.L.Caſſius fuit ſicut iam ſæpe diximus ſummæ vir ſeueritatis,quoties Quæſitor iudicij alicuius eſſet,in quo quæreretur de homine occiſo ſuadebat,atque etiam præibat iudicibus,hoc quod Cicero nunc admonet, vt quęreretur cui bono fuiſſet perire eum,de cuius morte quęritur.ob quam ſeueritatem quo tempore Sex.Peduceus Tri.Ple.criminatus eſt L.Metellum Ponti.max.totumque collegium Pontificum male iudicaſſe de inceſtu virginum veſtalium,quod vnam modo Emiliā damnauerat,abſoluerat autē duas Martiā,& Liciniam.populus hūc Caſſium creauit,qui de eiſdem virginibus quęreret.iſque,& vtraſque eas,& præterea compluresalias nimia etiam(vt exiſtimatio eſt)aſperitate vſus damnauit.Et aſpexit me illis quidem oculis,quibus tūc ſolebat,cum omnibus omnia minabatur,mouet me quippe lumen curiæ,hic eſt Sex.Clodius quem in argumēto huius orationis diximus corpus Clodij in curiam attuliſſe,& ibi cremaſſe,eoque incenſo curiam conflagraſſe,ideo lumē curiæ dicit.Quādo illius poſtea ſica illa, quam a Catilina acceperat conquieuit hæc intēta nobis eſt.huic ego obiici vos pro me paſſus non ſum,hæc inſidiata Pompeio eſt.hæc intentata nobis eſt,& obiici vos pro me non ſum paſſus,manifeſtum eſt pertinere ad

Lex Manlij.

Caſſius. Quæſitor

pertinere ad id tēpus,quod poſt rogationem a Clodio in eū promulgatam vrbe ceſſit. Quare dicat inſidiata Pompeio,& fortaſſis quæratis.Piſone,& Gabino coſſ.pulſo Cicerone in exiliū cum.iii.Id. Sextiles Pompeius in Senatum venit,dicitur ſeruo P.Clodii.ſica excidiſſe, eaque ad Gabinum coſ.delata dictum eſt ſeruo imperatū a P. Clodio,vt Pompeius occideretur.Pompeius ſtatim domū rediit, ex eodem tempore obſeſſus eſt etiam a liberto Clodii Damione,vt ex actis eius cognoui in quibus.xv.Calen.Septembris L.Nouius Tri. Pleb.collega Clodii,cum Damio aduerſum Flauium Pr.appellaret Tribunos,& Tribuni de appellatione cognoſcerēt, ita ſententiam dixit,& hoc apparitore P.Clodij Vulneratus ſum,& hominibus armatis,præſidiis diſpoſitis a Repu.remotus ſum Cn Pompeius obſeſſus eſt.cū appeler non vtar eius exemplo,quem vitupero,& iudiciū tollam,& reliqua de interceſſione.hæc viam Appiam monumētum nominis ſui nece Papyria cruentauit.Pompeius poſt triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis diſpoſuerat apud Flauium ſenatorem,qui poſtea cum eſſet Prætor,eodem anno,quo Tri.Ple.Clodius,petit ab eo Clodius ſuper cenam,vt Tigranē adduci iuberet, vt eum videret.adductum collocauit in conuiuium,dein Flauio nō reddit,Tigranem dimiſit,& habuit extra catenas,nec repetente Pompeio reddidit.poſtea i nauem depoſuit,& cum profugeret ille, tempeſtate delatus eſt tantum ille,vt deduceretur ad ſe Clodius Sex.Clodium (de quo ſupra diximus)qui eum reduceret.Flauius quoque re cognita ad diripiendū Tigranem profectus eſt,ad quartū lapidem ab vrbe pugna facta eſt,in qua multi ex vtraque parte ceciderunt.plures tamen ex Flauiis,iter quos,&.M.Papirius eques Roma.publicanus,familiaris Pompeio.Flauius ſine comite Romam vix perfugit.hęc eadem lōgo interuallo conuerſa rurſus eſt in me.nuper quidem(vt ſcitis)ad regiam pene confeçit.Quo die periculum hoc adierit,vt Clodius eum ad regiam pene confecerit nuſquam pene inueni,non tamen adducor vt putem Ciceronem mentitum,pręſertim cum adiiciat,vt ſcitis, ſed videtur mihi loqui de eo die quo coſ.Domitio,& Meſſala,qui pręceſſerant eum annū cū hæc oratio dicta eſt,inter Cādidatorum Hipſei, & Milonis manꝰ i via ſacra pugnatū eſt.multique ex Milonianis ex improuiſo ceciderūt.de cuius cæde,& periculo ſuo(vt putem) loqui eum,facit,& locus pugnæ,nam in ſacra via traditur commiſſa,in qua eſt regia,& quod ad id timuerūt cū Cādidatis ſuffragatores Milonis Cicero Hipſei.Clodius.potuit ne L.Cecilii iuſtiſſimi fortiſſimique Pr.oppugnata domo.L.Cecilius Rufus de quo dicitur,fuit P.Lētulo Spinthere,Q.Metello nepote coſſ.quo anno Cicero reſtitutus eſt.is cum

*

Tigranis filiꝰ dimiſſus a Clodio.

Sacra via.

eſt. is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo an nonæ caritate tumultuata eſt, vt omnes qui in Theatro ſpectandi cau ſa conſederant, pellerentur. de oppugnata domo nũquam adhuc legi, Pompeius tantum, cum defenderet Milonem apud populum, de vi accuſante Clodio obſtitit, & vt legimus apud Tyronem libertum Ci ceronis, in libro. i i i j. de vita eius oppreſſũ Clodio. L. Cecilliũ ꝑtorẽ.

Tyro cicerõis libertus.

PAVLO POST.

¶At quo die (vt ante dixi) fuit inſaniſſima contio ab ipſius mer cenario Trib. Pleb. concitata. hoc ſignificat eo die quo Clodius occi ſus eſt concionatum eſſe mercenarium Trib. Ple. Sunt autem cõcio nati eo die, vt ex actis apparet. C. Saluſtius, & Q. Pompeius vtrique & inimici Milonis, & ſatis inquieti, ſed videtur mihi Q. Pompeiũ ſignificare. nam eius ſeditioſior fuit cõcio. Dixit C. Caſſinius Inter amnis familiariſſimus & comes Clodij. P. Clodiũ illo die Albę man ſurum. fuit hic Caſſinius apud quẽ Clodius mãſiſſe interãne videri volebat, qua nocte deprehenſus eſt in Cæſaris domo, cum ibi in oper to virgines pro P. R. ſacra facerent.

PAVLO POST.

¶Scitis iud. fuiſſe, qui in hac rogatione ſuadẽda diceret Milonis ma nu cædem eſſe factam. conſilio vero maioris alicuius me videlicet la tronem, & ſicarium abiecti homines, & perditi deſcribebant. Q. Põ peius Rufus, & C. Saluſtius Trib. quos ſignificat. hi enim primi de ea lege ferenda populum hortati ſunt, & dixerunt a manu Milonis oc ciſum eſſe Clodium, Atqui vt illi nocturnus aduentus vitandus fuit ſic Miloni cum inſidiator eſſet, ſi illum ad vrbem noctu acceſſurũ ſciebat ſubſidẽdum, & cætera. Via Appia eſt prope vrbem monumẽ tum Baſilij, qui locus latrocinijs fuit perquã infeſtus, id quod ex alijs quoque multis intelligi poteſt. Comites græculi quocunque ibat etiã cum in caſtra hætruſca properabat. Sæpe obiecit Clodio Cicero ſoci um eum coniurationis Catilinæ fuiſſe, quam rem nunc quoque reti cens oſtendit. fuerat enim opinio, vt Catilina ex vrbe profugerat in ca ſtra Manlij centurionis, qui tum in hætruria ad Feſulas exercitum ei comparabat, Clodium ſubſequi, eum voluiſſe cæpiſſeq;. tũ dein mu tato conſilio in vrbem rediſſe. non tam hoc quotidianum crimen ti memus, ſed tua Cn. Pompeij, te enim appello, & ea uoce, vt me exau dire poſſis, tuas inquam ſuſpitiones ꝑhorreſcimus. Diximus in argu mento orationis

Via Appia.

mento orationis huius Cn. Pōpeium ſimulaſſe timere, ſeu plane timuiſſe Milonem, & ideo ne domi quidem ſuæ, ſed in hortis ſuperioribus ante iudicium manſiſſe, ita vt villam quoque pręſidio militum circundaret. Q. Pōpeius fuit Tri. Ple. qui fuerat familiariſſimus omniū P. Clodio, & ſectā ſuā ſequi ſe palā profitebatur. dixerat in cōcione poſt paucis diebus quam Clodius erat occiſus, Milo dedit quem in curia cremaretis, dabo quem in capitolio ſepeliatis, in eadem concione idem dixerat, habuit enim eam ad. v i i j. Calen. Febru. cum Milo pridie, ideſt. vij. Calen. Febru. venire ad Pompeium in hortis eius uoluiſſet, Pompeium ei per hominem propinquum miſiſſe nuncium, ne ad ſe veniret, prius etiam quam Pompeius ter coſ. crearetur. tres tribuni. Qu. Pōpeius Ruffus, C. Saluſtius. Criſpus, L. Munacius Plancus, cum quotidianis cōcionibus ſuis magnam inuidiam Miloni propter Clodium excitārent, produxerant ad populum, Cn. Pompeium, & ab eo quæſierant, num ad eum delatum eſſet illius quoque indiciū ſuę vitę inſidiari Milonem, reſponderat Pompeius Licinium quendam de plebe ſacrificorum, qui ſolitus eſſet familias purgare, ad ſe detuliſſe ſeruos quoſdam Milonis, itemque liberos comparatos eſſe ad cædem ſuam, nomina quoque ſeruorum dediſſe, ad Milonem miſiſſe, vt eos in poteſtate ſua haberet, a Milone reſponſum eſſe ex ijs ſeruis quos nominaſſet, partim neminem ſe vnquam habuiſſe, partim manumiſiſſe, dein cum Lycinium apud ſe haberet, Lucium quendam de plebe ad corrumpendum indicem veniſſe; qua re cognita in vincula eum Publica eſſe coniectum. decreuit enim ſenatus, vt cum Interrege, & Tribu. Pleb. Pompeius daret operam, ne quid R. Pub. detrimenti caperet, ob has ſuſpitiones Pompeius in ſuperioribus hortis ſe continuerat. deinde ex. S. C. delectu per Italiam habito cum rediſſet, venientem ad ſe Milonem vnum omnium non admiſerat. Item cum Senatus in porticu Pompeij haberetur, vt Pompeius poſſet intereſſe vnum tum excuti priuſquam in ſenatu intraret iuſſerant. hæ ſunt ſuſpitiones quas dicit ſe Cicero pertimeſcere. Quid enim minus illo dignum, quam cogere eum codemnetis in quem animaduertere ipſe & more maiorum & ſuo iure poſſet, præſidio eſſet, & cætera. Titius Munatius Plancus (vt ſæpe diximus) poſt audita & obſignata teſtium verba, dimiſſoſque interim iudices vocata concione cohortatus erat populum vt clusis tabernis poſtero die ad iudicium adeſſet, nec pateretur labi Milonē. Incidebantur iā domi leges quæ nos iam ſeruis noſtris addicerēt. Significaſſe iam puto nos fuiſſe inter leges P. Clodij quas ferre propoſuerat, eam quoque, qua Libertini, qui nō pluſquam i tribus

Porticus Pompeij.

ſuffragium ferebāt,poſſent in Ruſticis quoque tribubus quæ proprie
* ingenuorum ſunt ferre.Senatus credo prætorem eū circumſcripſiſſe.
ne tum ſolebat id facere ni priuato eodem hoc aliquid.Significat id
* tempus quo P. Clodius adhuc quæſtor deſignatus eſſet.Ac cum in-
traſſet eo vbi ſacrificium pro.P.R.fiebat quod factum notatum erat.
S.C.decretumque ex ordine iudicium fieret.

VER.A.NOVIS.CLX.

⁋Quo loco inducit loquētem Milonem cum bonarum partium ho-
minibus de meritis ſuis plebem,& infimam multitudinem ,quæ P.
Milonis Papius. Clodio duce fortunis veſtris imminebat,eam quo tutior eſſet veſtra
vita ſe flecteret,ſed etiam tribus ſuis patrimonijs deliniret.puto iam
ſupra eſſe dictum Milonem ex familia fuiſſe Papia,deinde ad opta-
tum fuiſſe ab C.Annio auo ſuo materno,tertium patrimonium vide
tur ſignificare,matris enim quod fuerit nō inuenio.Peracta vtrinque
cauſa ſinguli,quinos accuſator,& reus ſenatores,totidem equites tri-
bunos Aerarios reiecerunt.ita vt vnus & quinquaginta ſententias tu-
lerint.Senatores condemnauerunt.xij.abſoluerunt.vj.equites condē
nauerunt.xiij.abſoluerunt.iiij.Tribuni Aerarij condemnauerunt
xiij.abſoluerunt.iij.Videbantur non ignoraſſe iudices inſcio Mi-
lone initio vulneratum eſſe Clodium.ſed compererāt poſtquam vul-
neratus eſſet iuſſu Milonis occiſum.fuerunt qui crederent M.Cato-
nis ſententia eum eſſe abſolutum.nam & bene cum R.P.actum eſſe
morte P.Clodij non diſſimulauerat , & ſtudebat in petitione con-
ſulatus Miloni,& reo adfuerat,nominauerat quoque eū Cicero pſen-
tem,& teſtatus erat audiſſe eum a M.Fauonio ante diem tertium quā
cædes facta erat,Clodium dixiſſe periturū eſſe eo triduo Milonē,ſed
Milonis quoque notā audaciā vīdicare.P.vtile viſum ē ſciret ne vn-
* quam potuit vtrā ſententiā damnatū autē opera maxima Apii Clau-
dii pnunciatū eſt.Milo poſtero die factus reus ambitus apud Māliū
Torquatū abſens dānatus eſt.Illa quoque lege accuſator fuit eius Ap
pius Claudius,& cū ei premiū lege daretur negauit,reo ita ſubſcrip-
ſerūt,& ambitus iudicia P.Valerius Leo,& Cn.Domitius.C.F.poſt
paucos dies quoque Milo apd̄ Fauoniū q̄ſtorē de ſodaliciis dānatus
eſt,accuſante P.Clodio Nerato reo,cui lege pmium datū eſt. Dein-
de apud L.Fabiū q̄ſtorē iterū abſens dānatus eſt de vi.Accuſauit L.
Milo exul Maſſiliæ. Cornificius,& Q.Patulcius.Milo in exilium Maſſiliam intra pau-
ciſſimos dies profectus eſt.Bona eius ppter alieni æris magnitudinē
ſemiūcia venierūt.Poſt Milonē eadē lege Pōpeii.A primis eſt accu-
ſatus M.Saupheius.M.F.qui dux fuerat ī expugnāda taberna Bouil-
lis,& Clodio occidēdo.Accuſauerūt eū,L.Caſſius L.Fulcini⁹.g.f.C.
Valerius defend erunt.

Valerius.defenderũt,M.Cicero,M.Cęciliꝰ. obtinuerũtque vt vna
ſententia abſolueretur.condemnauerunt Senatores.x. abſoluerunt
vij.condemnauerunt equites Romani.viiij.abſoluerunt.vij.ſed ex
tribunis ærarijs decem abſoluerunt.vi.condemnauerunt.manife-
ſtumque odiũ Clodij ſaluti Saupheio fuit.cũ eius vľ prior cauſa quã
Milonis fuiſſet quod aperte dux fuerat expugnandæ tabernæ reper
tus.Deinde poſt paucos dies apud conſidiũ Quæſtore me lege Plau- Lex Plautia.
cia de vi,ſubſcriptione ea quod loca occupaſſet,& cum telo fuiſſet,
nam operarium Milonis accuſauerũt. C.Fidius.CN,'Apponius *
CN. F.N. Seius ſex defenderunt, Marco Cicero. Marcus. Te-
rentius,Varro Gibba abſolutus eſt ſentẽtijs plenius quam prius,gra
ues.xviiii.abſolutorias.ij.&.xxx,ſed e cõtrario,hoc a priore iudicio Var.Gibba.
accidit.equites enim,ac ſenatores eum abſoluerunt. Tribuni ærarii
damnauerũt. Sex autẽ Clodius quo authore corpus Clodij in curiã
illatũ fuit,accuſantibus.C.Ciesſenio Filone.M:Alfidio Flacconio
magno conſenſu,damnatuſque eſt ſententijs. vi.&. xl. abſolutorias
v.omnino habuit,duas ſenatorum, tres equitum. multi prętęrea &
prẹſentes & cũ citati non reſpondiſſent,damnati ſunt,ex quibus ma
xima pars Clodianorum.

Q.A.PAEDIANI INCIPIT PRO CORNELIO,DE MAIESTATE.

HAnc orationẽ dixit L.Cotta L. Torquato
coſſ.poſt annum quam ſuperiores.Corneli Cornelius.
us homo non improbus vita habitus eſt.fue
rat quęſtor Gnei Pompeij,dei Tri.Ple.C.
Piſone coſ.biennio antequã hęc dicta ſunt.
In eo magiſtratu ita ſe geſſit,vt iuſtior per-
tinaciorque videretur.Alienatus autẽ a ſe-
natu ex hac cauſa.Retulerat ad ſenatum,vt,
quoniam exterarum nationum legatis pecunia magna daretur,vſur.
turpiaque,& famoſa ex eo lucra fierent,nequis legatis exterarum na
tionũ pecuniã expẽſam ferat,cuius relationẽ repudiauit ſenatus,&
decreuit ſatiſfactũ videri eo S.C.quod ante annos aliquot Cn.Do-
mitio,C.Celio coſſ.factũ erat,cũ ſenatus ãte pauculos ãnos illo S.C.
decreuiſſet,nequis Cretẽſibꝰ pecuniã mutuã daret.Corneliꝰ ea re of

ſenſus ſenatui queſtus eſt ea ex re exhauriri prouincias vſuris, prouidendum vt haberent legati, vnde pręſentia darent, promulgauitque legem, qua authoritatē ſenatus minuebat, ne quiuis per populum legibus ſolueretur, quod antiquo quoque iure erat cautum. Itaque in omnibus S. C. quibus aliquem legibus ſolui placebat, adiecerat ſolitum, vt de ea re ad populum ferretur, ſed paulatim ferri erat deſitum. reſque iam in eam conſuetudinem venerat, vt poſtremo ne adijceretur quidem in S. Conſultis de rogatione ad populum ferenda, eaque ipſa S. C. per pauculos admodum fiebant. Indigne eam Cornelij rogationem tulerant potentiſſimi, & quorum ex S. C. gratia magnopere minuebatur. Itaque P. Seruilius Globulus Trib. Pleb. inuentus erat, qui L. Cornelio obſiſteret. Is vbi legis ferundæ dies venit & præco ſubijciente ſcriba verba legis recitare populo cæpit, & ſcribam ſubijcere, & Præconem pronunciare paſſus non eſt. Tum Cornelius ipſe Codicem recitauit. Quod cum improbe fieri L. Piſo coſ. vehementer quereretur, tribuniciamque interceſſionem diceret, graui conuicio a populo exceptus eſt, Et qum illos coſſ. qui ſibi intendebant manus prehendi a lictore iuſſiſſet, fracti eius faſces cuncti, lapideſque etiam ex vltima cōcione in coſ. iacti, quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimiſit. Actum deinde eadem de re in ſenatu eſt magnis contentionibus, cum Cornelius ita ferre rurſus cæpit, nequis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi. cc. adfuiſſent, neue quis cum ſolutus eſſet intercederet, cū de ea re ad populum ferretur. Hæc ſine tumultu res acta eſt, nemo enim negare poterat pro authoritate ſenatus eſſe eam legem, ſed tamē eam tulit inuitis optimatibus, qui paucis gratificari ſolebant. Aliam deinde legem Cornelius etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamē inuitis tulit, vt prętores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent, quæ res gratiam ambitioſis prętoribus, qui varie ius dicere ſolebant, ſuſtulit. Alias quoque complures leges Cornelius promulgauit, quibus plerique collegæ interceſſerunt, per quas cōtentiones totus tribunatus eius peractus eſt, Sequenti deinde anno Marco Lepido. L. Volcatio coſſ. quo anno Prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominij lege Cornelia de maieſtate fecerūt. Detulit nomē. P. ſubſcripſit, Ca. & Quū Publius Caſſius Prætor decimo die, vt mos ē adeſſe iuſſiſſet, eoque die ipſe nō adfuiſſet, ſeu auocatus propter publici frumenti curam, ſeu gratificans reo, circunuenti ſunt ante tribunal eius accuſatores a notis operarum ducibus, ita vt mors intentaretur, ſi mox non deſiſterent, quam perniciem vix effugerunt interuentu Conſulum, qui aduocati reo deſcenderāt, & cū in ſcalas quaſdā Cominij fugiſſent, clauſi in noctē ibi ſe occultauerunt, deinde

Cautū ne quiuis legibus ſolueretur.

Mos promulgandę legis.

Pretores ex edictis ſuis perpetuis ius dicant.

uerunt,deinde per tecta vicinarum ædium profugerunt ex vrbe.Po=ſtero die cum P.Caſſius adſediſſet,& citati accuſatores non adeſſent exemptum nomen eſt de reis Cornelij.Cominij autem magna infa=mia flagrauerunt vendidiſſe ſilentium magna pecunia.Sequente de=inde anno L.Cotta L.Torquato coſ.quo hæc oratio a Cicerone Præ tore dicta eſt,cum prima pars. M.Manilius qui iudicium per opera=rum duces turbauerat.deinde quod ex S.C.ānonę coſ.prę ſidebant,& iudicio non reſpondiſſet,atque eſſe dānatus recreauiſſet,✶iā accępta pecunia tollere ait Cornelium lege maieſtatis.Res acta eſt magna ex pectatione.paucos ante me.ergo Cornelius perterritus Manlij exitu in iudicium adhibuit,vt ne clamor quidem illius ab aduocatis eius oriretur. Dixerunt in eum infeſti teſtimonia principes ciuitatis,qui plurimum in ſenatu poterant Q.Hortenſius Q.Catulus Q.Me=tellus Pius,L.Lucullus M.Lepidus.Dixerunt autem hoc vidiſſe ſe, cum Cornelius in tribunatu codicem pro roſtris ipſe recitaret, quod ante Cornelium nemo feciſſe ęſtimaretur.volebāt videri ſe iudicare eam rem magnopere ad crimen imminutæ maieſtatis tribunitiæ per=tinere,& quod prope tollebatur interceſſio ſi id tribunis permittere=tur,Non poterat negare id factum eſſe.Is eo confugit,vt diceret,non video quod lectus ſit codex a Tribuno, imminutā eſſe tribunitiam poteſtatem.Qua vero arte,& ſcientia orationis,ita vt & dignitatē cla=riſſimorum ciuium,contra quos dicebat, non violaret,& tamen au=thoritate eorum lædi reum non pateretur, quantaque moderatione rem tam difficilem alijs tractauerit,lectio ipſa declarabit.Adiumen=tum autem habuit,quod ſicut diximus Cornelius pręter deſtrictum propoſitum aduerſus principum voluntatem, cætera vita nihil fe=cerat,quod magnopere improbaretur. Præterea quod & ipſe globu=lus qui aderat Cornelio,quod ipſum quoque diximus,quod Corne=lius Pompeij magni quęſtor fuerat apud duas pręfecturas equitum. R.& tribuno,& ex tertia quoque parte apud plęroſque excęptis ijs fa=miliaris principum ciuitatis.Res acta eſt magno conuentu, magna=que expectatione,qui euentus iudicij futurus eſſet A ſummis viris dicit ęſtimo, & id quod ei dicerent confiteri animaduertebant. Ex=tat oratio hominis accuſatoris, quam ſumere in manus, eſt aliquod operępretium.non ſolum propter Ciceronis orationes quas pro Cor=nelio habemus,ſed etiam propter ſemetipſum Cicero ipſe ſignificat Quatriduo Corneliū defendit,duas actiones contuliſſe cum in duas orationes apparet. Iudicium id exercuit,Q.Gallus prætor.

✶vt recuſaſſet

Tribunitię pō teſtatis immi=nutio.

VER.A. PRIMO CIRCI.CLXI.

¶Poſtulatur a me prętore Primum de pecunijs repetundis. Proſpe=
*
ctat videlicet Cominius, quid agatur, videlicet homines feneos i me=
dium ad tentandum periculum proiectus ſimulacra. Effigies homi=
num ex feno fieri ſolebant, quibus obiectis ad ſpectaculum prębedũ
tauri irritarentur. Quid Metellus ſumma nobilitate ac virtute, cũ bis
*
iuraſſet ſemel priuatim. priuatim patrię, publice legis deiectus eſt ra=
tione, an vi, an veri *ſuſpitionem animi tollit, virtus ac dignitas, &
Q. Metelli adoleſcẽtia, ad ſummam laudem omnibus rebus ornatã.
Hoc exẽplum adfert hoc loco, quod vult probare deſiſtere eum debe=
re ab accuſatione, quamquam neque accuſauit, neque fecerit actionẽ.
nam Metellus, & poſtulauerat Curionem, & deſtiterat. Confugit au=
tem orator ad Metelli nobilitatem, & ad C. Curionis induſtriam, vt
legeret id quod illi vtilius, quam honeſtius fecerant. Res autem tota
ſe ſic habet, in qua quidem illud primum explicãdum eſt, de quo Me
*
tello hoc dicit. fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli, ex quibus
Metelli qui & & quot.
duo conſulares Pius, & Creticus, de quibus apparet eum non dicere.
duo autem adoleſcentes Nepos, & Celer, ex quibus nunc nepotem ſi=
gnificat. Eius enim patrem Q. Metellum nepotem Balearici filiũ,
Macedonici nepotem, qui coſ. fuit cum T. Didio. Curio is de quo lo=
quitur accuſauit, iſque Metellus moriens petijt ab hoc filio ſuo Me=
tello, vt curionem accuſatorem ſuum accuſaret, & id facturum eſſe iu
reiurando adegit. Metellus fecit reum Curionem, cumque interim
Aſſertor qui aſſerit, & vendicat.
quendam ciuem idem Metellus ſeruum eſſe cõtendens vi arripuiſſet
ac verberibus adfeciſſet, Curio aſſertorem ei comparauit. Dein cum
appareret eum exitum iudicij illius futurum, vt liber is iudicaretur,
quem Metellus verberibus adfectũ eſſe negare non poterat, inter Me
tellum, & Curionem facta pactione arbitrium de libertate peregere
ſed tamẽ ille in libertatem, De quo vt neque Metellus perſtaret in ac
cuſatione Curionis, eaque pactio ab vtroque firmata eſt, hoc ergo il=
lud pertinet cum iuraſſe dixit ſemel priuatim, & iterum legatum ſci=
licet, cum in Curionẽ ꝑ calumniam iurauit. Cum hoc autem Metel=
lo poſtea Cicero ſimultates gesſit. euaſit enim Metellus malus atque
improbus ciuis. Legem inquit de Libertinorum ſuffragijs Cornelius
cum Mallio dedit, quid eſt hoc, dedit an tulit, an rogauit, an hortatus
eſt, an tuliſſe ridiculum eſt, quaſi legem aliquam, aut ad ſcribendum
difficilem, aut ad excogitandum recognitam, quæ lex paucis his an=
nis non modo ſcripta, ſed etiam lata eſſet, P. Sulpitium in Tribuna=
Sylla fœlix.
tu hanc eandem legem ſignificabimus. Tullit autem L. Sylla qui
poſtea fœlix appellatus Q. Pompeio coſ. ante. xvj. annos quam hæc
dicta ſunt, cũ per vim Rem Pu. poſſideret, & ab initijs bonarũ actio=
num ad perditas

num ad perditas progreſſus eſſet, quod & initium bellorum ciuilium fuit, & propter quod ipſe Sulpitius coſ. armis irę oppreſſus eſſe viſus eſt, in quo cum multa reprehēſa ſint, tum in primis celeritas actionis. Celeritatem actionis ſignificat quod Manilius, ſicut iam oſtendimus poſt pauculos ſtatim dies, quam inierat tribunatum legem eandē com pitalibus protulit. Petiuit tamen a me Prætor maxima conſtitutione, vt cauſam Manilij defenderem, Cattium Celſum ſignificat, ſicut iā ante dictum eſt. Cattius celſus

VER. A. PRI. DCCCCL.

¶ Dicit de eodem Manilij tribunatu. nam cū is Tri. Pleb. duas leges tuliſſet in eo magiſtratu, vnam perniſtioſam, alteram egregiam, quod ſumma Res Publica non hæſit, ſed ab illo ipſo Tr. abiectum eſt, bonum autē quod ſumma Reſpu. manet in veſtri ordinis manu fuit. Dictum eſt etiam ſupradictis legibus quas nunc de Libertinorum ſuffragijs, q̄ cū S. C. dānata eſſet, ab ip̄o quoque Manilio defenſa ē, altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinē mandando, ex qua lege cum magnus Pompeius bellum gerebat dicit de diſturbato iudicio Manilio. Alijs ille in illum furorem magnis hominibus authoribus impulſus eſt, qui aliquod inſtituit exemplum diſturbandorum iudiciorum perincioſiſſimum, temporibus ſuis accōmodatiſſimum eis alieniſſimum rationibus cupierunt. L. Catilinam, & Cn. Piſonē videtur ſignificare. Catilina. Fuit autem Catilina Patricius, & eodem illo tempore erat reus repetundarum cum prouinciam Aphricam obtinuiſſet, & Conſulatus candidatum ſe oſtendiſſet. Conſulatus cādidatus. Accuſator erat eius P. Clodius adoleſcens ipſe quoque perditus, qui poſtea cum Cicerone inimicitias geſſit. Clodius. Cn. quoque ipſe adoleſcens potens, & turbulentus familiaris erat Catilinæ, omniumque conſiliorum eius particeps, & turbarum author.

VER. CIR. SXI.

¶ Poſſum dicere hominem ſumma prudentia captū.* C. Cottā de ſuis legibus abrogandis ipſum ad ſenatum retuliſſe. *vel præditū Cotta orator. Hic eſt Cotta de quo iam ſępe diximus magnus orator habitus, & cōpar in ea gloria P. Sulpitio, & C. Cæſari. videntur autem in rebus paruis fuiſſe leges illæ, quas cum tuliſſet retulit de ijs abrogandis ad ſenatum. nam neque apud Saluſtium, neque apud Liuium, neque apud Feneſtellā vllius alterius latæ ab eo legis mentio pręter eam quam in contione tulit nobiliſſima magno populi ſtudio, vt his fuiſſent. Alios quoq; magiſtratus aliter, & quod lex dictatore L. Sylla paucis lata perhibebatur, ne-

que eam Cottæ legem abrogatam eſſe ſignificat,

SEQVITVR.

¶ Poſſum,& eius Cottæ legẽ de iudicijs priuatis anno poſtquam lata ſit a fratre eius, Cottam ſignificat, fuerunt autem tres, duo hi & tertius. L. Cotta, qui lege ſua iudicia inter tres ordines cõmunicauit. Senatu. equites, tribunos ærarios, adeptique ſunt omnes conſulatum.

STATIM.

Lex licinia.

Craſſus orator Mutius Scæuola Pontifex maxi.

¶ Legem Liciniã,& Mutiam de ciuibus regundis uideo cõſtare inter omnes, quam duo coſſ. omniũ quos uidimus ſapientiſſimi tuliſſent non modo inutilem, ſed pernicioſam R.P. fuiſſe. P. Licinium Craſſum oratorem,& Q. Mutium Sceuolam Pont. max. eundẽque & Oratorem,& Iuriſconſultum ſignificat. hi enim legẽ eam de qua loquitur de regendis in ſua ciuitate ſocijs in ſuo Conſulatu tulerunt, cum ſumma cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerentur. Et ob id magna pars eorum pro ciuibus Romanis ſe gereret, neceſſaria lex viſa eſt, vt in ſuæ quiſque ciuitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi ſunt principum Italicorum populorum, vt ea vel maxima cauſa belli italici, quod poſt triennium exortũ eſt, fuerit. Quatuor omnino genera ſunt iudices, in quibus per ſenatum more maiorum ſtatuatur aliquid de legibus. Vnum eſt eiuſmodi placere legem abrogari, vt Q. Cęcilio, M. Emilio coſ. quæ leges rem militarẽ impedirent, vt abrogarẽtur. Q. Cecilius numidicus Metellus M. Iunius Siluius, de quibus facit mentionem coſſ. fuerunt bello Cimbrico, quod diu praue ſimul,& infeliciter geſtum eſt, atque ipſe quoque hic Iunius male rem aduerſus Cimbros geſſit, Plures leges. quæ per eos annos quibus hæc ſignificabantur populo latæ erant, quibus militiæ ſtipendia minuebantur, abrogauit. Quantumque lex lata eſſe dicatur, ea non videri populum teneri, vt L. Martio, Sex. Iulio coſſ. De legibus Iunijs puto vos reminiſci has eſſe leges Iunias quas illis coſ. M. Lubilius Druſus Tri. Ple, tulerit, qui cum ſenatus partes tuẽdas ſuſcępiſſet,& leges pro optimatibus tuliſſet. poſtea ea licentia eſt progreſſus, vt nullum in his mortem ſeruaret. Itaque Philippus coſ. qui ei inimicus erat, obtinuit a ſenatu, vt leges eius omnes vno S.C. tollerentur. Decretum eſt enim contra auſpicia eſſe latas, neque his teneri populum. Tertium eſt de legum abrogationibus, quo de genere perſępe, S. conſulta fuerunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia, que derogaretur. Lex

Leges Iuniæ.

Philippus cõſul aduerſus Druſum Tri. Pleb.

tur, Lex hæc Calpurnia de ambitu erat . tulerat eam ante biennmiũ C. Calpurnius Piſo coſ, in qua pręter alias pęnas pecuniaria quoque pæna erat adiecta.

Lex Calphurnia de ambitu.

P. Africanus ille ſuperior dicitur non ſolum a ſapientiſſimis hominibus qui tum erant, verum etiam a ſe ipſo ſæpe accuſatus eſt, quod cũ Cõſul eſſet cũ T. Lõgo, paſſus eſſet tũ plurimũ populari cõſeſſu ſenatoria ſubſellia ſeparari. Hoc factum eſt ſecũdo cõſulatu Scipionis, poſt ſeptimum annũ quam Carthaginienſibus bello ſecundo data eſt pax, factum id eſſe autẽ Aritias tradidit ludis Romanis, quos fecerũt ædiles curules Atili⁹ Serranus. T. Scribonus Libo. Id eos feciſſe ius cẽſoriũ Sex. Ae. Lęti. C. Cornelij Cethegi. Et videtur ĩ hac oratione hũc quidem authorem ſecutus Cicero dixiſſe, paſſum eſſe Scipionẽ ſecerni a cætero conſeſſu ſpectacula ſenatorum, In ea autem quã poſt aliquot annos habuit de Aruſpicũ reſpõſo, nõ paſſum eſſe Scipionem, ſed ipſum authorem fuiſſe dandi eum locum ſenatoribus videtur ſignificare. Verba eius hæc ſũt. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores ante tẽplum matris magnæ fieri celebrarique voluerunt? quibus primum ludis ante populi conſeſſum, Senatui locum P. Aphricanus. ij. coſ. & collega eius Sempronio longo hoc tributum eſſe ſenatui ſcribit, ſed ſine mentione Megalenſium, Aediles enim eos ludos facere ſoliti erant. votiuis ludis factum tradit, quos Scipio, & Lõgus coſſ. fecerint. Nõ prætenire autem vos volo eſſe oratoriæ calliditatis ius, vt cum opus ſit eiſdem rebus ab vtraque parte, vel contrarijs vtatur. Nam cum ſecundum Ciceronis opinionem authore Scipione coſ. ædiles ſecretũ ante omnis locum ſpectandi ſenatoribus dederint, eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia cauſa popularis erat, premebaturque ſenatus authoritate, atque ob id dignitatẽ eius ordinis quã poſſit maxime eleuari cauſæ expediebat. pœnituiſſe ait Scipionem, quod paſſus eſſet id fieri. In ea oratione de aruſpicum reſponſo, quia in ſenatu habebatur, cuius auribus erat blandiendum, & magnopere illum laudat, & non authorem fuiſſe dandi, nam id erat leuius, ſed ipſum etiam dediſſe dicit.

Scribonius Libo.

*

CIR. MEDIVM.

¶ Quo loco numerat cum lex feratur, quot loca interceſſionis ſunt iubeat dicere. eſt vtique ius vetandi cum ea feratur quamdiu. ferũdi traſferuntur ideſt lex. dum priuati dicunt, dum Ciſtellã deferunt, dũ æquãtur ſortes, dum ſortitio ſit, & ſi qua ſunt alia huius generis, alia populus confuſus, vt ſemper alias, ita & in concione Id peractis cum id ſolum

*

Sortes Sortitio.

id ſolum ſupereſt,vt populus ſententiam ferat,iubet enim is qui fert legem dicere,quod verbum non hoc ſignificat,quod in communi cō=ſuetudie erat de eo loco vbi lex fertur,ſed vt in ſuam quiſque tribū de=ſcendat,in qua eſt ſuffragium laturus.

Suffragia per Tribus.

PAVLO POST.

¶ Vnum tantum,quod hoc ipſo Tri.Ple.factum eſt prætermittēdū non videtur,neque enim maius eſt legere codicem cum intercedatur, quam Ciſtellā ipſam,cū ipſo interceſſore deferre,nec grauius incipe=re ferre,quam perferre,nec vehementius oſtendere ſe laturum inuito collega,quam ipſi collegæ magiſtratum abrogare,nec criminoſius tri bus ad legem accipiendam,quam ad collegam reddendum,priuatum introuocare,quæ vir fortis huius collega Au. Gabinius in re optima fecit omnia.neque cum ſalutem P.R.atque omnibus gentibus finē diuturnę cupiditatis turpitudinis,& ſeruitutis adferret.paſſus eſt plus vnius collegæ ſui quam vniuerſæ ciuitatis vocem valere,& volunta=tem,Manifeſtum eſt de ea lege Ciceronem nunc dicere,qua Cn.Pō=peio bellum aduerſus Piratas datū eſt.L.autem Trebellius Tri.Ple. quem nominat,quo perſeuerante intercedere.nam Senatus promiſe=rat moriturum ſe antequam illa Lex proferretur,introuocare Tribus Gabinius cæpit,vt Trebellio magiſtratum abrogarent,ſicut quondā C.Gracchus tribunus M.Octauio collegæ ſuo magiſtratum abroga uit.Et aliquandiu Trebellius ea re perterritus nō aderat,perſtabatque in interceſſione,quod damnari magis quam perſeueraturū eſſe Gabi niū arbitrabatur,Sed poſtquam . vii.& .x.tribus rogationem accepe runt,& vna mēs eſſet,vt populi iuſſum conficeret,remiſit interceſſio nem Trebellius,atque ita legē Gabinius de Piratis perſequendis per tulit. At eñ de corrigenda lege retulerunt.diximus iam in principio Cornelium primo legem promulgaſſe,ne quis per ſenatū lege ſolue=retur.tuliſſe,vt tum denique de ea re S.C.fieret,cum adeſſet populus i ſenatu nō minus & hęc ē illa quā appellat correctionē.Id ē.hęc ipſa lex quam C, Cornelius tulit obſtitiſſet.decreuiſſem id quod palam iam iſti defenſores iudiciorū oppugnauerunt.ſenatui non placere id iudicium de Syllæ bonis fieri,quā ego cauſam lōge aliter Prętor in cōcione defendi,cum id dicerem quod idem iudices poſtea ſtatuerūt iudicium æquiore tempore fieri oportere. Quia defuerat ſuperiori=bus temporibus i Aerario pecunia publica,multa,& ſæpe eius rei re=media erant quæſita,in quibus hoc quoque,vt pecuniæ publicæ quæ reſiduæ apud quemque eſſent exigerentur.Id autem maxime perti=nebat ad

Lex de perſe=quendis pira=tis.

Remediū vbi in erario pecu nia publica de erat.

nebat ad Cornelium Fauſtum Dictatoris filium, quia Sylla per multos annos quibus exercitibus præfuerat, & R.P. tenuerat, ſumpſerat pecunias ex Vectigalibus, & ex Aerario P.R. eaque res ſæpe erat agitata, ſæpe omiſſa, partim propter Syllanarum partium metũ, partim, quod iniquum videbatur poſt tot annos, qui pecuniam acceperat reddere rationem.

Cornelius fauſtus.

STATIM.

¶Antea vero quam multarum rerum iudicia ſublata ſint, & quia ſcitis, preterea vt nequem in iudicium oratio mea reuocare videatur. Bello Italico, quod fuit adoleſcẽtibus illis, qui tum in Re.P. vigebãt cum multi varia lege inique damnarẽtur, quaſi id bellum illis authoribus conflatum eſſet, crebræque defectiones Italicorum nunciarentur, ob tunc eius triſticię occaſionem ſenatus decreuit, ne iudicia dum tumultus Italicus eſſet exercerentur, quod decretum eorum in cõcionibus populi ſæpe agitatum erat. ſupererant autem ex ijs qui illa iudicia metuerant ingentia, maxime C. Curionis adoleſcentis eius filius, qui bello ciuili Cæſaris fuit partium.

PAVLO POST.

¶Non Cn. dolobella C. Volcatium honeſtiſſimum virum cõmuni, & quotidiano iure priuaſſet. Duo fuerunt eo tempore Dolobellæ, quorum alterum C. Cæſar accuſauit, alterum M. Scaurus, Non denique homo illorum, & vita, & prudentia longe diſſimilis, ſed tamen nimis in gratificando iure liber. L. Siſenna bonorũ Cn. Cornelij poſſeſſionem ex edicto ſuo P. Scipioni adoleſcẽti ſumma nobilitate eximia virtute pr**e**dito non dediſſet. hoc ſolum hic adnotandum eſt hũc eſſe L. Siſennam, qui res Romanas ſcripſit. Quare cum hũc populus Ro. videret, & cum a Tri. Ple. doceretur niſi pœna acceſſiſſet in diuiſores, extingui nullo modo poſſe, legem hanc Cornelij flagitabat. illã quæ ex. S. C. ferebatur repudiabat, idque vir doctiſſimus duorum conſulum deſignatorum calamitate.

Duo Dolobellæ.

L. Siſenna rerum Romanarum ſcriptor.

ET EADEM DE RE. PAVLO POST.

¶Vt ſpectaculum illud duorum deſignatorum coſſ. calamitate, re & tempore ſalubre ac neceſſarium, genere, exemplo miſerum, ac funeſtũ videremus. P. Syllam & Antronium ſignificat, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui cum hæc Cicero dicebat coſ. erant, ambitus damnarant,

P. Sylla Antronius.

bunorum & decemuirorum finitum ĩperium,& breuiter & aperte ab
ipſo dicitur,noĩa ſola non adiicit,quis ille ex.x. viris fuerit qui contra
libertatẽ vindicias dederit. & quis ille pater contra cuius filiam id de
creuit.ſ. quod notiſſimũ eſt,Decemuirũ illum Appiũ Claudium fuiſ
ſe,patrẽ autẽ Virginis. L. Virginium, vnum hoc tantum modo expli=
cãdum.quo loco primum de ſecunda ſeceſſione plebis de hĩc cõcordia
facta ſic dicit. Tũ ĩterpoſita fide per tres Legatos ampliſſimos Viros
Romã armati reuertuntur,in Auentino cõſederũt, inde armati ĩ Ca
pitoliũ veneruut decem Tri.Ple.ponti.quod magiſtratus nullus erat
creauerunt,legati tres,quorum nomina nõ ponit,hi fuerunt, P. Tarpe
ius. C. Iulius, P. Sulpitius omnes conſulares. Põtifex Maximus fuit
M. Papirius,etiam hęc recentiora,pręterea ponam prĩcipium iuſtiſſi=
me libertatis. Caſſiam qua lege ſuffragiorum vis, poteſtaſque conua=
luit,alterã Caſſiam quę populi iudicia firmauit. Quę eſt iſta lex Caſ
ſia,qua ſuffragiorum poteſtas conualuit, manifeſtum eſt,nã ipſe quo=
que paulo ante dixit. Legem Caſſiam tuliſſe vt populus per tabellam
ſuffragium ferret. Altera Caſſia lex quæ populi iudicia firmauit quæ
ſit põt quæri. Eſt autẽ hæc, C Caſſius, L.F. Lõgius. Tri. Pleb. C. Ma
rio, C. Flacco Coſ. plures leges ad minuendam nobilitatis potẽtiã tu=
lit,in quibus hãc etiam, vt quem populus damnaſſet,cui ue imperium
abrogaſſet,in ſenatu non eſſet. Tulerat autem eam maxime propter ſi
multates,cũ, Q. Cęcilio,qui ante biennium Coſ. fuerat,&cui populus
quia male aduerſus Cimbros rem geſſerat ,Imperiũ abrogauit. Dicit
de nobilibus. Qui non modo cum Sylla, verumetiã illo mortuo ſem
per hoc ꝑ ſe ſummis operibus retinendũ putauerũt, inimiciſſimi. C.
Cottæ fuerunt,quod is Coſ. Paulũ Tri. Ple. nõ poteſtatis, ſed dignita
tis addit,hic Cotta vt puto legẽ tulit, vt tri. Ple. liceret poſtea alios ma
giſtratus capere,quod lege Syllę iis erat ademptũ. Quãdiu quidẽ hoc
animo erga vos illa plebs erit,quo ſe oſtendit eſſe cum legẽ Aureliam
cum Roſciam nõ modo accępit,ſed etiã efflagitauit. Aurelia lege cõi
cata eſſe iudicia inter ſenatores & equeſtrẽ ordinẽ & tribũos Ararios
Quã, L. Roſcius Otho biẽnio ante Coſ. firmauit ĩ Theatro, vt equiti
bus. R. xiiii. ordĩes ſpectãdi gratia darẽtur. Memoria teneo cũ primũ
ſẽatores cum equitibus. r. lege Plotia iudicarẽt, hoĩem diis ac nobi
litati perinuiſum. Cn. Põpeium cauſam lege varia de maieſtate dixiſ
ſe. M. Plau. Syllanus Tri. Pl. C. Põpeio Strab. L. Portio Catõe Coſ.
ii. anno belli Italici, cũ equeſter ordo in iudiciis dñaretur, legem tulit
adiuuantibus nobilibus, q̃ lex vim eã habuit, quã Cicero ſignificat, nã
ex ea lege tribus ſingulę ex eo numero quinos denos ſuffragio creabãt
qui eo anno iudicarent, ex eo factum eſt vt ſenatores quoque in eo nu=

Appius Claudius Decemuir.

Lex Caſſia.

Lex Aurelia

Lex Roſcia

 mero eſſẽt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HAec oratio dicta eſt L. Cæſar. C. Figulo Coſ. poſt annum, quam pro Cornelio dixerat. Sex competitores in conſulatus petitiõe Cicero habuit, duos patricios P. Sulpitium Calbam, L. Sergium Catilinam. quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antoniũ, M. Antonii oratoris filiũ. L. Caſſium Longinum, duos, qui tamen non primi ex familiis ſuis magiſtratũ adepti erant, Qu. Cornificium, & C. Licinium ſacerdotẽ. Solus Cicero ex competitoribus equeſtri erat loco natus, atque in petitione patrem amiſit, cæteri eius competitores modeſte ſe geſſere, viſique ſũt Qu. Cornificius, & Galba ſobrii ac ſancti Viri, ſacerdos nulla improbitate notus. Caſſius, qui iners ac ſtolidus, tum magis quã improbus videretur, ſed & paucos menſes in coniuratione Catilinę eum eſſe apparuit, ac cruentiſſimarum ſententiarum fuiſſe authorem, itaque hi. iiii. pro re iacebant, Catilina autem & Antonius, quamquam omnibus maxime infamis eorum vita eſſet, tamen multum poterant, coierant eĩ ambo, vt Ciceronẽ conſulatu deiicerent, adiutoribus vſi firmiſſimis, M. Craſſo, &. C. Cæſare. Itaque hęc oratio contra ſolos Catilinam, & Antonium eſt. Cauſa orationis huiuſmodi in ſenatu habẽdę a Cicerone fuit, quod cũ indies licẽtia ambitus augeretur propter pręcipuam Catilinæ, et Antonii audaciam, cenſuerat ſenatus, vt lex ambitus aucta etiã cũ poena ferretur Ei quoque rei Qu. Mutius Oreſtinus Tri. Ple. interceſſerat. Tũ Cicero grauiter ſenatu interceſſionẽ ferente ſurrexit, atque in cõcionem Catilię, & Antonii inuectus eſt ante dies comitiorum paucos. Dico P. C. ſuperiore nocte, cuiuſdã hominis nobilis. & valde in hoc largitionis quæſtu noti & cogniti domũ. Catilinã & Antoniũ cũ ſequeſtribus ſuis cõueĩſſe Aut C. Cęſaris, aut M. Craſſi domũ ſignificat, etenĩ acerrimi. ac potẽtiſſimi fuerunt Cicerõis refragatores cũ petiit cõſulatũ, qđ eius in dies ciuilẽ creſcere dignitatẽ aĩaduertebãt. Et hoc ipſe Cicero ĩ expoſitione ſuorũ cõſiliorũ ſignificat. Eius quoque cõiuratiõis, q̃ Cotta, & Torquato Coſ. ante annũ quam hęc dicerẽtur facta ẽ a Cati. & Piſo, arguit, M. Craſ. authorẽ fuiſſe. Quẽ .n. aut amicũ habere põt is, qui tot ciues trucidauit. aut qui ĩ ſua ciuitate cũ ꝑegrino negauit ſe iudicio equo certare poſſe? Cati. cũ ĩ Syllanis ꝑtibus fuiſſet, crudeliter feciſſe noiati etiamt poſtea Cice. dicit, quos occiderit. Q Cęci. M. Vol. L. Tãtaſiũ. M. ẽt Marii Gratidiãĩ ſũme popularis hois, qui ob id bis ꝑ̄tor fuit caput abſciſſum ꝑ vrbẽ ſua manu Catilina tulerat, quod crimẽ ſępius ei tota oratiõe obiicit. Fuerat vero hic Gratidi. arcta neceſſitudine

Cicero æq̃ſtri loco natus.

Catilinę egiſſet, cum videri vult Feneſtella cur * tam quamuis male exiſtimet de cauſa Mutii tamen ei exprobret patrocinium ſuum, non idem in Catilina faciat, ſi modo pro eo dixit, vt cur ipſum illud iudicium ſæpius in infamiam vocat, quod protinus videretur fuiſſe facturus, ſi in eo iudicio fuiſſet Patronus. Atque vt alia omittam, hoc certe vix videtur dicturus fuiſſe ſi illo Patrono Catilina repetundarum abſolutus eſt. Stupris ſe omnibus, ac flagitiis contaminauit, cæde nepharia cruentauit, diripuit ſocios, leges, quæſtiones, iudicia violauit.

ET POSTEA.

¶ Quid ego vt violaueris Prouinciam prædicem? nam vt te illic geſſeris, non audeo dicere, quoniam abſolutus es, mẽtitos eſſe equites Ro. Falſas fuiſſe tabellas honeſtiſſimę ciuitatis exiſtimo, mentitum Qu. Metellum Pium, mentitam Aphricam vidiſſe neſcio quid apud illos iudices qui te innocẽtem iudicarunt. O miſer qui non ſentias illo iudicio te non abſolutum, verum ad aliquod ſeuerius iudicium, ac maius ſupplicium reſeruatum, Veri ne ergo ſimile eſt hęc eum Catilinæ obiicere ſi illo defendẽte abſolutus eſt? Preterea mouet me quod cũ ſint cõmentarii Ciceronis earum etiam defenſionum, commentarium aut principium ita quod iudicio abſolutus eſt Catilina vt Clodius ĩfamis fuerit pręuaricatus eſſet. Nam & reiectio iudicium, ad arbitrium rei videbatur eſſe facta. Populum vero cum inſpectãte populo collum ſecuit hominis maxime popularis, quãti faceret oſtendit. Diximus & pauloante Marii caput Catilinam per vrbem tuliſſe.

Catilina caput Marii per vrbẽ tulit.

Me qua amentia inductus eſt vt contemneret conſtituere non poſſum, vtrum ęquo laturum putauit, an in ſuo familiariſſimo viderat me ne aliorum iniurias mediocriter poſſe ferre. Manifeſtum eſt C. Verrem ſignificari. Alter pecore omni vendito, & Saltibus prope addictis. Paſtores retinet ex quibus ait ſe cũ velit ſubito fugitiuorum bellum excitaturum C. Antonium ſignificat. Alter induxit eum quam potuit vt repente gladiatores populo non debitos polliceretur. quos ipſe conſularis candidatus perſpexit, & legit, & emit pręſente P. R. factum eſt. Q. Callium quem poſtea reum ambitus defendit ſignificare videtur. hic enĩ cum eſſet Pręturæ candidatus, quod ĩ ędilitate quam ante annum geſſerat veritas * non habuerat, dedit gladiatorium ſub Titulo patris ſe id dare. Quamobrem augere etiam mercedes ſi vultis Qu. Mutium peruerti legem impedire vt cœpit ſenter * Coſ. Sed ego ea lege contentus ſum qua duos Coſ. deſignatos vno tempore damnari vidimus

Lex Calpurnia de Ambitu.

Legem Calpurniam ſignificat, quam C. Calpurnius Piſo ante triennium de ambitu tulerat. ꝙ autem dicit damnatos eſſe deſignatos coſſ. P. Syllam, & P. Antonium, de quibus iam diximus, vult intelligi. Cognomen autem Q. Mutio Tribūo quem nominat fuit Oreſtinus. Atque vt iſtum omittam in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, ĩ victoria quadrigarium. De Antonio dici manifeſtum eſt, ſed dicit eum ĩ exercitu Syllæ prędonem propter equitum turmas, quibus Achaiā ab eo vexatam eſſe ſignificamus. in introitu gladiatorem pertinet ad inuidiam proſcriptionis, quæ tum facta eſt. ĩ victoria quadrigarium, quod cum Sylla poſt victoriam Circẽſes faceret, ita vt honeſti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius. Te vero Catilina Conſulatum ſperare aut cogitare, non prodigium atque portentum eſt? ex quibus enim petis? a principibus ciuitatis, qui tibi, cū L. Volcatius coſ. ĩ conſilio fuiſſet, ne petendi quidem poteſtatem eſſe voluerunt. Pauloāte diximus Catilinam cum de prouicia Aphrica decedēret, petiturus conſulatum & legati Aphri queſti de eo ĩ ſenatu grauiter Romā ꝑueniſſent, ꝓfeſſus deīde eſt Catilina petere ſe cōſulatū L. volcati. Tulli. coſſ. conſilium publicum habuit an rationem Catilinæ habere deberet ſi peteret conſulatum. nam quærebatur repetundarum Catilia, ob quā cauſam deſtitit a petitiōe. An a ſenatoribus qui te authoritate ſua ſpoliatū ornamentis omnibus. vinctū pene Aphricanis oratoribus tradiderūt? Diximus modo de hoc. nam iudicium quoque ſecutum repetundarum a quo ipſe per infamiam liberatus eſt Catilina, ſed ita vt ſenatorum vrna damnaret, equitum & tribunorum abſolueret. Ab equeſtri ordine quem trucidaſti, Equeſter ordo pro Cinanis partibus cōtra Syllam ſteterat, multaſque pecunias abſtulerant, ex quo ſacculariĩ erant appellati, atque ob eius rei inuidiam poſt Syllanam victoriam erant interfecti a plebe, cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo ſine gemitu ac recordatione luctus aſpicere poſſet. Eiuſdē illius Marii Gratidiāi qđ caput geſtarat obiicit, quo loco dicit Catilinā caput M. Marii geſtaſſe, quod caput etiā tum plenum animæ & ſpiritus ad Syllam vſque ab Ianiculo ad ædē Apollinis manibus ipſe ſuis detulit. Omnia ſunt manifeſta. ne tamen erretis quod his temporibus ędes Apollinis in palatio fuit nobiliſſima, admonendi eſtis non hanc a Cicerone ſignificari vt puto, quam poſt mortē etiā Ciceronis multis annis Imp. Cæſar, quem nūc diuum Auguſtum dicimus, poſt Actiacā victoriam fecerit, Sed illam demōſtrari, quę eſt extra portam Carmētalem, inter forum olitorium & Circū Flaminium. ea enim ſola tum demum Romæ Apollinis ędes. Quid tu potes ĩ defenſione tua dicere, quod illi non dixerint, quę tibi dicere non licebit. & pau-

Sacculariĩ.

Aedes Apollinis vbi.

bit.& paulopoſt. Denique illi negare potuerūt & negauerūt,tu tibi ne inficiandi quidem impudentiæ locum reliquiſti. Quare pręclara dicuntur iudicia tuliſſe ſi qui inficiantem Luſcium condemnarint, Catilinam abſoluerint confitentem. Hic quem nominat L. Luſcius notus Cēturio Syllanus,diueſque e victoria factus. nā amplius cēties poſſederat,damnatus erat non multo antequam Cicero dixit. obiectę ſunt ei tres cædes proſcriptorum circa eoſdem dies. L.quoque Bellienus dānatus eſt,quem Cicero ait auunculum eſſe Catilinę.hic autē Lucretium Aſellā conſulatum contra voluntatem Syllę ad turbandum ſtatum ciuitatis petentem occiderat iuſſu Syllæ tūc dictatoris. Is ergo negat ignarum eſſe cum etiam imperitos ſe homines eſſe.& ſi quem etiā interfeciſſēt Imperatori ac dictatori paruiſſe dicerent,ac negare quoque,Catilinam vero inficiari non poſſe.huius autem criminis periculum quod obiicit Cicero paucos poſt menſes Catilina ſubiit.poſt effecta enim comitia conſularia,& Catilinę repulſam,fecit eum reum inter Siccarios. L. Lucullus peritus eruditusque, qui poſtea conſulatū quoque petiit. Hanc tu habes dignitatem qua fretus me contemnis & deſpicis.an eam qua reliquum vitę conſecutus,cum ita vixiſti,vt non eſſet locus tam ſanctus quo non aduentus tuus,etiam cum culpa nulla ſubeſſet,crimen adferret. Fabia virgo Veſtalis cauſā inceſti dixerat, cū ei Catilia obiiceretur,eratque abſoluta.hæc Fabia quia ſoror erat Terētiæ Ciceronis, ideo ſic dixit etiam ſi culpa nulla ſubeſſet. Ita & ſuis pepercit,& nihilo leuius inimico ſummi opprobrii turpitudinem obiecit. Cum deprehendebare in adulteriis, cum deprehendebas adulteros ipſe,cū ex eodem ſtupro tibi & vxorem & filiam inueniſti. Dicit Catilinam adulterium commiſiſſe cum ea quę ei poſtea Socrus fuit,& ex eo ſtupro duxiſſe vxorem,cum filia eius eſſet. hoc Luceius quoque Catilinæ obiicit in orationibus,quas in eum ſcripſit. Nomina harum mulierum nondum inueni. Quid ergo vt violaueris prouinciam prędicem cuncto.p.r.clamante ac reſiſtente.nam vt te illic geſſeris non audeo dicere,quoniam abſolutus es.dictum eſt iam ſępius Catilinā ex Prętura Aphricā obtinuiſſe,& accuſante eum repetundarū. P.clodio abſolutū eſſe. Prętereo illum nepharium conatum tuum & pene acerbum & luctuoſum.r.p.diem,cum CN. Piſone ſocio neque alio nemine cędem Optimatū facere voluiſti. Quos nominat intelligitis. Fuit enim opinio Catilinā,& CN. Piſonem adoleſcentem perditum coniuraſſe ad cędem Senatus faciēdam ante annū, quam hęc dicta ſunt Cotta & Torquato coſſ.eāque cædem ideo non eſſe factam quod priuſquam parati eſſent,coniuratis ſignum dediſſet Catilina. Piſo autem cum hæc dicerentur perierat ī Hiſpania miſſus a ſenatu per

Fabia veſtalis

Terentia Ciceronis.

honorem legationis vt auus ſuus ablegaretur, ibi dum iniurias pro=
uincialibus facit occiſus erat, vt quidam credebāt a CN. Pompeii cliē
tibus Pompeio non inuito. An oblitus es te ex me cum Pręturam pe
teremus petiiſſe, vt tibi primum locum concederem, quod cum ſępius
ageres, & impudentius a me contenderes, meminiſti me tibi reſponde
re impudenter te facere, qui id a me peteres, quod auunculus nunquā
impetraſſet. diximus iam ſupra Syllę Ludis quos hic propter victoriā
fecerit, quadrigas, C. Antonium & alios quoſdam nobiles homines
agitaſſe. Pręterea Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales
quadrigas, quam redemptionem ſenatori habere licet per legem, fuit
autem notiſſimus in Circo quadrigarum agitator Boculus ✱ Dicit de
malis ciuibus, qui poſteaquam illo conati erant Hiſpanienſi pugiūcu
lo neruos incidere ciuium Romanorum non potuerunt, duas vno tē=
pore conantur in Re. P. Sicas diſtringere. Hiſpanienſem pugiunculū
CN. Piſonem appellat, quem in Hiſpania, occiſum eſſe dicit. Duas
Sicas, Catilinam, & Antonium appellari manifeſtum eſt. Hunc vos
ſcitote, Licinium gladiatorem iam immiſiſſe cupidū ✱ Catilinæ iu
dic. quam, Quiue curium hominem quæſtorium. Curius hic notiſſi=
mus fuit aleator, damnatuſque poſtea eſt, in hunc eſt Hendecaſylla=
bus Calui elegās, & talis Curius pereruditus. Huic orationi Ciceronis
& Catilina & Antonius contumelioſe reſponderāt, quod ſolum pote
rant inuecti in nouitatem eius. Feruntur quoque Orationes nomine il
lorum ęditæ nō ab ipſis ſcriptę, ſed a Cicerōis obtrectatoribus, quas ne
ſcio an ſatius ſit ignorare. Cęterū Cicero Coſ. Omnium conſenſu fa
ctus eſt, Antonius Pauculis Centuriis Catilinā ſuperauit, cum ei pro
pter patris nomen Paulo ſpecioſior manus ſuffragata eſſet, quam
Catilinę.

CN. Piſo pugiūculus Hiſpa=nienſis.

ARGVMENTVM DIVINATIONIS.

CN. Pompeio primum, & M. Craſſo Coſ. C.
Verres perfunctus quęſtura, legatione, Prętu=
ra vrbana, patre C. Verre, & prętextato filio, &
filia nupta, vxorem babens, cum ſucceſſiſſet in
Sicilia Ca. Sacerdoti prętori, eamque nō ſibi
ſuccedente Arrio per triennium tenuiſſet, at=
que in ea fuiſſet libidioſe, auare, crudeliterque
verſatus, ſuccedente tandem in eādem prouin
ciā Metello, repetundarum reus ab Siculis po
ſtulatus eſt, qui omnes præter Syrracuſanos ac
mamertinos

Verres Repe=tundarū poſtulatus a Siculis

Mamertinos. M. Tullium illo tempore florētem defenſionibus ami
corum ad accuſandum deſcendere compulerunt. iam pridem illis ne=
ceſſitudine copulatum, quod Queſtor in Sicilia fuiſſet Prætore Sex.
Peduceo, & quod cum decederet in illa oratione quam Lilybei habuit
multa his benigne promiſiſſet. Acceſſit eis nō ignobilis futura de Ver
re victoria. quia a Metellis, Scipiōibus, & multis aliis nobilibus Viris,
& pręcipue ab Hortenſio ipſo defenderetur, facile & principe in ſena=
tu propter nobilitatem, & in foro ob eloquentiam rege cauſarum, & eo
dem conſule deſignato, cum Q. Metello fratre Metellorum alterius
prætoris Siculi, alterius prætoris vrbani. his ita cōſtitutis extitit Qu.
Cęcilius Niger domo Siculus & queſtor Verris, & eiuſdem (vt ipſe di
cebat) inimicus, qui ſe potius accuſatorem contenderet ſe conſtitui
oportere, has adferēs cauſas. Vnam quod ab eo læſus, & ob hoc iure il
li ſit inimicus, quare præuarica or eſſe non poſſet. alteram quod cum
quæſtor ei tum fuerit etiam ipſe in quęſtione crimina nouerit Verris.
Tertiam quod Siculus pro Siculis agat. Huiuſcemodi propoſitioni=
bus Cicero deſignatus ædilis his capitibus reſpondet, accuſatorem eū — Accuſator
eſſe oportere, qui inuitus cogitur religionis officio rogatus ab omnibus — quis & qualis eſ
Siculis, qui pro R. P. agat, quem volūt qui accuſant, quem metuit qui — ſe debeat.
accuſatur, qui idoneus eſt facundia innocentiæ, qui hoc facit imi
tatione maiorum. Diuiſio principalis vna de ſe ipſo, alteram
de contentione ſui & Cæcilii. Diuinatio dicitur hæc oratio,
quia non de facto quæritur hæc coniectura, ſed de futuro, quæ eſt diui= — Oratio hęc cur
natio vter debeat accuſare. Alii ideo putant diuinationem dici quod — diuinatio.
iniurati iudices in hac cauſa ſedeant, & quod velit pręſenti de vtroque
poſſint, alii quod res agatur ſine teſtibus & ſine tabulis, & his remotis
argumenta ſola ſequātur iudices, & quaſi diuinent. Agitur enim cauſa
ſenatoriis iudiciis in inuidia apud populum cōſtitutis, de corruptione
multorum vexatis prouinciis omnibus ac ſociis populi Ro. feſſis, toto
orbe terrarum accuſatoribus, præuaricatione, īfamibus, flagitante plę
be iudicia equeſtris ordinis, quæ fere ante annos. x. Victor Sylla iu=
ſtulerat, cognoſcente de pecuniis repetundis. M. Glabrione prætore,
& ampliſſimis quibuſque ſenatorii ordinis iudicātibus, ſumma expe
ctatione cunctorum. Genus cauſę honeſtum. Status qualitas negocia
lis comparatiua de conſtituendo accuſatore, quis potiſſimum de duo — Status cauſa.
bus, aut quis ſolus accuſet. Dicit enim Cęcilius aut a ſe accuſandum eſ
ſe Verrem aut a ſe quoque. Si quis veſtrum iudices, hæc tota capite ſo=
loeciſmi ſpecies continetur, niſi addas, & aut idē, ✣ vt ſit. Et nunc ſubi
to mutata volūtate ad accuſandū deſcenderi quare multi nō deſcēde
ri legūt, ſed deſcēdere. Eorū qui adſūt, coronā ppli dicit circū ſub ſe

lia ſtantẽ. Cauſis iudiciique publicis, cauſę ẽt priuatæ ſũt, ſed Repetũdarũ, ambitus, maieſtatis, & cętere Reipu. cauſa conſtitutæ ſunt. Vna & id quod facio probabit. Principalis diuiſio huius cauſę bipartita eſt, vtrum recte Cicero accuſet, & vtrum Cęcilio ſit anteponendus. Siculis omnibus elatorie. Cum enim a duobus quęſtoribus Sicilia regi ſoleat, vno Lilybitão, altero Syracuſano. ipſe vero Lilybitanus quęſtor fuerit Sex. Peduceo pretore, omnibus tamenſe placuiſſe dixit. Cum quęſtor. Narrationem in exordio multi admirantur hac reprehenſione ſed non recte. eſt enim argumẽtalis narratio ad priorem diuiſionẽ in qua quęritur an recte Cicero ex defenſore, accuſator effectus ſit. Veteribus patronis multis, ſiculi veteres patronos habent, in quibus Marcellus a Marcello ortus, qui Syracuſas victor ſeruauit incolumes. Sciṕiones. quorũ author P. Scipio Aphricanus Carthagine exciſa Sicilię ornamenta retulit ſua, quibus quondam a pœnis victoribus ſpoliata erat. Metelli quorum familia proxime Siculis patrocinium prębuit, cum fuerit Lepidus in ea prouincia Pretor iſtantibus ad accuſandũ eum Metellis duobus, Celere, & Nepote. Populati atque vexati. populati auaritia, vexati libidine, & crudelitate. Cuncti, ſimul omnes quaſi coniuncti in cauſis iudiciiſque publicis. Iam hoc contra Cæciliũ eſt, qui nunquam ſui periculum fecit. Cauſam defenſionemque cauſę ingerunt, quas iuſte defenſionem, & mire defenſionem vult eſſe non accuſationem. Sępe eſſe pollicitum, in ea oratione quam decedẽs Lilybei habuit. Veniſſe tempus aiebant, vt Terentius. hoc hercle factum eſt, fac vt promiſſa appareant. Seſe iam ne deos quidem in ſuis. Mire imitatus ẽ verba Siculorũ dolore oxymora, & inania, quaſi deos non habeant, qui ſimulacra perdiderunt. Delubra templa eſſe. Delubra hic aliter oſtendit Tullius, aliter cum dicit templis, atque delubris Sũt & qui tẽpla eſſe dicant ſingulorũ diis attributorum locorum. Delubra multarum ędium ſub vno tecto a diluuio pluuię munitarum, alii delubra dicunt ea templa, in quibus nunc delubra corporum abluendorum more Dodonęi Iouis, aut Apollinis Delphici, ĩ quorum delubris Lebetes Tripodeſque viſuntur. Sũt etiã qui Delubra ligna delibrata, ideſt decoriata pro ſimulacris deorum more veterum poſita exiſtiment, ſed male. Per triennium, expectabat Arrium prouincia Sicilia ſucceſſurum Verri. qui non ſucceſſit, hincq́ in triennium Verris pretura durauit. Rogare, & Orare, Rogare vt hominem, orare, vt deos. Iam ei quibus id facerent, non habeba. Quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret, ſuperbiſſimum videretur ſi addidiſſet alteri, vt eſſet nemini a lteri, nam hoc non addidit, quaſi nec ipſi Tullio ſupplicare debeant intelligitur, quamquam cum anaphora ſit ad perſonã Siculorum non

Narratio ĩ exordio.

Verba oxymora.

Delubra.

Delibrata

rum non videtut inuidioſe orator dicere,quæ Siculos dixiſſe comme
morat. Grauiter & acerbe,Grauiter,quod accuſare nolebam, acer=
be quod Siculorum iiuriis affligebar.multorum bonorum exemplo,
ipſe mox dicet quo exemplo optimoıum virorum Vetere conſuetu
dine,quia viri robuſtiores accuſare conſueuerāt,non vt nunc adoleſcē
tuli .non tam ex eo vt Cęcilius qui inimicitias proſequitur ſuas. In
Achaia, Aſia.In his prouinciis legatos,& pro quæſtore Dolobellæ
C. Verres flagitia multa commiſit.Romæ denique in prætura vr=
bana populatę vexatę nō a Verre tantum,ſed ab omnibus,hoc enim
vult intelligi prodeſſe velle R.P.accuſationis exemplo. Socii non ſi
culi tantum,ſed per omnes prouincias accuſatores ſe idoneos non ha=
bere. Cæcilium tangit Po.Ro.interea tametſi multis incommodis
his enim .x.annis victore Sylla ciuilibus bellis ſpoliatus eſt Po.Ro.
poteſtate tribunitia , iudicandi iure,quod habuit per equites Ro.
militaris arbitrio creandoıum ſacerdotum ſenatus aut iudicum.
Difficultatibus,propter plebem ruſticam,quæ partim agros, partim
ius ciuitatis amiſit,partim omnino proſcripta eſt victore Sylla,quod
plebs Romana de Marianis partibus fuerit,difficultatem enim, pau
pertatem ſignificat, Terentius E contıario quam vos facillime agi
tis, & ipſe alibi iu ſumma difficultate eſſe nummaria. Iudiciorum de
ſiderio tribunitia poteſtas efflagitata,Primus Sicinius Tri. Ple. nec
multo poſt Quintus,& poſtremo Palicenius perfecerāt,vt tribuniti=
am poteſtatem populo darēt Coſſ.CN, Pompeius magnus, & M.Li
cinius Craſſus. Ordo quoq; alius ad res iudicādas poſtulatur. T.Grac
chus legē tulerat vt equites Ro.iudicarent,iudicauerūt per annos.xx.
ſine infamia.poſt victor Sylla leges tulerat,vt ſenatorius ordo iudica
ret,& iudicauit p.x.ānos turpiter. nūc Aurelius Cotta legē fert , vt ſe
natores,& Equites Ro,ac tribūi ærarii ſimul iudicent , hoc eſt quod
Tullius dicit offenſione Senatorii ordinis fieri , & bene addit quo=
que,vt ſimul iudicaturos alios eſſe monſtraret. Etiam cenſorium no=
men, Regendis moribus ciuitatis Cenſores Quinto quoque anno cre Cenſores
ari ſolebant.Hi prorſus ciues ſic notabant,vt qui ſenator eſſet, eiice=
retur ſenatu,qui Eques Ro.equu m publicum perdeıet,qui Plebeius i
cenſuum Tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in
albo Centuriæ ſuæ,ſed ad hoc non eſſet ciuis tantum. Tantummo=
do vt pro capite ſuo tributi nomine æra prębeıet.iidem completo qui
quennio luſtrabāt ,& Solitaurilia ſacrificia de ſue,oue, tauro faciebāt Solitauría.
Eorum notam ſucceſſores plęrumque ſoluebant.Hoc igitur tam tri=
ſte, ſeuerumque nomen Populus Romanus ſic oderat , vt intermiſ=
ſum eſſet per plurımos annos, quos nunc Orator propter infamiam
corruptorū

ſudicíum pecuniarum repetundarum publícum eſt.hanc habent ar=
cem.Arx vel ſedes tyranni dicitur,vt ſæpe alibi,vel ęditus in ciuitate Arx quid
& munitior ad ſalutem ciuium locus,vt Verg. Quo res ſumma loco
Panthu quam prendimus arcem,ergo prima ſpes in muris eſt,ſecun=
da in arce,ſi muros hoſtis irruperit.Non modo a Po.R.cur a Populo
Ro.ſi ſocialis eſt,quia ipſi ſocij Po.Ro.ſunt.Seſtertium Milies ex le
ge repeto,Fruſtra calumniantur Ciceronē homines,& modo eum Se
ſtertium Milies dicunt repetere,modo Quadringēties,cum primum *
non ſuo ore,ſed Siculorum loquatur accuſatorie vociferantium,dein
de ſi maxime ad eum ſunt referenda,quæ dicit,adhuc non inſtructus
ſit contra Verrem,nec ad plenum nouerit cauſam.tertio cur aut calū=
niatoris,aut præuaricatoris perſonam ſubeat,cum aliud agatur,nō eñ
de condemnando Verre,ſed de conſtituendo accuſatore confligitur,
poſtremo cur id fraudi ſit Ciceroni,cum ad tempus oratorū dicta pro
ferantur,nam eodem modo erit cōtrarium præſenti actioni,quod alia Oratorum dicta.
dicit orationem iri victuma ſe Cæciliū. Qui idoneas cauſas accuſan
ſandum Verrem multas ꝓtuliſſet.Quod in vnaquaque re,leges Hie *
ronicas Rupiliaſque dicit,aut regis ſui,aut Rupilij de.x.legatorum
ſententia cōſtitutas.Eripuiſti,atque abſtuliſti,Eripuiſti quicquid au
ri gemmarum,abſtuliſti quod ī vna quaque re beneficio Senatus Po.
que Ro.iuris habuit.Si tacent ſatis dicunt,Tale illud eſt cum tacent
clamant,& victoriam ipſam viciſſe videaris.& Philoſophandum eſt
etiam ſi non eſt Philoſophandum.hæc in loco,nec Oxymora,nec Ca Oxymora
coȝela iudicanda ſunt,aut enim inferioribus dictis,aut ſupra poſitis Cacozela
leniūtur,vt eſt illud. Vereor vt hoc quod dicam perinde intelligi poſ=
ſit auditu,atque ego ipſe cogitans ſentio,& illud quod ſequitur.Acce
dere,aut adſpirare.Accedere eſt proximū fieri.Adſpirare in eam par
tem qua quid quæſitum eſt,vultum & oculos ac ſpiritum oris aduer=
tere.Et quis vnquam tam palam de honore,tam vehementer de ſalu= Adſpirare
te ſua contendit,bene diſtribuit,omnis enim ſtudioſa cōtentio,aut de
honore,aut de ſalute præcipua eſt.Non enim inquit illud peto quod
ſoleo,cum vehementius contendi impetrare. Acriter ipſum inducit
Hortenſium confiteri conſuetudinem ſuam in corrumpendis iudi=
cijs peruagatam,& addit videri ſibi tantumdem impetraturum,a iu=
dicibus corruptis ſi Cęcilius conſtituatur,quantum ſi plane abſolua=
tur Verres,& eſt ordo & ſenſus,non enim inquit illud peto quod ſoleo
impetrare a iudicibus,cum vehementius contendi,quid?hoc ſcilicet
reus vt abſoluatur, id peto cum vehementius contendi cum pe=
cuniam iudicibus dedi, ſignificat iudicium corrumpi, ſed qua=
re non aperte dicit,quia ipſe Siculos inducit loquentes, & omnes *

 homines facinora

homines facinora honeſtius leuiuſque pronunciant. Quod fidele eſt, quod honeſtum, quod non inuidioſum, ſcilicet vt a Cęcilio Verres accuſetur, quo facto, & non damnabitur reus, & cum hoc egerint iudices, tamen non videbuntur eſſe corrupti, cum tantundem fecerint. Cuius ego cauſa laboro, Inepti ſunt homines, qui hanc clauſulam notant vt malam, cum ſit ex ſpondeo, & bacchio de induſtria durior ad exprimendam ſententiam poſitam more Ciceronis, vt alibi idem. non tu eum patria priuare qua caret, ſed vita vis. Te ipſum vlciſcantur, vlciſcor, & punio ſignificat, & vindico, nunc ergo puniant intelligemus. A pueris nobilibus, Appio Claudio adoleſcente nobili, qui cum accuſaret Terentium Varronem repetundarum ex Aſia victus ab Hortenſio eſt, in quo iudicio diſcoloribus ceris ſigna ſentẽtiarum notabantur. ſignificat, & Cæſarem item adoleſcẽtem in Dolobella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus eſt quantum oportuit per Hortenſii gratiam. nam ſi non damnatus eſt Dolobella, quomodo poſtea dicit Tullius, iam iã Dolobella, neque me tui, neque tuorum liberum quos tu miſeros ĩ egeſtate ac ſolitudine reliquiſti miſeret. poteſt ſignificare ſane etiam Scaurum, qui alterum Dolobellam conſularem triũphalemque accuſauit, & potuit eidem Hortẽſio reſiſtere. Si a quadruplatoribus. Quadruplatores delatores erãt criminum publicorum, in qua re quartam partem de proſcriptorum bonis quos detulerãt conſequebantur. Alij dicunt quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores, qui conuicti quadrupli damnari ſoleant, aut aleæ, aut pecunię grauioribus vſuris feneratæ, quam pro * aut eiuſmodi aliorum criminũ Aliquis metus adiunctus ſit ad grãm, id agit corruptor, vt gratioſus Iudex non ſolum velit ſeruare corruptori ſuo fidem, verum etiam aliquid habeat cur vel inuitus cogatur ad cuſtodiendam pactionem promiſſæ a ſe gratiæ. quid autẽ eſt quod metum adiungat ad gratiam, ſcilicet aut cuſtos, aut ſignum, aut aliquid eiuſmodi. Non eñ ſingulos ferre ſententiã, ſed vniuerſos cõſtituere, in diuinatione, & in alijs maioribus vniuerſi iudices in Ciſtã tabulas ſimul conijciebant ſuas, eaſque inſculptas literas habẽtes abſolutionis, ſiue cõdemnationis, cum de alicuius capite agebatur. nõ, & L. ampliationis, his eñ literis ſignificabant non liquere. Certos, aut ob ſententiam ſuam cur quiſque damnaret, aut cur quiſque abſolueret proſcripſiſſetq;, & ideo certos quaſi ſeqſtres huius rei inter iudices ſe habere dicit Hortenſius, quibus antequam tabulas in vnum omnes conijciant, atque confundant furtim oſtendant, quam quiſque ſententiam conſtituendo accuſatori cõſcripſerit. Vult ergo corruptionis tantã ſollicitudinẽ circa iudices eſſe Tulli⁹, vt hac religione iniecta ꝓ ſe iudicẽt, ſinguli aũt ſen-

Vlciſcor quid

Quadruplatores.

In quadruplũ accuſabantur pecuniam grauioribus vſuris fœnerãtes.

Tabulæ in ciſtam coniectæ

Abſolutio Condemnatio Ampliatio.

tentiam de tabula

tentiam de tabula pronunciabant in leuioribus cauſis,& ob id ipſum neque nota,neque cuſtode opus fuit,cur corruptor iudicum adiunge-ret metum ad gratiam iudicantis. Conſtituere autem tabulas in ciſta ponere ſignificat magis quam decernere. Ceratam vnicuique tabel-lam dari cera legitima. Varro Conſobrinus frater huic cenſi reus ex Aſia apud L.Furiũ Prætorem primo de pecunijs repetũdis,dein-de apud P.Lentulũ Suram eſt accuſatus,Abſolutuſque eſt a Q.Hor tenſio,qui corruptis iudicibus hunc metum adiunxit ad gratiam, vt diſcolorib⁹ ceris inſignitas iudices tabellas acciperẽt,& timeret vnuſ quiſque eorum ne ſi de ✶ actionis nõ ſeruare videretur ſi non in tabu lam quam vnicuique datam meminiſſet Hortenſius ex nota ceræ ſci-licet diſcoloribus abſolutum Varronem reperiret. Non illa infami, ac nefaria. Mire ex ipſius Hortenſij perſona hoc dicitur,quæ ſæpe vir tus maxima Ciceronis in huiuſmodi allocutionibus inuenitur. Ad viros fortes,quam graue fuerat,ſi ad me diceret,cũ de illo ſpecialiter nominatimque dicat,& viros contra pueros nobiles ponit,ſpectatos contra ſordidum quadruplatorum genus. Totam eſſe mutãdam,ama re totam dixit,quaſi ex nulla parte bonam rationem defendendi ha-beat Hortenſius. Meliore conditione ſit,ideſt meliorem conditionẽ habeat,meliorq; ſit,quippe qui,& poſſit,& debeat hõeſte agere,& hoc ſit facili⁹ quã corrũpere iudices. Eos hoĩes quos ipſe vidit,bñ ipſe vi dit. Maior eñ eſt Hortẽſius Tullio,adeo vt ĩ libris,qui de oratore ſcri bũtur,etiam laudetur Hortenſius a L,Craſſo,& M.Antonio.hos an te Cicero Catonẽque veneratur,& multos alios,quos & de oratore & in oratore,& Bruto collegit,ſed Craſſum, & Antonium vidit Hor-tenſius,alij vetuſtiores ſunt. Sine magno multorum periculo poſſe corrumpi. Bona occaſione ſubtiliter,& Iudicibus comminatur,& Si-culis acrimoniam ſuam in accuſando demonſtrat. Suſcæptam,ſuſcipi tur totum,recipitur pars,ſuſcipitur quod hinc pendet ſuſcipitur.ſolũ aliquid propter ſe recipitur. Vt mihi nõ vnus improbus Verres. Om-nis improbitas,& corrupti iudices,& corruptores eorum,& ſequeſtres. & interpretes,& emiſſarij,& omne quod vitij eſt. Tu te tui periculũ. Tẽtamẽtũ dicit.hoc eſt qñ tute ipſe tẽtaſti,qñ vel exercuiſti, vel per-tuliſti. Vitam alterius totam explicare,præſtruit ad illud quod dictu rus eſt multa eſſe crimina in Verre quæ conſcius ſocietatis Cæcilius non audebat attingere,& hoc innocentiæ eſt vitam alterius totã expli care.illud eloquentiæ,atque ea nõ modo in animis iudicum,& quod ſequitur. Sociorũ ſalutẽ,cõmoda prouinciarũ,hoc eſt cauſam patriæ ſuſcipere,& recæpiſſe ſingulorum.rationem vitæ repoſcere, accuſa-

Sententiæ de Tabella i cau-ſis leuioribus.

Locus Cor-ruptus: ✶

Maior.i. anti-quior.

Sequeſtres Emiſſarij

 torem eſſe.

torem eſſe.ſuę reddere defenſorem.Deinde accuſatorem firmum verumque eſſe,firmum,vt poſſit,verum,vt velit.Vt eſt hominũ genus,amariora dicturus ad Siculorum perſonam contulit dicta.Niſi a Siculis potuiſſe cognoſci,quia aut Siculus ipſe eſt,aut quia niſi quæſtor in Sicilia,nihil aliud fuit Cęcilius in quo noſceretur,quid hominis eſſet.Deportare literas.Aſportare aliquid,vt intereat,Deportare vt mutet locum.Potamonem ſcribam,& familiarem,hæc omnia ſigna ſunt falſi accuſatoris.Lectiſſimum adoleſcentem,vera laudatio.vult enim illum non vt inimicum fratiſ contra Germanitatis officium eſſe cum Verre,ſed ideo quod Cęcilius quoque Verri carior ſit.

Aſportare
Deportare.

Quæritur.Sicilia tota Inepte quidam mirantur cum hæc Tullius in accuſando Verre non obieecerit Cæcilio,& multa alia,& non intelligunt hæc ad tempus commode adiungi,quæ victo Cæcilio non ſunt neceſſaria,Frumentum in cellam.Annonam Prætoris dicit,que in frumẽti certo numero præbebatur ab Siculis,in quibus Verres,& pecuniã pro frumento exegit,& eo pręcio,vt pro duobus Seſtertijs duodenos per modios ſingulos exegerit,ſexies pluſquam emebatur.Emptũ eſt ex S.C.frumentum a Siculis.Sicilia dabat decumanum frumentum hoc quod ab Aratoribus exigebatur ſine pręcio,dabat emptũ,pro quo ex S. C.pecunia ſoluebatur ęſtimatum,quod decretum Prætor in cellam hoc eſt in vſus Cellæ extimare ſolebat accipiens,cum interdum pro frumento pecuniam ſumeret.

Decumanum
Frumentum.

Pecuniam publicam tu tractabas,hæc erat prima Senatoris adminiſtratio,Quæſtorẽ fieri,& in prouintia curam gerere pecuniæ publicæ in vſus diuerſos erogãdæ.Ne qua deductio fieret,modo deductionem diſpendium ſignificat,alias deductio imminutio eſt etiam iuſta.

Mancipes.

Mancipes a ciuitatibus,Mancipes ſunt Publicanorum principes Romani homines,qui Quęſtus ſui cauſa ſic decumas redimunt,ſic paſtum,aut pecora publica Prætorij,aut pecuarij,quorum ratio ſcriptura dicitur,hi enim exigenda a ſocijs ſuo periculo exigunt,& R.P.repreſentant.Prouidentes etiam in illa redemptione commodis ſuis.licet autem ſi moderate fiat extimare in cęnam Prętoris frumentum,mancipes pro frumẽto ab aratoribus pecunias accipere non licet,quod cum faciebat eſt vera defenſio.eſt inanis,vt tamen aliquid dici videatur,neutrum horum habuit Verres.Et lamenta faciebat miſer,oſtendit Auariciæ cæcitatem.Sunt alia magis occulta furta,Inepte a quibuſdã q̃ritur quę ſint.nulla ſunt em̃,ſed oratorũ eſt neque minuere laudes,vel crimina,neq̃ oſtẽdere fures deſignans.Benigniſſime cũ quęſtore ſuo cõmunicauit,iocula riter irriſit,vt tota iſta q̃ſtura ad ſocietatẽ furtorũ valeat non ad accuſationẽ.Si tibi indicium poſtulas,certa ſunt quibus impunitas indici datur in

cauſa proditionis

cauſa proditionis,maieſtatis,& ſi quid huiuſmodi eſt.Certe etiã perſonæ ſunt quę indices fieri poſſint.Itaque neque repetũdarũ cauſa per Indices agi ſolet.neque ſenatoria pſona poteſt indicium profiteri ſaluis legibus.Index eſt autem,qui facinoris cuius ipſe eſt conſcius latebras idicit impunitate propoſita.Fſt autẽ ſenſus index poteſt eſſe ſi tibi hoc licet.accuſator de qua re agimus eſſe nõ poteſt.Satis cõtumelioſe tanquam leuem hominem exagitauit Cęciliũ.Ego etiã quæ tu ſine Verre commiſiſti.quæ iſta?nulla ſcilicet.hæc enim communicationis nõ veritatis iſtar habẽt,& quidẽ nõ in nomine tãtũ,& in genere eſt,ſed in omnibus attributis pſonę.Ergo quis is & quot ſiculis,& continet,& quod indoctus,& quod non intelligeret.quod nullo ingenio.Putabas ne te poſſe.Propriũ oratoris in omni qualitate comparatiua ſic agere eum,qui proferri velut occaſionem ſibi ſumat oſtendendi,quã perite poſſit tractare id ipſum de quo agitur.Ergo quia de cõſtituendo accuſatore ambigitur oſtendit Cicero qualis accuſatio eſſe debeat,vt perinde ac dicit videatur acturus.Athenis nõ Lilibei.Romæ non in Sicilia,dicit illum Græcas literas ſimul Latinas in Sicilia didiciſſe in ea inſula,quę neutra lingua bene vtatur,ita enim Plautus in Perſa,dabuntur tibi ſexcenti logi atque attici,nullũ ſiculũ accęperis,Quod mihi licet per amicorũ negocia quibus occupatur.Ita mihi deos velim propitios,genus Iuriſiurandi id eſt quod dicimus.tantũ mihi diuinitas faueat,quantũ verũ illud quod dico tibi.ſic igitur ita mihi deos velim propitios,vt commoueor animo,ac toto corpore per horreſco,cũ mihi illud diei venit in mentẽ,quo de citato reo.Magnitudo iudicij repetundarũ.Iudicium ſine dubio magnũ eſt,ex perſona Verris,qui poſt Præturam de fortunis omnibus dimicat,& amplitudinem Iudicium.ſunt enim clariſſimi,& actor,& contemplatione,& multarum rerũ huiuſmodi.Tu horũ nihil metuis,nihil cogitas,nihil cogitas,nihil laboras,metum ad offenſionem inimicorum Verris retulit.cogitationem ad expectationem hominum.laborem ad magnitudinem rerũ.Iouem ego Optimum Maximum,hæc capita ſolent vſitata eſſe cauſidicis imperitis,quod genus vitij in primordio in Rhetoricis vulgare nomiat.Incipiebãt aũt veteres,vt Vergilius oſtẽdit,aut ab inuocatione deorũ quale eſt.pfatus diuos ſolio rex infit ab alto,aut reprehẽſione ſupioris tẽporis,vt ait Lucius.Vellẽ cũ primis fieri,ſi forte petiſſet,vitioſe ãbo cara,& Vergilius.Ante equidẽ ſũma de re ſtatuiſſe latini,& vellẽ,& fuerat melius.Cuius ego ingeniũ ita laudo,Cur hoc Tullius dicit,ſcilicet ne terreãtur Siculi laude Patroni aduerſarij ſui.Factũ eſſe nec ne,factũ ẽ,nõ ẽ factũ calũniatores,& hoc gen' argumẽti complexio dicitur,quæ ſi probabilis eſt vincitur, ſi neceſſaria,

Index quis.

Exordiũ vulgare vitioſum

Complexio.

ſi neceſſaria, ſolui non poteſt. Quid cum accuſationis tuæ membra diuidere cæperit, hinc irridet Hortenſij cōſuetudinem, vt ſępe alias ex illius inuidia deonerare aliquid, hoc plus eſt quam ſocium criminis reddere. Ipſe profecto metuere incipies, Mire deſcripſit imperitū cui perſuaderi poſſit verum dicere aduerſarium ſuum. Trāſigere. Trāſigere quod manifeſtum eſt. Expedire, definiēdum. Abſoluere diuidēdum, an tranſire eſt quod aut confiteri non timeat, aut negationem cōcludat. expedire, quod definitione ſoluatur. abſoluere, quod per qualitatem licitum eſſe mōſtratur. Poteris ne eius orationi ſubire, quaſi latine dixit, & magno ponderi ſubire. Pręſtringat aciem, vel a pręſtigiatoribus tranſtulit verbum, vel latronibus, qui ignari & rudes pugnæ etiam vano armorum ſonitu terrentur pręſtrictis luminibus. Plautus in Milite glorioſo, vt vbi vſus veniat contra conſerta manu pręſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus. Magiſter ludi literarij, ludi magiſter. omnem enim ſcholam ludum dixere Romani, & magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docēt. ergo libellum veterē vult intelligi attuliſſe Cęcilium, vnde magiſter dictata pueris prębere conſueuiſſet. Cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis, hironia. Subſcriptores autem dicuntur, qui adiuuare accuſatorem cauſidici ſolēt, quos oportet ſummiſſius agere, quam dicat ille quem ſequuntur. In omnibus enim rebus, hic ratio redditur, quare dixit tametſi non eſt ſatis. nam ſupra ideo poſuit eſt aliquid hoc vt oſtenderet, quod ſine ijs nihil ſit Cęcilius. Proximū ſubſcriptorem ſecundū ab accuſatore Cęcilium. habet alienum Cęcilius ſcilicet. alienum autem volunt intelligi propriū nomen eſſe, quaſi ab Alia, vt Vergilius Quoſque ſecans in Fauſtum interuenit Alia nomē, alij alienum non nomen propriū putant eſſe, ſed alienum, & alterius iudicij, & non ex auditorio prætoris maiorumque cauſarum, ſed ſubſellijs hoc eſt non a tribunalibus. Sunt enim Subſellia Tribunorū, Trium virorum, Quæſtorū, & huiuſcemodi minora iudicia exercentium, qui non in Sellis Curulibus nec Tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebāt. Totum iudicium ſuſtinebit, quia tu nec partem iudicij ſuſtinebis. hoc eſt enim totum iudicium, & ſpes omnis. Authoribus Græcis, Palliatarum ſcilicet fabularum. in his enim etiam ſi latinæ ſunt græca omnia ſeruantur. nam latinæ fabulæ per pauciores agebātur perſonas, vt Attellātę, Togatę, & huiuſmodi aliæ. An ideo authores Græcos dixit. Sæpe illorū, qui eſt ſecūdarum, aut tertiarum, Comœdia quinque actus habet, hoc eſt quinquies dicitur in ſcæna. Eſt ergo perſona primarum partium, quę ſæpius actu regreditur, ſecundarum quæ minus, minuſque procedit. Terētius in Phormione, quia primas partes qui aget is erit Phormio,

Præſtingere aciem.

Pręſtigiatores

Ludus.

Subſcriptores

Subſellia

*

Comœdia quinque actus continet.

quam ille

quam ille primarum ſubaudi partium. Multum ſubmittere, ſubaudi vocem, vel geſtum. Hunc tamen ab ſubſellijs, vtrum hoc ad contemptum an ad genus laudis pertinet, ego quaſi ad laudem dictum accipio, vt maior irriſio ſit Cęcilij, nec a ſubſellijs fuerint aliquãdo inclamando quidem huiuſmodi homines. in libris de oratore nõ declamatores, ſed clamatores idẽ Tullius vocat. Quartum quẽ ſit habiturus duos, dixit quomodo quartum nominat, ſcilicet ab accuſatore cũ ipſo Cęcilio numerans proximum alienum. quartum ex illo grege oratorum. obturbatores quoſdam ſordidoſque cauſidicos ſignificat, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrearentur, & ſe denuo compararent ad dicendum, & non receſſit a tralatione Scænicorum, qui ſunt Tragici, & Comici dicendo quartum actorem, & Regem. Cuicunque, ſiue mihi, ſiue Cęcilio alieniſſimis hominibus, hinc apparet etiam ſupra alienum alieni iudicij hominem ſignificari, & ideo de alienis, quaſi exteris. per iocum dicit tanquam peregrinantibus, & aduenis aliquem hoſpitio eſſe recipiendum Cęcilio Quaſi præteriẽs ſatiſſaciam vniuerſis, ſufficiet inquit omnibus quod ego vel præteriens breuiter dixero pro leuitate eorum quibus reſpõdendum eſt. oblique autem Cicero remouere conatur Cęcilium etiã a ſubſcribendi ſpe, quod poſtea ille popoſcerat ſecundarum munus, Sed inhumaniſſimum erat dicere, ne ſubſcriptorem quidẽ idoneum poſſe eſſe Cęcilium, quare in ſumma ſibi ſubſcriptorem neceſſarium nõ eſſe, alibi mox ait. ſed ne ſubſcriptorũ quidẽ cũ id poſtularet facerẽ ptãtẽ. De populo ſubſcriptor addatur, amare ſubſcriptor de populo, quaſi iſti i vulgo numerãdi ſint, & addatur ꝓprie de populo quaſi inuito, & ſuperbo, quod huiuſmodi res additæ dicantur. Veſtri ordinis reos, reos veſtra defenſione condignos, vel fures, & ſeruos nequam, qui apud Triũuiros capitales apud colũnã meniam puniri ſolent. Ad columnam Meniam, Menius cũ domũ ſuam venderet Catoni, & Flacco cenſoribus, vt ibi baſilica ædificaretur, excæperat ſibi vnius columnę, ſuper quam tectum proiceret, ✶ & ꝓuolãtibus tabulatis, Vnde ipſe, & poſteri eius ſpectare munus gladiatorũ poſſent, quod etiam tũ in foro dabatur. Ex illo igitur columna Menia vocitata eſt cauſis eiuſmodi. Aderant autem his rebus moratores apti talibus negocijs. Cuſtodem inquit Tullio me apponite, ſubſcriptorem non dixit, ſed cuſtodem, vt quia acerbe reſponſurus erat laceſſitus conuitium facere videatur. nam ſubſcriptores non ſolum chartarũ cauſa, neque iuuandi accuſatoris adhiberi ſolent, ſed etiam vt non facile corrumpantur. De iſto cuſtode toto, hoc eſt de omni genere ſubſcriptorum, ideſt etiam ſi Cęcilius ſubſcriptorem ſe eſſe depoſcat. Nunquam talis viros commiſſuros,

Obturbatores ac ſordidi aduocati.

Triumuiri Capitales Columna Menia.

✶ als ꝓijceret

 ros commiſſuros,

ros commiſſuros,malefacturos praue,nam commiti fraus dicitur,at-
que peccatū.Sū enim,& fidelis,& diligens,& ideo nec cuſtode indi-
geo,& ſpeculatorem eſſe inter mea ſecreta non patior. Verū vt ad te
* Cęcili redeam,recte quia aut ſubſcriptores parabas infecerat. Sed
cæteri Siculi,ſępe in Cæciliū vtitur hoc conuicio,vt illū non Roma
nū,ſed Siculū dicat.Pręfectus Antonij,quidam Antonius curator tu
endæ totius oræ Maritimæ,qua Romanū erat imperiū nō ſolū ipſe
nequam,verūetiam comitibus peſſimis rem inauditam inuaſit,& in-
dicto Cretenſibus bello,male re geſta ibidem perijt antequam Pom-
peius contra Piratas miſſus eſt.Sed de hoc alibi ait Tullius poſt Mar
Celeuſina. ci Antonij infinitū illud imperiū ſenſerat. Quibus ſe in claſſe vti
velle dicebat,Cani remigibus celeuſma per ſymphonicos ſolebat, &
* vel altam. per aſſam * vocē ideſt ore prolatam,& vt ī Argonaui per cytharam,
ſed quia hic in claſſe dixit,poſſumus ītelligere ad hoc ſymphoniacos
Claſſicum. capi ſolere,vt in claſſe pugnantibus claſſicum canant,vnde ipſi tibiæ
claſſis nomen eſt poſitum claſſicū. Non Verres ſed Q.Mutius Scę
uola ſignificat,huius quęſtor Rutilius Ruffus damnatus eſt,quod cū
prætore cōſenſerit ſuo ne Publicani aliquid agerent in prouincia ſua,
quo cognito equites R.nam tum ante Syllana tēpora iudicabant,dā
Redire ad ſe. narunt eum.hic eſt Mutius in honorem cuius Aſiani diem feſtū Mu
tia nominabant. Redit ad ſe,atque ad mores ſuos,nota redire ad ſe ho
mines.Circes.illa enim ſues ex hominibus faciebat.reddit autem iam
argumentū quod ad ſimilitudinem pertinet,vult enim innuere,quod
recte fecit,alienum eſſe,& parciſſimi temporis.propriū vero,& per-
petuū quod amiſit.Hic tu ſi læſum te a Verre dicis,iniuria ſemper in
iuſta eſt,lædi etiam aliquis iuſte poteſt,nam & qui iure damnātur lę-
duntur,ſed non iniuria,& recte contra,patiar.defendam,poſuit cōtra
concedam,negabo,& bene addit negabo.potuit enim aliter atque ali-
ter intelligi defenſio.eſt enim hic finis quid ſit iniuria,quam nec alio
qui probarent,quod & idoneus orator, & integer, & Quæſtor ac-
cuſandi Verris fuiſſet. Quamobrē cū eū cui Quæſtor fueris accuſes
accuſes pro eo quod eſt accuſare velis.an apud nos modo accuſes cum
dicas ab illo tibi iniuriam factā.Itaque neque L.Philoni,omnia exē-
pla ſunt quæſtorū,qui prætores ſuos non permiſſi ſunt accuſare. At-
que ille Cn.Pompeius, propiora exempla,& magis ſimilia poſterio-
ra ponenda ſunt.Strabonem autem dicit Pompeiū,Cn.Pompeij pa-
trem.Et enim cū lex ipſa,vide firmamenta argumentorū quoties in
oratione ſine metu faſtidij repeti ſolent.Clariſſimi Viri noſtræ ciui-
* tatis,hos rurſum extra contentionem quam ante Cæciliū habuit de
ſuo officio quemadmodū cęperit.repetit enim ne leuius videretur ex
defenſore repente

defenſore repente accuſator factus M. Catonem illum ſapiētem. Cato hic accuſauit Sergium Galbam pro direptis Luſitanis, & P. furiū pro iiſdem propinquiſſima extimatione frumenti. Accuſauit M. Aquilium, hic M. Aquilius de pecuniis repetundis accuſatus eſt. hic eſt igitur Lentuli Suræ pater in carcere ſtragulati propter coniurationem. L. Cottam in iudicium vocauit. hunc P. Africanus ante ſecundum conſulatum, & cēſuram dicitur accuſaſſe. Iudiciiſque corruptis, contaminatis, corrupta Iudicia ſunt in iis qui accęperunt pecuniam, cōtaminata in iis qui offenſione ordinis infamantur. Requiret, amiſſum ſentiet. hoc enim nihil requiret nec ſentiet ſibi deeſſe aliquid ex iis rebus, quas nunquam habuit. Ego me dignitate ſuperatum non arbitrabor, ero enim defenſor, vt fui, & neceſſitatem accuſationis euadā hoc quidem videtur placere, ſed latenter hoc ſignificat, prauo de ſe iudicio magis iudicibus hæſuram turpitudinem, quam ſibi.

Corrupta Iudicia.
Contaminata Iudicia.

VERRINARVM LIBER PRIMVS FINIT.

INCIPIT SECVNDVS.

VIcto Cæcilio, & accuſatione ad ſe delata, Cicero cum inquiſitiōis tempus in Siciliam poſtulaſſet dies. c x. & cum filia patrui ſui Tullii totam prouinciam colligendis literis in Verrem, & denunciandis teſtimoniis peragraſſet diebus. L. quia pedeſtre iter ex Sicilia, & propter fugitiuos, & propter Verris inſidias dubitabat, a Iubone * trāſiit. tam repente aduenien s, cū videret id agi vt a Glabrione Prætore ab iis iudicibus, qui tunc erant ad aliū annū aliūque Prętorem res tota tranſiret. eripereturque ſibi reus patrocinio Hortēſii, ac Metelli, qui tunc coſſ. futuri erant. per hos omnes Verres ludendi iudicii fiduciam ſumpſerat, hoc commentus eſt rationis, vt orationem lōgam prętermitteret, neque in criminibus declamatione cumulandis tempus abſumeret, ſed tantummodo citaret teſtes ad vnū quodque crimen expoſitum, & eos Hortenſio interrogandos daret, qua arte ita eſt fatigatus Hortenſius, vt nihil cōtra quod diceret inueniret, ipſe etiam Verres deſperato patrocinio ſua ſponte diſcederet in exiliū. hoc igitur laborat in oratione hac tota Tullius, vt oſtendat non dolo, nec aſtutia, ſed neceſſitate facere id quod fecit, vt magis aduerſariorū fraudibus occurrat

* vel Vibone

dibus occurrat, quāuis ipſe ſit captioſus. Vult enim, vt diximus omne hoc tempus quod eſt ante Calen. Ianuar. diſpenſare in totius cauſæ actionem. Ad alium Pretorem alioſque iudices nouis conſulibus veniendum ſit, toto igitur hoc libro exhortatio iudicum continetur ad vere iudicandum. Minæ in aduerſariū diriguntur omnia tētantes ad corrūpēdum iudicium, & vt expoſitiones Ciceronis conſilij ſui iudicibus exhiberentur. quas tractans communiter breuiterque obijciendorum criminum miram artē conficit. Status, quantum ad crimina cauſę repetūdarum pertinet cōiectura multiplex eſt omnibus libris, Quātum ad ſpecialem intentionem libri huius refertur qualitas negotialis extra ſcriptum in particula iuris eſt conſtituta. inducitur eīm poſtulatio de agendi nouo genere. ſiquidem petit permitti ſibi nō vti oratione perpetua, ſed breuiter crimina proponere, & ad ſingula teſtes dare. Sunt autem capita orationis hæc. An talis reus cuius damnatio proſit R. P. an talia eius conſilia ad corrumpendum Iudicium. An talia, & tam manifeſta crimina ad patrocinium deſperandum. An huiuſmodi ab eo, & eius ſuffragatoribus, & dicta, & facta ad eludendam accuſationem, vt nouo genere ſit agendum Tullio. Quarum rerū qua ſi per narrationem facit demōſtrationē expoſitione conſilij ſui, & cū iudicibus deliberatio videtur indicta, in qua oſtenditur certādum cū Hortenſio aſtutia, non vtendo horis omnibus ad dicēdum, tollendā ſi fieri poterit comperendinationem. per teſtes crimina comprobanda. Facit hoc Cicero, vt hæc res nō ſolum e compēdio moram ac breuitatem temporis tollat, ſed etiam circa artificium dicendi breuiter etiam in hac parte vim oratoris oſtendat. Qui concionibus & legibus, Concionibus. Quintium dicit, Trib. Ple. qui veneficij reum Oppianicū Cluentio accuſatore defendens victus erat illo damnato, legibus autē L. Aurelium Cottam Prętorem ſignificat, qui legem promulgarat de reſtituendis iudicijs Equeſtri ordini. Peculatorem ærarij ſub Carbone coſſ. cum Quæſtor eſſet. Peculator autem, qui furtum facit pecuniæ publicæ. Vexatorem Aſiæ atque Pamphilię, ſub Dolobella cum legatus ei, & pro Quæſtore eſſet, mortuo Malleolo. Prædonem iuris vrbani, in prætura vrbana, quam Sicilienſis ſecuta eſt, de qua nunc accuſatur. Cum multæ mihi a C. Verre terra marique inſidiæ. alias ſignificat inſidias quæ vitę eius factę ſunt, alia quæ integritati, & exiſtimationi. nam vult intelligi etiam prēmia ſibi pręuaricationis oſtentauiſſe Verrem, ſed terrę marique iſidias factas ſignificat. Ordini, nomini inſidiatur, ne dignitas iudicandi ordinē ſequatur detectis in corruptiōe iudicātibus. Nomini ſenatorio, Senatori nomē honori ne ſit, ſed potius ignominię. Senatoriū eīm ius ſubauditur, & ſenatorio ordini & nomini

Oratio perpetua.

Aurelij Cottę lex de reſtituēdis Iudicijs eq̄ſtri ordini.

ni,& nomini ſenatorio,Semel ait ſe in vita pertimuiſſe,contumaciam
Verris præcipitem,nam ſemel vicinum eſt ad pene nunquam,ex eo=
dē ſenſu eſt,quod ſemel in vita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius.vnde
Verg.mihi videtur dixiſſe, Tum primū noſtri Cacū videre timētē.
Tū cū a me reus factus eſt,quid eſt reū fieri niſi apud prætorem legi=
bus interrogari,Cū ei inius ventū eſſet,dicebat accuſator apđ præto=
rem reo,aio te Siculos ſpoliaſſe.ſi tacuiſſet lis ei ęſtimabatur,vt victo
ſi negaſſet petebat a magiſtratu dies inquirendorū eius criminū,& in
ſtituebatur accuſatio.Diem,dies fœminino genere tempus,& ideo di Dies.
minutiue diecula dicitur breue tempus,& mora.dies horarū.xij.ge=
neris maſculi eſt,vnde hodie dicimus,quaſi hoc die.petijt autem Tul
lius.c.&.x.dies Rupilius, ſiue Oppius ſuppoſitus a Verre.c.petijt.In
uenit iſte,qui ſibi in Achaiam,alij hunc Rupiliū,alii Oppiū putant
ſunt qui Raciliū dicūt accuſatorem,Oppiū reū.alii Q.Metellū ne=
potem accuſatorem.Curionem reum.Moris aūt fuerat,vt agendi dies
priori prior ordinaretur,itaque ſi omni tēpore poſtulato vſus eſſet ad
inquiſitionem Tullius,futurum erat, vt priori locus ad agendum
daretur ei,qui biduo breuiorem diem poſtulauerat,cuius accuſatio= Profligatum
nis interpoſita de induſtria mora cū Verres ad alios coſ.diſtuliſſet.Cū Perditum.
publicis authoritatibus,publicis literis. Perdita profligataque,peius
voluit eſſe profligata,quam perdita.etem̄ perditū quod inueniri non
poteſt,profligatū quod poteſt.Tempus emiſſe.ideſt dilationem tem=
poris impetraſſe.Iudiciū a ſit ſuū debemus itelligere ſibi aptū,& e cō=
trario ait alienū tempus offenderat.Quod ſi non modo in cauſa,per in
nocentiam.Honeſto præſidio,per compenſationem criminū autho=
ritate dicentis,vel alicuius eloquentiæ acerbe in Hortēſiū,quem cor=
ruptione iudicū non eloquentia ſua dicit eſſe confiſum.Gratia,ami=
corū plurimum quibus defenſoribus.deligeretur ex ſenatu,qui reus
fieret,Appius vel Curio.Hoc prætore,Glabrione ſcilicet, hoc cōſi=
lio.lectiſſimorū ex omni numero ſenatus iudicum.Quod prætor in
reiectione iudicum iudicauit,ex iis quos renuit.intellectū eſt eos iu=
dices habere velle,quos corrumpi poſſe confideret.Niſi Gn.Carbo=
nē,Carbo Marianæ partis dux,idemque Cōſul deſertus Ariminii eſt
a quæſtore ſuo Verre,ſpoliatus pecunia publica,quam quæſtor in ex=
ercitu de Aerario ſumpſerat. Cum ad Syllam ille tranſiret proditor
partium Marianarum,Cuius legatus,Legatus per has prouincias Do
lobellæ proconſul fuit,& pro quæſtore Malleolo mortuo,eiuſdēque
in iudicio cum accuſaretur proditor fuit.In inuidiam ſuis maleficiis
adduxit,propter ſua ſcęlera inquietum fecit,inuidioſūq; reū.Oppu= Oppugnare
gnauit,& prodidit,peiuſque prodere quā oppugnare,propterea quod Prodere
oppugnare inimici,

iud.voluntate coniecturam facere populus,qui cauſæ ſuæ confidere,
qui corrumpere iudices vellet,reiectione celebrata , & in eorum locū
qui reiecti fuerant ſub ſortito prætore. alios quibus ille iudicum legi
timus nūerus cōpleretur ſufficere. Prima ei ſortitio dicebatur. his p-
fectis iurabant in leges iudices,vt obſtricti religione iudicarent.
Cum iuraſſent omnes præter ipſum prætorem,nomina eorum libel-
lis(vt ſupra diximus)continebantur,& vbique habebantur,ne pro ſe
lectis iudicibus,vt fit in multitudine, aliqui ſuppoſiti corruptiſſimi
iudicarent,itaque & prætoris tribunal,vt conſiderent indicatur præ-
tori ſuo. Nulla nota. nullus color. nullæ ſordes, Et ſi hæc Cicero quia
contra Hortenſium proſunt ſæpiſſime repetat,tamē in qua cauſa,& a
quo,& quomodo hæc facta ſint meminimus in diuinatione narraſſe.
illud factum tamen animaduertendum,quod adlini ſordes,non tabu-
lis,ed ſententijs figurate dixit. Ex alacri atque læto , alacris ſiue ala-
cer. vtrumque enim dicitur,is qui viget ſenſibus vniuerſis,quod eſt
indicium erecti animi atque ſublimis. nam e contrario lacer dicitur
amputatis corpore ſenſuum membris, hoc eſt auribus oculiſue , quæ
ad animum ſæpe tranſfertur , vt plerumque afflicto animo ſenſibus
non vtamur erectis , ſic alacer dicitur is cui omnis ſenſus in loco ſuo
quiſque degit. Vi ſunt & intenti vt vultu indicet adeſſe animum nō
ſincerum ſenſibus ſuis,qua re cognita illud quoque intelligitur aliud
eſſe alacrem,aliud letum. Sunt qui alacrem feſtinantem,& properum
dici putāt quaſi alis acrem. Comitijs conſularibus,ſunt etiam ædili-
tia,& prætoria,& tribunitia comitia. Ecce autem, proprium hoc Ci-
ceronis eſt in rebus improuiſis,quod cum cura Vergi.& legit,& tran-
ſtulit,vt Ecce autem gemini a Tenedo. Eadem illa vetera conſilia,
corrūpēdi iudicij per ſupradictos redemptores conductoreſque faci-
noris iſtius. C.curio quem ego , quæri ſolet cur hoc de Hortenſio,
cur de alijs nō dicat,quia nemo ſolebat p̄cari veniā apud veteres deo-
rum compellatione nuda. Quos negocium tangeret. Curionem aūt
patrem dicit. Tam aperte palam dixiſſet , Aperte ad verba perti-
net non obſcura . palam ad præſentium multitudinem , & qualita-
tem frequentis loci . Ad ipſum fornicem fabianum , fornix fa-
bianus arcus,eſt iuxta regiam in ſacra via Fabio Cenſore conſtru-
ctus , qui deuictis allobrogibus nominatus eſt , ſbique ſcuta eius po
ſita * propter eſt. Aperte iā ac perſpicue nulla,ex ſua perſona hoc di-
cit Tullius,nā eſſet offenſum Quod tota Sicilia,oēs ſiculi,oēs nego-
ciatores,vt quicq̄d ſubiectū eſt itelligitur eius eē q̄d dixit tota Sicilia
In vnius p̄tāte,Hortēſi.ſ. Nō tenebimus iudicia,finxit dicere nō tene
bimus iudicia mollius.ſ.quā populares figeret dicētes auferemus a ſe

Iudices i leges iurabant

Alacer & Alacris dicitur.

Ecce.

Fornix Fabianus

natu iudicia. Hoſs perditi. lætitia Verris. Hoīs ampliſſimi gratulatio C. curionis, & M. Metello obtigiſſet, vt is de pecunijs repetundis, ſorte adueniebat vnicuique prætori. hic ergo M. Marcellus amicus Verris ſucceſſurus Glabrioni fuerat. Fiſcos complures. ſportæ. ſportulæ. ſportellæ nūmū ſūt receptacula, & ſacci, ſacculi, ſaccelli, & crumenæ, & vellereæ, & ſcorteę, & manticæ, & marſupia. ita fiſci, ſciſcinę, fiſcellæ ſpartea ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quam priuatæ, vt pro cenſu priuato ærarium dicitur, pro loculis, & arca theſauri, pro ſaccello fiſcus, vnde fiſcus pecunia publica, & cōfiſcare dici ſolet. His diebus paucis cum prætores deſignati ſortirentur. Accuſatio accępta eſt. Non. auguſtis, & comitia conſularia fuerūt. vj. Calē. auguſt. nec multo poſt ſortitio prætorum fuit, celebratis eorūdem comicijs. A quodam ſenatore ad Equitē R. hoc homines inepte, quaſi certū ſit quod dicitur, & de induſtria figuratur a Tullio ad inuidiam aduerſariorū, & ſui defenſionem qua cogitur nouo modo cauſam agere horis breuioribus, quam mos eſt accuſatoribus. itaque ſuſpicantur Senatorem alij Craſſum, alij Hortēſium, equitem. r. alij neminem proferunt. alij Publicium quendam temporibus illis in diuidenda pecunia populo famoſiſſimū. Pecunia Sicilienſis eſt ex Sicilia ex prædationibus capta. Comitiorum meorum nomine, vt ego ædilitate deijcerer, quam petebam. poſt conſularia enim, & prætoria comitia, ædilitia ſequebātur. comitiorum autem meorum nomine addidit, vt oſtenderet excępta hac pecunia totam corruptionem iudicij deſtinatam eſſe. Qui ſe omnia mea cauſa debere arbitrabātur, Locutio ꝓ plena habetur. ſed ſi quæras quod integrum eſt, deeſt facere, vt ſit omnia facere, & bene omnia protulit, vt hæc proditio ſecreto actę rei ꝑpter amicitiam videatur eſſe ſuſcępta. Diuiſores omnium tribuum, vtrū legitimos habent omnes tribus diuiſores ſuos, quos Plautus magiſtros curiarum in Aulularia, vocat his verbis, Nam noſter, noſtræ qui eſt magiſter curiæ diuidere argenti nummos dicit in viros. an diuiſores criminis nomen eſt, ſed ſi hoc eſſet, non ſibi ex ijs earum eſſe dixiſſet, cum ipſe præturam petijſſet. oſtendit Verrem non gratis factum fuiſſe prætorem vrbanum, & alterum Metellum prætorem Siciliæ. pecunia Verris ſimiliter meruiſſe præturam. C Verrem. Romilia Verrem, nomen eſt proprium. Romilia, nomen eſt tribus, ablatiui caſus, vt ſit ex Romilia. Tribus enim vrbanæ ruſticæque omnes. xxxv. numerantur, ex quibus aliquā neceſſe eſt cuiuſque ordinis fuerit ciuis. r. obtineat. Moris autem fuit cū aliquis ciuis. r. oſtēdēdus eſſet ſignificaretur aut

Sportæ. Sportulę Sportellę

Fiſcus. Confiſcare.

Diuiſores tribuum.

Trib' vrbanę ruſticę quot.

prænomine ſuo,

prænomine ſuo,aut agnomīe, aut a cognomine, aut a cognatione, aut
a tribu in qua cenſeretur, aut a curia ,aut a cenſura . aut ſi erat ſenator,
eques.r.a curia ſua.ſic alibi ait,L. Claudium palatina patris ſui diſci-
pulum tanquam diuiſorem magiſtri. Verri ſeni ſcilicet & optima
ironia eſt. Vrgebant comitia, inſtabat iudicium fiſci minabantur.
Exquiſite dictum agere quod ad iudicium pertinebat.L. vel occupa-
tione in petendo honore,vel qua accuſatio libertatem vel minas exi-
gat.petitio blandimenta & præces.Minari denique diuiſoribus,ratio
non erat cur enim minarer inquit accuſatoribus vel diuiſoribus.quos
accuſatione Verris impeditus accuſare non poſſem, id ipſumque illi
callidi homines intelligerent.Deſtrictum atque obligatū, deſtrictus — Deſtrictus, Obligatus
poteſt & ſine vinculis in diuerſum manu ducentium ferri . obligatus
etiam nodis vinculorum in loco intelligitur.plus eſt ergo obligatum
eſſe. quam deſtrictum,Qui quamobrem arceſſentur,bene intellige-
rent poſuit hæc ad cauſam non veniendi . nam ſine hac ad deſignatū
conſulem ſiculos non veniſſe contumaciæ videretur.ſane,& hic,& in
primo capite Verrinarum animaduertitur inſequens locutio ſimiliſ-
que ſolœciſmi, ſiquidem non veniſſe legeris.nam ſi non veniſſent le-
geris,error non erit.Cæterorum hoc anno, criminoſe (vt ſupra dixi-
mus)in Hortēſium Metelloſque . Cum filio blādo,& gratioſo, finis
ac maxime meretricibus amicitiæ conueniunt. Gratia vero quæ po- — Gratia amicorum copia.
teſt in adoleſcentibus ſine infamia,gratiam enim amicorum copiam
modo dicit.Appellare,quaſi familiares . Et conuenire,quaſi de pro-
miſſorum debito . Intellectū,& animaduerſum , intelligitur aliquid
argumentis,animaduertitur ſenſibus præſenti animo vtentibus . plę-
runque enim aduertimus rem aliquam oculis,aut quouis ſenſu corpo- — Intelligere Aiaduertere.
ris ſine animi intentione, ergo plus eſt animaduerſum quam intelle-
ctum.an ab alijs intellectum,ab alijs animaduerſum intelligi poſſet.
quod ſi eſt,rurſus plus erit intelligere quam animaduertere. Vt cuius
diuitiæ me,Magna emphaſi diuitias dixit.& ſignificat breuiter etiam
ſibi pręmia pręuaricatiōis oblata,ſed fruſtra . Sed etiam Q .Metellū,
ſubaudi cōſulē,& ne error ſit ī nominibus,tenere vos oportet tres Me-
tellos eſſe,vnum cum Hortenſio,alterum in vrbe conſtitutum de pe-
cunijs repetundis,tertium Sicilię prętorem. Dedit enim pręrogatiuā
ſuę voluntatis ,eiuſmodi dilogia dicitur figura , cum ambiguum di-
ctum duas res ſignificat , nam pręrogatiua præter eius integrum
beneficium , aut dicto, aut facto aliquid ſignificat liberalis ab eo
qui nobis benefacturus eſt , & rurſus pręrogatiuę ſunt tribus quę
primę ſuffragium ferunt ante iure vocatos.mos enim fuerat quo faci-

Mos ferēdorū ſuffragiorum.

liusin comitijs concordia populi firmaretur,bina domo de iiſdem cādidatis comitia fieri,quorum tribus primæ prærogatiuę,dicebantur. quos vellent conſules fieri.Secundę iure vocatę,quod in his ſequente populo,vt ſępe contulit prērogatiuarum voluntate iure omnia cōplerentur.hoc igitur dicit Cicero vocando ad ſe Metellum, Siculos, & eos minis deterrendo ab accuſatione Verris prope omne beneficiū corruptarum a ſe tribuum Verris pecunia Conſulem factū intelligit An me taciturū,& hic Epitherapeuſis, vbi nō emendatio dicti atrociſſimi,ac confirmatio ponitur recte dixiſſe cauſa ſubiecta cum quadam

*

✶ Arceſſit alter coſ.deſignatus Siculos,Hic eſt prærogatiua quā Metellus Verri pro prærogatiuis reddidit.nam huius rei fuerat dilata narratio.Prouiſum,quomodo ſi comitiorum ſors atque fortuna eſt, ſed vult totum pecunia Sicilienſi,hoc eſt corruptis a Verre tribubus eſſe confectum. Te non fato,vt cęteros & veſtra familia,dictum Facete,& contumelioſe in Metellos.Antiquum Neuij eſt fato Metelli Roma fiunt conſules,cui tunc Metellus conſul iratus verſu reſponderat Senario Hypercatalecto,qui & Saturnius dicitur.dabunt malum Metelli Neuio poetæ,de qua parodia ſubtiliter Cicero dixit,te non fa

Quæſitores qui.

to,vt cæteros ex noſtra familia.Quæſitor,prætor de pecunijs repetundis quæſtionem exercens.nam proprie quæſitores dicuntur criminalium quæſtionum,vt Vergi.quæſitor Minos vrnam mouet.Duo autem Conſules Hortenſius.Q.Metellus Quæſitor M.Marcellus. Nimium diligentem,hęc eſt artificioſa laudatio iudicis ſine ſuſpitione aſſentationis,& tamen efficax a beneuolentia.qui autem diligentem vituperare non poterat, pro crimine addidit nimium. Terentius, ne quid nimis. M. Ceſonius deſignatus ędilis cum Tullio & ideo nō iudicaturus,quia & ędilis,& iudicis partes ſuſtinere nō poterat vno tempore, vt ſagacem integritatem eius oſtenderet non dixit quod corrumpamus,ſed conemur corrumpere,& non aperta,& plana corruptione,ideſt, vel exigua. Iuniano conſilio, Iunius Quęſtor iudex fuit in Cluentij cauſa Verre prętore,in qua cum Oppianicus damnatus eſſet,defenſor Oppianici Trib.Ple.qui notius rem in inuidiam duxit,cum diceret pecuniam in iudicio fuiſſe verſatam,& cū incertum eſſet ex qua parte eſſet profecta, corruptionem credidit ab Oppianico datam. quia damnatus erat, & errore multorum in falſo crimine Cluentius fuit.hic ergo Ceſonius damnatis alijs iudicibus,non modo innocens pronunciatus eſt, ſed etiam ex ijs fuit, qui illa crimina Staleni, & Bulbi,& guttę,& cęterorum iudicum detexerunt, cum Verres quoque turbatus ſubiectos iudices eſſe diceret, & interpellatos libellos ſortitione iudicum, quos libellos ipſe obligauerat.Magiſtratuum

gauerat. Magiſtratum ineat, oportet non decembribus. hodie Tri. Pl. futurum. Ex acerrima, equeſtri illa familia, nouo modo laudem ab ignobilitate quæſiuit more ſuo laudans Equites R. & maxime quia cum iudicarent ſine infamia ſe geſſerunt. L. Caſſius cum ad cæteras res, inde ſunt leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragiis libere ferendis non voce ſed tabula, ille Caſſius qui cognoſcẽdis criminalibus cauſſis ipri mis querendum eſſe dicebat, cui bono homines veteres graues, & ſeueri, & inde figurate ſingulis additam laudẽ ex ore aduerſarij veluti oſtẽ dẽtis cur ſibi iuſti omnes diſpliceant. Tribuni militares, Tribunorũ militarium duo genera, primum eorum, qui Ruffuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alij ſunt comitiati, qui Romæ comicijs deſignantur. Subſortiemur etiam. mire oſtendit ſecuritatem rei, tanquam ipſe ſit omnia facturus. No. ſextiles, ſextiles auguſtæ. quintiles Iuliæ, nondũ enim nomina de imperatoribus ſumpſerant, propter quam mutationem nominum Verg. ait, Et incipient magni procedere menſes. hac tota argumentatiõe ſignificat Cicero bis accuſare ſe nõ poſſe, ſi accuſandi conſuetudinem ſeruare voluerit, non ſeruire breuitati. Ludos votiuos, hos Pompeius vouerat, ſi Sertorium ſuperaſſet. Deinde Romani ſequentur, Romani ludi ſub regibus inſtituti ſunt, magnique appellati, quod magnis impenſis dati, tunc primum ludis impenſa ſunt ducenta millia nummum, adeo magnos ludos factos putant, quod cõſiliorum ſecretorum, deo id eſt Neptuno lati, tum regi & rerum conditarum, & dijs magnis id eſt laribus vrbis Romę dati ſunt: quibus aiunt raptas ſabinas eſſe, vt videatur propter hoc dicere Verg. magnis circẽſibus actis, & Circenſes ludi ſunt. Deĩde ſeducturos, ducturos dilaturos, moram facturos. Dicendo longa oratione, excuſando cur interdum non dicant. Admittebantur enim excuſationes multæ etiam pro reo, aut occupationis alicuius aut malę valetudinis. Ad ludos victoriæ, hos Sylla inſtituit bello ciuili victor. Secũdum quos plebei ludi, quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in Auentinum. Quẽ ego hominem, Metellum ſcilicet, in cuius locum ſub ſortiẽdum iudicem ex perſona Verris ſupra dixerat, qui prætor futurus ſit ex Calen. Ian. qui Ian. qui nunc in iudicum numero eſt. Malo enim iurato ſuam, cum iudex ſit Metellus tabellam iudiciariam iuratus accipit cum Prætor fuerit, & non iurauit, quia non eſt iuris, & in poteſtate habebit tabellas omnium iudicum. Id enim conſilium mihi taciti dabitis. Sermocinatio iſta non decet iudicũ grauitatem, ideo taciti dixit. ſic agit autem, vt oſtendat ſe non debere horis legitimis abuti, ad accuſandum Verrem, cum poſſit pro vna actione teſtimonijs vti tantum.

Interpolare.

Tribuni Militares Ruffuli

*

Ludi magni.

Ludi Victoriæ

*

niјs vti tantum. Conficiam vt nemo contra aliter quā ego velim, nūc illud eſt quod poſtea dicet in alia tempora reſeruemus in ſecūda actio ne. Authoritatibus, confirmationibus eloquentiæ ſcilicet ex ipſius tē pore & cauſa, ſenſus eſt. nō ingeniј tui eſt, qđ cōtra me in aliciose exiſ ſet. hoc autem expetit tempus huius, hoc eſt periculum Verris, & Ma lū cauſa quam ſuſcepiſti. Secundum binos ludos, poſt binos ludos vo tiuos ac Romanos. Ante primos ludos comperendinē, ideſt me, & te dixiſſe proficiens comperendinationis iudicibus faciam poteſtatem.

Aſty vrbs Aſtutus. Aſtuta, vrbana, & enim vrbs aſtu dicitur. Terentius, an in aſtu venit Cupiditas, corruptionem Iudicū ſignificat in quibuſdā iudiciјs Te rēti Varronis, vbi diſcordibus ceris vſus eſt, & vbi (vt ſupra diximus) eluſit nobiles pueros. Aſſiduum, moleſtū aditū. Ex eo loco, ex quo de roſtris, ſcilicet hoc munus ædilitatis alluſit ad ambiguitatem mu neris, & Verris nomen beſtiæ præferentis. Qui aut deponere, Deponi tur in ſequeſtri. accipitur ab eo qui corrumpitur. Recipitur, ideſt pro mittitur, ideſt pro iudicato reſpondet. Pollicetur qui apud ſe dicit, aut

Sequeſtres. prēmium, aut ſententiæ poteſtatem eſſe. Sequeſtres ſunt apud quos pe cunia deponitur, interpretes per quos indicitur pactio. Inter. x. annos recte dixit, hoc enim tempus quo ſenatus iudicat victore ſylla ab ordi ne Equitum. R. trāſferente iudicia, Annos prope quinquaginta. tan to enim fere tempore Equeſter ordo iudicauit, lege ſempronia. Subla ta poteſtate. P. R. ſcilicet ſublata prouocatione ad populum hoc eſt a Tr. Ple. Q. Calidius damnatus dixerit minoris Sextertiū tricies. Q. Calidius M. Calidiј oratoris pater ex prætura Hiſpanienſi accuſatus a Gallio pro quo poſtea Cicero dicit, atque damnatus, cū ſenſiſſet iu dicibus pecuniam contra ſe datam, in eos iudices qui paruo precio cor rupti ſe damnauerant exclamauit, vel idoneam inquit mercedem pro meo capite paciſci debuiſtis. hoc ſatis honeſtatis eſſet in vocabulis, vt hominem prætorium, non vili prætio venderetis, & honeſte Hironi ce dictum eſt, lis ęſtimata ſit, hoc eſt pecunia de qua lis fuit, & propter quam cōdemnatus eſt in ſummam redacta, quæ de eius rebus exige retur. Duę res enim conſequebātur damnationem, pertinebat, qua vel ſimplex, vel duplex, vel Quadruplatio ducebatur. Altera exiliј, quod cum Verre prætore vrbano ſortiente, ſi hoc criminoſe dicit, quem admodum ſupra Hortenſio prætore, qui ambo peculatus dānati ſunt.

* Quid hoc inquid quiſquam ad iudicium corruptum pertinet, reſpon debimus litis æſtimationem non ſolum ex titulo propoſiti criminis, ſed etiam ex aliјs probationibus, quæ ex ante actis rebus apud iudices conſtituerint. Hic peculatus crimine propoſito, etiam quæ iudicando pecunias cęperant reddere reddiderunt, ſimiliter ſoluitur etiam illud

quod ſupra

quod ſupra de pecunijs repetundis poſitum eſt, Prætore vrbano ſen-
tiente.totum hoc magis inuidioſe quam vere dicitur.nam ipſe Ver-
res pro teſtimonio dixit in Iuniano iudicio adulteratas fuiſſe tabellas
ſuas,in quibus ſuppoſiti iudices eſſent ad ſententiam corruptam pro
ferendam,cum cauſam ante non audiſſent.Significat autem.C.Fidi-
culanium falculam,qui ad complendam Oppianici damãtionem di-
cebatur eſſe ſuppoſitus.Quod inuẽtus ẽ ſenator Stalenũ dicit ab vtra-
que pte fuiſſe corruptũ,quod aduerſus eũ recitatũ poſtea i Cluẽtiana
oratiõe vix purgat,vbi dicit a ſolo Oppianico Sextertiũ.cccc.C.Cæ
cilio Staleno iudici data pro numero iudicũ qui corrũpendi eſſent,Vt
diſcoloribus ceris,iam ſupra dictum eſt. Signa autem alij ceratas di-
uerſo colore tabulas,alij ab iudicibus appoſitas tabulas ceratas diuerſi
coloris aiũt,vt hoc ſignum eſſet ad voluntatem rei .Sententiæ ſcriptę
iuratorum hominum,iudicum ſcilicet,qui in leges antequam iudica
rent iurare cõſueuerunt.Sed habere hominem potentem,Hortenſiũ — Iurati iudices
vult intelligi.ſcit enim hoc minus valere ad minuendam eius aucto
ritatem apud.M.Glabrionem prætorẽ pæſentis anni. Quique præ-
eſſent huic iudicio. Neque vllam aliam ob cauſam. P. R. per annos
continuos.Tri.Pl.illo tempore tribunitiam poteſtatem flagitabant.
hoc Cicero vtitur ad inuidiam iudiciorum infamiam ſenatu iudicã-
te.Qui.CN.Pompeio in inuidia tunc Pompeius fuit, quod coſ. red-
deret populo tribunitiam poteſtatem,ſed totum Tullius ad ſui tẽpo-
ris commodum refert, vt etiam Catuli ſententiam in ſenatu demon- *
ſtret,tum primam contentionem ad vrbem coſ.deſignatus. ad vrbem
in vrbe,& ſic dici ſolet de his qui cum poteſtate prouinciali, aut non-
dum in prouinciam profecti eſſent. Pompeius autem proconſule de
Hiſpania Sertorio victo nuper venerat,& ſtatim habuerat cõcionem — Sertorius vi-
de reſtituenda tribunitia poteſtate publicano Tr.Pl.homines in ſpe- — ctus.
culis ſunt,niſi equeſter ordo,& vrbana plebs,& omnes qui fauent tri-
bunitiæ poteſtati.Obſeruant,modo ſpeculantur,alias venerãtur. Ver — Obſeruare.
gi.Præterea regem non ſic ægyptus & ingens Lydia, nec populi par-
thorũ aut Medus hydaſpes.Obſeruant.Poſt legem tribunitiã,ex quo
lex fertur de tribunitia poteſtate reſtituenda.Vnum hominem vel te
nuiſſimum,pauperem qui vnde iudices corrumperet non habet. Do
lobellam autem ſignificat.Quod tametſi non reprehendunt, Potuit
enim dici quid ergo noxius ſi pauper ſit?Non eſt damnatus.non gra-
tia.vult amicum videri Hortenſij Verrem, ſed tantummodo præde
participatione ſociatum.Non cognatione,hoc ad Metellum collegã
Hortenſij pertinet,qui illum tanquam ſi ſit cognatus defendit. Me-
diocri vitio vitia ſuſtinebit,ſi quis nimia ſeruitute patrocinium me-

ruerit,aut aſſentatiõe aliqua defendẽdi meruerit inueſtigare rationẽ, hoc aũt totum ad terrẽdos a corruptione iudices dicitur. Poſt hæc cõſtituta iudicia ſenatoria,iudicia dicit,per hos.x.annos Syllæ legibus conſtituta. Qui iam pridem inuentus eſt, Verrem dicit,qui ſis rector qui loco in tribunalibus.fac tibi paternæ legis Aciliæ manus. Acilius Glabrio legem Aciliam tulit,de pecunijs repetundis ſeueriſſimã, in qua nec comperẽdinari,quidẽ licet reum,fortiſſimum patrem. Titu.manilius Acilium Glabrionem fortiſſimum auum Scæuolam dicit iuris peritiſſimum,qui cũ Cn.Piſone coſ.fuit quo anno C.Gracchus occiſus eſt. Grauiſſimum ſocerũ fuiſſe Scaurũ ſignificat. Scauri conſtantiam male ſubiecit,quid ſit conſtantia,& animaduertendũ hanc eſſe artificioſam laudationem iudicum ad beneuolentiam, quæ tamẽ ab aſſentationis ſuſpitione ſummota eſt ad ſuſpitionẽ criminis Quia multũ rapuit, rationem,ſalutem in corruptis iudicibus referuetur. Serui deſignatorum conſulum,mentionem facit illius rei,quam de Metello ſupra mõſtrauerat,quod ſiculos domũ arceſſitos iam ante conterruit. Quadraginta diebus interpoſitis,his qui ſunt poſt binos ludos votiuos,atque Romanos,quos alij bini conſecuturi erant victoriæ atque Plebei. Cum hæc frequentia totius Italię Romam diſceſſerit,frequentiam dicit plebis ruſticæ,cui voluit iudicij notam eſſe integritatem ſuã.conuenerat,aut ex municipijs cuiuſcũque modi multitudo,aut propter comitia ſuffragiorũ cauſa,aut ludorũ votiuorum Romanorũ victorię Plebeiorũ,aut vt cenſeretur apud Cẽſorem Gelliũ,& Lentulũ qui tunc erant,huius laudis fructum,& offenſionis periculum veſtrum.figura Zeugma.ad ſingula enim ſubaudiẽdum eſt puto eſſe oportere. Faciam hoc nouum,ſed ab ijs qui hinc principes noſtræ ciuitatis ſunt ante factũ. Verũ dicit,& enim L.Lucilius,& itẽ M.Licinius ambo conſulares.M.vero,& triumphalis fuit.hi cum accuſarent L.Cottam non vſi ſunt oratione perpetua,ſed interrogatione teſtium cauſam peregerũt. Illud a me nouum cognoſcatis,in eo ſe dicit noui aliquid allaturũ,in quo diligentius crimen expoſiturus eſt, quam qui ante ipſum breuiter accuſauerũt. Vt vbi interrogando,aparet ex hoc dicto,teſtes ſuos etiam ipſum accuſatorem interrogare cõſueſſe. Argumentandi dicendique ſint,argumentari eſt argumentis vti ad rem probandam.dicere amplificatione vti ad rem,ad delectandum commouendũque auditorem oratione perpetua. Si quis erit qui perpetuam orationem,vides quia argumentis ſe vſurum non negat. Iam modo quamquam perpetuam orationẽ ſe neget habiturũ in hac oratione quæ prima eſt. Si quis erit qui perpetuam orationem accuſationemque,Bene hæc ſeparauit,vt oſtenderet etiam ſine perpetua oratione accuſationẽ

Lex Acilia.

*

Oratio perpetua.

Accuſator etiam ſuos teſtes interrogabat.

tione accuſationem tamen eſſe vt intelligi poſſet, vt res non vna, ſed
vt duæ ſunt. Nunc id quod faciamus ea ratione facimus, incõſequẽs
locutio, & obſcura non minus eſt, quam illa in fine orationis pro Liga
rio. Niſi forte faciemus ſemel ponitur. Cum multa libidinoſe, multa
crudeliter in ciues, atque ſocios, a ſpecie cœpit, & ſubiũxit ſocios dicẽ
do, poſtea ad deos atque homines, ſed non eſt vitium quod ſub auxeſi
poſitum non pro ratiocinatione. Sextertium quadringentis, diximus *
de hac quæſtione ſumme varie. in diuinatione enim Seſtertium mil
lies dixi, quod ſoluimus, quod adhuc non erat inſinuata criminum ra
tio Ciceroni, & quod ex perſona Siciliæ loquebatur augere noluit ve
ritatem, & quoniam ipſe Duplæ, vel Quadruplæ repetitionis quan-
tum Ius accuſatori progredi licuit. nam quamuis Sextertium ſeptua-
geſies tantũ dupli nomine exigi iuſſus eſt, ad gratiã ne Hortenſij an
ſuam, an etiam conuenientia Ciceronis ipſius parũ comperimus. Di
xi, moris veterum fuit cum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc Dixi
ſibi neceſſitatem finiendę orationis imponere, vt dicerent ad vltimũ
dixi, quod etiam ab vtraque parte oratione conſumpta, vt in cõſilium
dimiterentur, Prętor ſoleret pronũciare Dixerunt. bene ergo Tullius Dixerunt.
denuncians aduerſarijs compendium breuitatis hoc verbo vſus eſt.
Dixi non ante mihi finitur, prima actio. inducentur enim dehinc a
Tullio teſtes, quorum verba in oratione conſcribere nullius elegan-
tię fuit. multis autem diebus prima actio celebrata eſt, dum teſtes Ver
ris producuntur criminum diuerſorum. dum recitantur Publicæ pri
uatęque literæ, quibus rebus adeo ſtupefactus Hortenſius dicitur, vt
rationem defenſionis omitteret, adeo perculſus Verres vt abiret in exi
lium ſua ſponte, ne quid amplius in iudicio geſtũ eſſet, niſi quod Tul
lius metuens ne tantum negocium pene tacitũ præteriret. finxit Ver
rem comperendinationi præſto fuiſſe, vt bis defenſus accuſaretur ite-
rum, & quemadmodũ victoriæ conſuluerat breuitate dicendi, ita lau-
dem eloquentiæ tanquam repetita accuſatione eſt conſecutus, reliquo
rum conſcriptione librorum, qui cæteros conſequuntur.

ARGVMENTVM ACCV-
SATIONIS.

Deinceps hæc

DEinceps hæc omnia non dicta,ſed ſcripta ſunt contra eum quod factum eſt. Fingit Cicero adeſſe in iudicio Verrem comperendinatum reſpondere citatum,& defendi,in cæteris vero oratiōibus defenſor futurus accuſationis officiū his libris,qui Verrinarum nomine nuncupantur,compenſare decreuit, quoniam accuſare multos indecorum Tullio videbaturq;,in vna cauſa vim huius artis,& eloquentiæ demōſtrare. Nam & bene intelligētes omnem virtutem oratoriam quæcūque in criminationibus conſtituta eſt hic expreſſam vident, & contra ex hoc defenſionum vim in cæteris oratiōibus, & neruos eius ex hac virtute cognoſcunt,quæ in opprimendo exprimitur reo. Igitur rerū ſcena ſic facta eſt vt dicit Tullius,non vt acta res eſt. Adeſt inquit Verres,reſpondet,defenditur. ergo cum prima actione accuſatus ſit ac defenſus Verres,nunc velut defenſus iterum,ſic enim mos erat. in altera actione accuſatur ad vltimum rurſus oratione perpetua crimina repetundarum,& alia plęraque anteactę vitę ſæpe firmantur. ſumitur etiam hic ſæpe defenſio. omnis enim confirmatio ab attributis negocio ſumi ſolet. ergo attributa perſonæ, & maxime in anteacta vita quæri ſolent negocij in ipſo crimine. Libros igitur pro qualitate criminum Tullius diuidens,anteactis vnum dedit.nunc ſcilicet ſolum crimini ipſi repetundarum.iiij. Vnum de iure dicēdo,alterum de frumentaria,tertium de ſignis,quartum de ſupplicijs.ad hanc enim ſimilitudinem poeta Verg. Minoem iudicem apud inferos tāquam ſi prętor ſit rerum capitalium quæſitorem appellat.dat ibi ſortitionem.ſortitionem vbi vrnam nominat,dat electionem iudicum,cum dicit,Cōſilium vocat,dat cognitionem facinorum,cum dicit, Vitaſque,& crimina diſcit. Ergo hic liber,qui de anteacta vita eſt ſtatum neceſſe eſt coniecturalem habeat.capita autem quæ ipſe Tullius fecit diuidendo totam hanc accuſationem in legatione, vicem quæſturæ, tertio in prætura vrbana.nam cum omnes eius actus quæſturæ nomine legationis,præturæ vrbanæ,præturæ Sicilienſis,quæ quadripartita librorum diuiſione cognoſcatur. ante acta enim omnia hoc libro comprehenſa ſunt ad eorum fidem quæ poſt dicuntur. Prooemia ſane huius libri inſinuatione conſtituta ſunt, quas verę accuſationis in Verrem audentem adeſſe,atque defenſum exhortatione iudicum ad recte iudicandum.tum in minis contra aduerſarios, & in exhibenda ratione officij ſui cur ita maluerit accuſare,vt prima actione tantum teſtibus vteretur,quæ omnia eiuſmodi ſunt,vt non tam noua dicere quam dicta libri ſuperioris inſtaurare videatur. Poſt hæc omnia ipſius Ciceronis per

Accuſare Ciceroni videbatur idecorū.

Quæſitor Minos

*

ronis per

ronis per honores Verris cum criminib' iuctos. Diuiſio per ordinem
temporum currit. Figmentum Cicerõis. Neminem veſtrum ignora
re arbitror hoc totũ figmentũ eſſe Marci Ciceronis, vt ſequẽtium li=
brorum vera actio videatur. nam Verres iam ſua ſponte elegit exiliũ.
Reſpondet, recte dictum eſt reſpondet. nam apud Veteres, & Iudices, — Mos veterum iudiciorum.
& rei, & accuſatores, & defenſores dicebantur a præcone prætorio, pa=
tior iudicium dolore debuerit reſiſti ſibi. pati ſe, & æquo animo ferre
dicit vt pugnã victoria conſequatur. Neque eni ſalus vlla. R. P. ma — *
ior eſt, eadem repetit, quæ in prima actione dicta ſunt, e Rep. eſſe dam — Reiectio iudicum.
nari Verrem. Diligenter reiectis, reiectos iudices pro electis intelligi
con uenit. ibi enim reiectio iudicum, vbi & retentio continetur. in re=
iectione autem accuſatoris, vel fides accuſationis vel pręuaricatiõis,
vt ſupra dixit, apparet. Ac prope depoſitum deſperatę ſalutis, ſic &
Verg. Ille vt depoſiti proferret facta parentis. Poſtremo vt eſſet hoc
iudicatum ſubauditur acceſſi * ad omnia quibus hoc verbum in hac — *
ſententia conuenit. Homo eſt nocẽtiſſimus, Terẽtius, & habet quod
det, & dat nemo largius, & de perſona fatuus, inſulſus, tardus ſtertit. Im
pie nepharieque cõmiſit, Nephandũ eſt non fandũ. Nephariũ quod — Nephandum. Nepharium.
ſacra polluit farre pio ſolita celebrari. ergo nepharij ſacrilegi. Agũt eũ
pręcipitem, proprium Cicerõis, & in orationibus, & dialogis, & in epi
ſtolis eandem ſentẽtiã quam dicere, & vti eloquentię diuerſis modis — Mos Cicerõis
ijſdẽq; ſententijs, tamen ab aliqua occaſione repetitis, nam & hic re=
petitio Verris i qua videtur inſanię Verri cauſa velle mõſtrari. eſt eni
hic loc' de ſupplicijs irrogatis, vbi oſtẽdit ciues R. Verrẽ pręedonibus
occidiſſe. religiões vero cerimonię de ſignis, de furtis tacet, modo qua
ſi idoneis ad furorem auaritię ſupplicio communi, extimatione litis,
exilio. Cui damnari expediret, quia minor in damnatione pœna, quã
in concione. p. r. & in eorum animaduerſione. non iſtum modo terret
ſubtiliter etiam iudicibus comminatur. Non id tempus, quod inuidio
ſum ſenatui eſt. Non is reus qui, & nocentiſſimus, Non id conſilium
quod ex optimis viris lectum tale eſt, vt ſi quid in ipſo culpę fuerit ſe
* pariti melius eſſe natũ me. Ne actor quidẽ Tullius, ſcilicet in quo — *
omnia ad vincendum parata. Ad aliud iudicium Po. ſ. & Equitũ R. — Quæſtores vrbani.
Alieno nomine, quęſtores vrbani ęrarium curabant, eiuſque pecuni=
as expenſas, & accęptas in tabulas publicas referre conſueuerant. alie=
no autem nomine dicit Carbonis nomine, vel exercitus eius. nam con
ſilijs militum eius nomine pecunias ex ęrario ſumptas auertit, con=
uerſus ad Syllam bellis ciuilibus. alieno nomine ad frumenti emptio
nem quod ſiculis non perſoluit. De capite, hoc in Sicilia fecit gratio=
ſius in Decumanos, vt frumentum in auctione promiſſum ab Decu
manis vſibus.

manis vſibus P.R.cum illi refragarētur a * plicito de ſũma de traxerit vtriuſque eos inferre paſſus ſit annonæ.p.r.quod illicitum probatur multis documentis.M.Marcelli,& P.Aphricani monumenta. ſigna conceſſa,& reportata ſiculis a M.Marcello,& Scipione Aphricano.Nã Ma rcellus donauit,quæ victis Syracuſis aſportare iure belli potuerat. Aphricãus victa Carthagine reportauit, quæ victis ſiculis ademerant pœni.Meditetur de ducibus hoſtium, hic crimen de ſupplicijs eſſe cognoſcitur.in hoc enim libro hæc latius explicantur.

Quos in eorum locum ſubditos.captis prædonum ducibus Verres illos quidem remiſit accępto pręmio.pro illis autem mercatores innocentiſſimos partim trucidauit,partim domi ſuæ priuatim reſeruauit, quo diceret timuiſſes,& ibi nec criminaretur eos ipſe a ſe Pecunia liberatos eſſe,eoſque dum pro me licuerit,quantum in ipſo fuerit. Ad hoc domi ſuæ priuatus quod eſt maieſtatis crimen,hoſtes publicos habere poterat.ſed finem fecit huius audaciæ me cogente,qui inſtitui vt de eius domo in publicam cuſtodiam ducerentur. Quo me iam pridē vocat P.R. ſe dieit quia ædilis eſt factus, vt defendat libertatem. P. R. Qui cognitores homines,hoc genus defenſionis in iure cognitor (Cognitor.) dicitur.maxime cum de alicuius ſtatu agitur ipſe alibi cognitorem iuris ſui. Quique,&.xxx.ae per hos totus. P.R. principio tres fuerũt. Tatiēſis vna a Tatio rege. Rhãnes altera a RõuloLuceres altera,a Lucomone ſiue Lucretino, ſiue a Luco,quem Aſylum vocauerat Romulus. Poſt de nominibus Sabinarum plures factę,quibus pręcatricibus parentũ bellum Maritorumque finitum eſt.ad poſtremum.xxx: &.v.factę. Obtinuerunt autem nomen aut a tributo dando,aut quia primo tres fuerunt,vnde etiam Tribuni dicti. Religionem, quia iura ti teſtes dicebant. Latumię, carcer ſyracuſis lingua ſiculorum. Latumię autem lapidicinæ dicuntur loca cęſis lapidibus,& ſecta. De loco ſuperiore,de roſtris quippe qui ędilis ſum factus.quo in numero e vobis complures fuerunt.alia enim ſortitione nunc ſedent,illa diuinatiōe cōſtituēdi accuſatoris. alia fuit ꝓpter inimicitias iuſtas ad aliud argumētũ victoriam ſuam interpretatus. ſimpliciter fatetur quod in diuinatione expugnauerat,nõ idoneam fuiſſe cauſam accuſandi Verris Cecilio commētitiam ſimultatem,an iuſtas inimicitias magnas dicit.vt e contrario Verg. Iniuſto ſub faſce viã dum carpit. Cum id poſtularet bene addidit,quia in diuinatione huiuſce rei mentio facta nõ erat,Vim inquirendo tantum habui.dicit plura crimina inueniri potuiſſe quam inuenta ſunt,ſi vellet Tullius non ad legem repetundarum inquiſitionem facere,ſed ad vniuerſa quę commiſerat Verres.

(Tribuum numerus. Tribus vnde. Latumię)

Nam certe quantum abſtulerit ex Sicilia Verres.non quantum flagitij commiſerit

tij commiſerit dicere accuſatorem cauſa compellit. Ne quis de mea fide,& Verris pecunioſi rapinis inuidioſum,& apud iudices plurimũ. vt non ſine cauſa de eorum ſubſtantia Cicero dubitare videatur,& valet ad ſuſpitionem magnopere,immo redempti Hortenſij ,& fautorũ Verris ad defenſionem eius,quo ſe quoque e ſuſpitione hominum nõ excępit Tullius. Sciebam in reijciendis iudicibus, multi inquit ita ſubtiles fuerunt pręuaricatores,vt in tota actione fideles actores eſſe viderentur.qui tamen non effugerunt ſuſpitiones hominum in reijciendis iudicibus. Verſarẽtur.reijciens enim malos, & retinens bonos verſutus accuſator intelligitur.qui vero contrafacit, vt ſit ĩpedimento cęteris, aſtuq; tegat de hoc intelligitur quod pręuaricator exiſtat,& bona accuſatio cum cauſa laudantis iudicis oritur. Poſt hunc ſtatum R.P. quo nunc vtimur,qui eſt per .x. annos, ex quo Sylla vicit, ex quo iudicat ſenatus. Quã iſte laudem. Vitat argumẽtũ q̃d ipſũ ĩ libris Rhetoricorum reprehendit,& commune appellauit. Qui cum P. Galbam iudicem reiecisset bonum,M. Lucretium retinuit malum ſcilicet. ſed tamen ſcire vos conuenit hunc Lucretium a Cicerone eſſe reiectum,neque enim pręſentem iudicem vituperare fas fuit. Reijci paſſus eſſet,ac per hoc reiecisset ipſe contra fidem meam.nihil potuiſſe,quia nõ ſum ædilitate deiectus. Deĩde reliquis diebus,apparet multis diebus prima actione accuſatum productis teſtibus Verrem. Non enim ſpolia C. Verris,vt quadruplator,qui de condemnati bonis ipſe aliquid ſumam.ſed extimationem vt bonorũ cuius cũ cauſa. Cui rei contrarium eſt ſine cauſa defenſorẽ prouintiæ conſtitui, & delegi ſub audiendum,& ad omnia meum fuit. Suſtulerit pro ſuo habuerit perſuaſum ſibi oſtenderit quanto periculo venturi adeo iud. vult intelligi metuendum eſſe ſenatui, ne Equites R. iudicent quos non ſolũ ꝓ integris, ſed etiam pro inimicis nobilitatis vult pater iudices eſſe. A porta ſubito retraxiſſet,hoc comminiſcitur Cicero vt credamus veram fuiſſe ſecundam actionem,quæ ſecundum veram geſtorum fidẽ non dicta,ſed ſcripta eſt. Non ſine cauſa,corruptis iudicibus ſcilicet. Nunc ne noua querimonia egere, aſtutia Ciceronis hæc fuit vtendo teſtibus,vt nihil reliquiſſet Hortenſio,niſi vt eos interrogare poſſet. dicẽdi autem facultatem nullam ei dedit,nihil ipſe, dicẽdo enim me tuebat, ne ſi locum dicendi inueniſſet Hortenſius breuitatem temporis lõga oratiõe cõſũeret. Vt ſecũda actio apđ alios iudices ꝗ corrũpi poſſet aliũq̃ prætorẽ.poſt Calẽ. ian. pceiret coſ. futuris ſe, & Me. fautorib⁹ Ver. hęc ita ſũt quẽadmodũ dicimus.ſed Ci. ſic ꝓpõit q̃relã Hor. vt & iiuſta,& ridicula eẽ videatur, & ẽ ordo nũc de nouo querimoniæ

condemnari.ampliari. Aciliam legem, Acilij Glabrionis patris hu-
iuſce prætor is de quo etiā ſupra dixit.de quoque ✱ lex neque cōperē-
dinationē,ampliationem habitam,& conſilium.i.perorabo.nam mit
tere iud.in conſilium eſt dimittere iud.ad ſententiam dicendam, vbi Mittere in cō-
allegatis omnibus argumentis orator dixerit,dixi. Sextertiū quadrin ſilium.
genties.in diuinatione milies dixit,ſed cur ita variauerit fidem ſum-
mæ iā in ſuperioribus diximus.Nomia ſua exegiſſe Tituli debitorū Nomina
nomina dicuntur præſertim in ijs debitis,in quibus hominum nomi
na ſcripta ſunt,quibus pecuniæ commodatæ ſunt.cui rei contrarium
eſt mutuas acępiſſe. ergo nomina debita vel debitores. hæc eadem ſe Teſtimoniū
audiſſe dicerent. Apud antiquos,& de auditione teſtimoniū diceba- de auditione.
tur,vt in teſtibus interrogandis tenere debemus interrogatiōes teſtiū,
& accuſatoris,& defenſoris , & eius qui producit,& eius contra quem
producuntur.Sed etiam.P.R.qui circum ſubſellia coronam fecit.In-
terpoſuiſtis accuſatorē,quis iſte ſit accuſator,vel quem accuſet in prio
re libro iam notauimus.quod autem dicit menſes mihi tres cum eri-
puiſſet hoc dicit.c.aūt &.x.dies inquirendi in Sicilia poſtulaui.conſe
quens erat,vt etiam quinquageſimo die rediſſem,vt redij ſtatim accu
ſarem quod poſſim facere.Interpoſuiſtis accuſatorem quēdam cuiuſ-
dam ex Achaia rei,qui ſibi.c.&.viij.peteret,& ita factum eſt,vt quā- ✱
uis ego feſtinator dierum ille adhuc proficiſcatur , non potuerim ta-
men agere donec cōplerentur illo abſente.c.&.viij. dies,ſic enim erat
a prætore legibus ordinatum,vt ſi intra centum & octo dies ille inqui
ſitor Achaicus aduenisset priore loco ageret . ita factum eſt, vt prope
tres menſes ſine ludorum impedimento ad agendum appoſitos ſine
cauſa Tullius amiſiſſet aduerſariorum Dolo . centum enim & octo xx.dies ad ac-
dies pluſquam tres mēſes ſunt. Vt cum horis noſtris vſi , horis noſtris cuſandum.
xx.diebus ſcilicet,hi enim dabantur ad accuſandum legitimi,totidē-
que defenſori ad reſpondendum.Neque nemo priore actione defen-
dere auſus eſſet.teſtes tabulæque facti dari ſolent,itaque ab accuſatore
dantur non facti,non dantur teſtes. ergo nihil proſunt a patre defenſo
ris.quid ergo facit pro defenſore,oratio,ſcilicet cuius poteſtatem Hor
tenſius non habuit tacente accuſatore . non ergo defendere Verrem
non auſus eſt,quia non poterat,vt volebat.in totum prætermiſſit Hor
tenſius.Si quam diem iſti qui iſtum eripiendum redemerunt , fingit
Tullius perueniſſe ſe ad pactionem eorum,qui in ſe ſuſcęperant pro-
curationem corrumpendorum iudicum,& liberandi Verris, quos ita
in cauendo ſcripſiſſe dicit pro eo ſe promittere corrupturos eſſe iu-
dicium ſi poſt Calen . Ianua . de Verre iudicarent . Quam ego eſſem
ſtultus inquit , ſi quam diem illi in promittendo elegerant ,ego in

accuſando non effugiſſem, prę́ſertim cum poſſem effugere ſi impru-
dens non eſſem. Nunc mihi temporis eius quod mihi ad dicendum
datur, Alij ferunt hoc dies.xx.alij pauciores, alij plures. Aut ex iſto
quem ſui ſimillimum produxit, Reprehendunt homines ſtultiſſimi
Tullium quod in filio Verris innocẽtiam lædat, ac tamen ignorantes
illum accuſatoria arte prouidere ne in epilogis productis ab Horten-
ſio conciliet miſericordiam iudicum patri. Lenonum, aleatorum, ꝓ-

Lenones

ductorum, Lenones ſunt Scortorum productores etiam inuitarũ per
ſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur. Quæſtore
CN. Papirio coſ. fuiſti, vno nomine. CN. Papirij carbonis. & tẽpus
criminis ſignificauit, & crimen. legitur tamen, & conſuli * Obtigit ti
bi conſularis prouincia, ſubauditur diſſenſio ciuium. leuiter dixit bel
lum ciuile grauiſſimum, Syllæ cum Marianis. Quid ſentire debue-
ris cum quibus facere hac ſorte, potuiſti enim, & debuiſti ſi nolles re-
pudiare illam ſortem, aut ſuſcęptam tueri. Pecunia attributa quæ in
ſtipendium militum de ærario, de tribunis ærarijs adnumerari quæ-
ſtori ſolet, ergo Verri adnumerari intelligitur, Voluntatis, illorũ Syl

Compilare.

lanorũ.ſ. Compilarit, pilis peruellerit. ſic fraudauerit furto, vt ne pi-
los quidem in corpore ſpoliatis reliquerit. Ad nobilitatem, hoc eſt ad
ſuos. totum hoc per Ironiã dicit * in accępit, inquit referri, ad ærariũ
ratio ſolet pecuniæ publicæ a quæſtoribus. Verres igitur retulit, ſed
Tullius hoc reprehendit. primo falſam hanc relationem breuẽ eſſe.
deinde idcirco accęptam, quia proditor Carbonis, fauorem ſibi apud
Syllam comparauerat. Nam paucis verbis quid accęperat, quid reli-
querat dixit. Dedi ſtipendio, frumento, legatis, hæc oĩa nomina ſunt
erogationum, quibus aut ſtipendium militibus dediſſe ſe dicit Verres
aut frumentum coemiſſe in annonam exercitus, aut legatis, aut ꝓ quę

Prętor quis.

ſtori. In ſumptũ alimenta de publico dant. Cohorti prætoriæ, comi-
tibus conſularibus. Veteres enim omnem magiſtratum, cui pareret ex

Prætorium.

ercitus, prætorem appellauerunt, vnde, & prætoriũ tabernaculũ eius,
& in caſtris porta prætoria, & hodie quoque pręfectus prætorio. Pro
quęſtore.i. pro officio quęſtorio. ſignificat aũt quęſtoris annonas. Si-
bi imputat pecunias publicas datas Verres accępi inquit bis ducẽta tri
ginta quinque milia, quadringẽtos decem, & ſeptẽ nummos, Reliqui
crimini ſexcenta milia, hæc ſumma cum ratiõe conſentit hoc modo.
aut tu Hortenſi, aut ego. ambo enim fuerunt. veriſimile eſt tantę pe-
cuniæ rationem duobus verſiculis cõfici potuiſſe. Oppidum ſibi ele
git Ariminũ, hoc Oppidũ Albinouanꝰ Syllę ꝓdiderat, dux ipe Ma
rianꝰ. Recita denuo. P. Lẽtu. L. triario q̃ſtoribꝰ. hoc ẽ caput lectiõis re-
latarum a Verre rõnũ ad ęrarium totius quæſturę ęius. Nõ vt honos

& dignitas pro nobilitate pugnante Sylla contra Marianos hac eadẽ
cauſa,ſed vt eſſet tranſfugio aiebat Verres,vt dignitas, & ſalus nobili
tati reſtitueretur.Idem feciſſes quod anno poſt.M.Piſo.Exemplo vr
get Verrem,vt oſtendat quid facere potuiſſet niſi furtum pararet.Be=
neuenti eſſe iuſſit,beneuenetani plęrique Syllani erant.Non modo Exiſtit.
exiſtit,emergit,exoritur,exurgit. Malleolo occiſo,ſuſpitioſo verbo
vſus eſt.nam non inſiſtit,vt probet a Verre occiſum eſſe,ſed ita vult
videri,quia Verri mors eius lucro fuit.Alteram tutelæ, filij Malleo
li tutor factus eſt Verres,q̃ i ĩp̃o valebãt crimina.apertius dicturus eſt
Tullius,& enim accuſator Dolobellę volens indice Verre vti contra
Dolobellam librum criminum communium Verris, & Dolobellę
Verri oſtendit, & promiſit hęc ſe crimina nõ obiecturum ſi ſibi Ver=
res & proditionem Dolobellę proderet, & teſtimonium aduerſus eũ
diceret.quare Verres Dolobellam cui Legatus,& pro quęſtore fuerat
oppugnare compulſus eſt.Inimicos autem accuſatoreſque Dolobel= Miſer pro in=
lę Cętarem dicit. nam Scaurus Dolobellam alium accuſauit, nec dã= nocente.
nare potuit.Miſer cum eſſet, miſerum pro innocente Tullius ponit.
ſic alibi,& erunt qui illum ſi hoc fecerit nõ improbum,ſed miſerum.
Me non diligentiſſimum.C.S.C.R.ex communi calamitate ex Syl
lanis temporibus.ſ.ne diceret de Sylla clauſit, vt diceret Sylla mihi
iuſſit,ſylla hoc fecit.Circunſcripto,ſublato.circũducto ac prętermiſ=
ſo,alias decępto ſignificat.Poſtquã.CN.Dolobellę,* de Dolobella
nam ſupra de eiuidẽ natiõe dicebat.Eſt mihi alius locus,de ſignis ſci= *
licet an peculatus ſi hinc euaſerit Verres ęſtimatum impoſito precio
exactũ ſecundum legẽ repetundarũ. Ita magni fluctus eijciebantur,
extra fines littoris exibant. Tẽporibus exactis,Mẽſibus exactis ſacra
putatur.ſacra mari colitur medio.elegerunt potius ſacra dicere, quam
id quod i cõſuetudine eſt ſacrata.Vt ne Perſę quidẽ Cyro, Dario Xer
xe duce.Dis hominibuſque,quia nõ ſolum hoſtes erant, vt pote Bar=
bari,verum etiam more gẽtis ſuę nulla dijs in terris tẽpla cõdenda eſ=
ſe credebãt.pręſertim cũ vni ſoli quẽ venerarẽtur vix mũdus ipſe ſuf
ficeret.Eant ergo,& ędiũ ſacrarum,& ſimulachrorũ euerſores.Equos
munera,quęrẽdum cur equos a cęteris muneribus ſeparauit.an quia
Aſiani magno precio eſtimant equos,Quẽ quõdam in comitio vidi=
ſtis.licebat enim muta hęc ſigna reportare Romam ędilibus ad or=
natum ludorum, & rurſum ſocijs reportare. nec hoc crimen diſtu
lit in orationem,quę eſt de ſignis, quia ſpecialiter crimen & bre=
ue eſt,nec habet quod adijci poſſit Iunonis Samię hinc Vergilius.
Poſthabita coluiſſe Samo. Non ad prętorem, ſed Romam defer=
ri oportere,Atque legimus de Oppio,& de Porcilio,apud Oppiũ de=

 poſitaſque ſellas,

poſitaſque ſellas,ſed apud eos ſub quibus agebant aut quæſturam aut
legationem. Legatus autem Verres non Neronis ſed Dolobellæ erat.
Accuſatorum mos. Cum obſignãdi gratia veniſſem Moris fuit vt accuſator obſignaret
domum, & clauſa omnia eius quẽ accuſaturus erat, nequa furtorum
indicia aut in vaſis,aut in ſignis,aut in literis conſtituta ab eo remoue
rentur. Ad omnes columnas locus ante locum. non dicitur. in ſilua. ĩ
viridario. ſub dio ideſt ſub cælo. cælum græci * dicuut. ſed ita decli=
natur hic dius huius dij huic dio hunc dium, ab hoc dio. Quam
diu alium prætorem, Metellum. ſ. cum iudicibus, quos in horum
locum quemadmodum ſupradixit ſubſortiturum ſe Verres eſſe crede
bat. Noſtris teſtibus quam horis. Vſus eſt enim prima actiõe Cicero
magis teſtibus ſuis quam temporibus ideſt ſibi ad dicendum lege da=
tis. Quæſitorem, dicitur, & quæſtorem. ſi quæſtorem illũ ipſum Gla
brionem cuius eſt vt ſocij omnia rapta reddantur. ſi quæſtorem ad
Sector. quem rediguntur proſcripti bona, & a quo ſocijs adnumerantur. Se=
ctorem autem dicit æſtimatorem redemptoremque bonorum damna
ti, atque proſcripti qui ſpem ſectans lucri ſui. ideſt ſecutus ſpem æſti=
* mationis ſuæ bona omnia auctione vendit. & ſemel infert Pecuniam
vel ærario, vel ſocijs. Cõtra hos igitur iam pugnat Verres in quibus
ſubtrahens. o. ſigna non contra ſe qui illum etiam ſubtractis ſignis te=
Trierarchus. ſtimonijs tantum poſſum conuincere. Trierarchus, naui triremi prę
poſitus. Triremis ternos remorum ordines habet, ita, & biremis, &
quadriremis, & deinceps dicuntur. Quæ omnia intus canere dicebãt
cum canunt cythariſtæ vtræque manus funguntur officio. dextra
plectro vtitur, & hoc foris canere, ſiniſtra digitis chordas carpit, & hoc
Aſpendius. eſt intus canere. Difficile autem quod Aſpẽdius cythariſta faciebat,
vt non vteretur cantu vtraque manu, ſed omnia ideſt veram cantio=
nem intus, & ſiniſtra tantum manu cõplecteretur. vnde omnes quot=
quot fures erant a græcis Aſpendij cythariſtæ in prouerbio diceban=
Adaginem. tur. Quod vt criminis ita iſti furtorum occultatores erant. valet hoc
prouerbium, & in eos qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulũt
pręter honeſtatem. Artificio ſuperaſſe, vt interius poſitus eſſet qui in=
tus cantare conſueuerat. Pergeſanum antiquum apparet oppidũ per=
gan vocari. cuius nominatiuus caſus perga eſt. ergo aduerbiũ loci per=
geſanum religioſiſſimum templum vnde fata petuntur. Quid de. L.
Scipione, de quo cum ſenatus ambigeret, vtrum idoneus eſſet, qui in
Aſiam contra Antiochum mitteretur. P. Scipio Africanus frater ei9
Corinthus euerſa. legatum ſe ei obtulit ad id bellum gerẽdum, & victoriam reportauit
Quid de. L. Memmio Legatorum populi. R. violatorum cauſa bellũ
aduerſus Corinthum græcam vrbem geſſit. P. R. eamque deleuit du
ce Memmio.

ce Memmio.cur autē Græcorum triumphorum pōit exempla, quia
de ſignis loquitur quorum copia apud Græcos eſt cōſtituta. Omnes
erant eiuſmodi boni ſcilicet, P.Seruilius bona occaſione promendi iu
dicis,cum obteſtatione cōiuncta. hic enim bellum in Sicilia geſſit,
deque ea triūphauit capta Coryco,olympo,Faſilide de tribus magnis
eius terræ vrbibus. Legatus quęſtorius.legatus ex quęſtore agens. Per
triumphum.vexit,Herculis enim ſigna ante triumphantem vehi p
pompam ſolebant ,Ad ærarium perſcribenda. Hæc fuit veterū dili=
gentia,vt quod quiſque de ſubiugata prouincia per triūphum appor=
tauiſſet, perſcriptum in tabulis in ærario re ponendis conſeruare=
tur.Figuram.ſtatum,figura,eſt circa geſtum ſitumque membrorum
ſtatum circa ornatum,& habitum veſtis inſignium,& armorum.Cer
te non maior eſt,non video quid velit hic ſenſus, nihil enim mirum
diligentiorem eſſe Seruilium quam Verrem, ſi ita eſt niſi forte quod
ait certe maioris ſic accipiamus,quaſi dicat Verrem maiorē, & quod
ſubiunxit argumentum ſeruitutis quā voluptatis maiorem eſſe fru= *
ctum dices. Tua quoque ſigna.oratoria plaſi hanc ſibi obiecit quæ=
ſtionem quæ genus confeſſionis in ſe habet. Nam ædili atque præto=
ri Hortēſio,& item Metellis rapta ex prouincijs ſigna ad ordinādum
forum, & comitium commodauerat Verres. olim enim cum in foro
ludi populo darentur,ſignis ac tabulis pictis partim ab amicis,partim
e græcia commodatis.vtebantur ad ſcenæ ſpeciem, quia adhuc thea= Comitia
tra non fuerant. Comitium,locus propter ſenatum quo coire equiti=
bus R.& P.R.licet.Qui ſe iudiciorum dominos, Hortenſium cæte=
roſque nobiles. Ex Aſia atque Achaia, fuerant iſta ſigna per fru=
ctus ſel. * nam ſolebant magiſtratibus commodare reddenda. habeo
iſtius,& patris legitur.Accępti tabulas.i.accęptarum Pecuniarum.le Mos optimus
gitur,& accepi. moris autem fuit vnumquemque domeſticam ratio=
nem ſibi totius vitę ſuæ per dies ſingulos ſcribere,in quo apparet quid
quiſq; de redditibus ſuis,quid de arte,fęnore. lucroue ſe cernere poſſet
quo die,& quid itē ſumptus dāni,ne feciſſet. Sed poſtquā adſignandis
literis reorum ex ſuis quiſque tabulis damnari cœpit ad noſtram me=
moriam tota hęc vetus conſuetudo ceſſauit. dicit igitur Tullius ha=
bere ſe.& patris eius tabulas quoad vixit,& ipſius Verris quoad confe
ciſſe dixit. Ex quibus prodit quam multæ tabulę pictę, quanta ſigna
apud eū nulla emptionis ori * ſiue furto capta noſcantur, remoratur=
que in eo quod ſe dicat Verres non ex alio tempore cœpiſſe literas do
meſticę rationis feciſſe,& ex aliquo tempore deſtitiſſe, quod factum
nullo exemplo defendi poteſt. Cum imperio ac ſecuribus. Ironia
mera Synochoreſeos cum imperio ac ſecuribus bene,quia licet nego= *

ciari equitibus,& priuatis. Deide Antonio. Hic eſt. M. Antonius diſſolutiſſimus curator largitatis oræ maritimæ Cretæ mortuus, de quo ipſe dicet, & poſt. M. Antonij finitum illud imperiũ ſenſerat, & quẽ Saluſtius ait perdundæ pecuniæ genitum, & vacuum a curis niſi inſtantibus. Eſt aliqua etiam huiuſce rei ratio, vel mala, vel bona. dicit ergo, & ſi non bonam, apparet eſſe tamen aliquam rationem, ita vt ipſe dicit, bona ratio nunquam ſcribendi iudicium perſeuerans de tabulis non conficiendis aliquando cœpiſſe correptio erroris, ſi melius deſtitiſſe cum cœperis mala ratio. Eſt enim incõſtantia, & mutatio quędam in deterius vſque ad. M. Terentium. C. Caſſium coſ. ab horum conſulatu videtur tabulas Verres rationum ſuarum deſtitiſſe conſignare, quamuis a preſenti tempore non longe abeſt. Alio loco cuiuſmodi ſit conſiderabimus. ſ. ante gerenda furta pertinet. iſta prętermiſſio orationum ne conſcriptis ijs quæ ante habuit. & ijs quæ nunc habet extraordinaria rerum poſſeſſio cerneretur. Atque vtinam neges, cum enim confeceris, & ſi improbe videris tamen aliquid dicere. cum dicis enim non rapui. ſi autem negaueris, & conuinceris, & huiuſmodi defenſione nudaueris. Impluuium, locus ſine tecto in ædibus quo impluere imber in domum poſſit. Quæ ſectorem expectant repetundarum, cauſa ita ſe habet, vt ſi conuictus reus ſit atque damnatus, pecuniam reddat extimata lite, hoc eſt in preciũ redactis omniũ furtis, quam ſummam pecuniæ proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Sectores autem dicti ſunt qui ſpem lucri ſui ſecuti bona condẽnatorum ſemel auctionabantur, proque his pecunias penſitabant ſingulis ac in poſtera pro compendio ſuo ſingulas quaſque pecunias populo vẽdituri. Sola ergo hęc duo ſigna dicit apud Verrẽ relicta aſportatis ad amicos cæteris ſignis. At credo, tranſitus ad aliam criminum ſpeciem. non enim hæc quæ ante acta ſunt, ſic dicit tanquam Sicilienſia crimina propria huius cogitationis, quæ per ſingulos libros cõſtat eſſe diuiſa, vt de iure dicundo. de frumentaria. de ſignis. de ſupplicijs. Ad ſummum græcorum ocium, Diuiſam ſententiam de græcis habitam quos ocioſos, & leues eſſe conſenſum eſt. cum a CN. dolobella eſſlagitaſſet, ergo non e Rep. ire coactus eſt, ſed vt mitteretur ambitione perfecit. Nicomedes autem Bithynię rex eſt. Sadala thracię ambo ſocij. P. R. Ianitorem quendam. Ianitorem cum dixiſſet addidit quendam, vt oſtenderet non appellatiuum nomen eſſe, ſed proprium. homo factus ad iſtius libidines, In naſcẽdo ſortem, in faciẽdo induſtriã. bene ergo non natum, ſed tantum naturam dixit perductorum fingeret Verri non dicendum poſtea procrearet, videant ſi impromptu eſt, res inueſtigent, quam non videant, & ideo in poſterius poſitum. cum

Margin notes: * — Impluuium — Sectores — Græci ocioſi & leues. — *

ſuæ partes eſſent. ideſt viciſſitudo tangeret. ſimul eni oſtendere vult nec ſuſcipiendum ſibi eſſe nūc hoſpitem ,& cum ſuſcipiat condignū ſolere ſuſcipere. Vna cupiditate, Vna, vel pręcipua, vel verevna, extra quam non iure, non more, non honeſtate moueretur. Ius ſuum ne Rubrium pateretur, laborat bene, quia inuitus ſuſceperat hoſpitem ſe indignū. Quid opus eſſet vt mulieri, ſcilicet ius * afferretur. Grādibus inquit poculis, & meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis, & hoc putant Græco more potare. Eſt autem Græcus mos. vt Græci dicunt cum mero cyathis ſaltantes libantes primo deos, deinde amicos ſuos nominantes. nam toties merum bibunt, quoties. & deos, & caros ſuos nominatim vocant. Poſcunt maioribus, ſunt qui producta .ſ. litera poſcunt, legunt, quaſi ſæpe potant. ſed poſcunt prouocant intelligendum eſt, vt ſit ſenſus prouocant ſe inuicem. maioribus autem poculis, vt ſubaudiatur poſcunt a pincerna petunt. maioribus aūt poculis, vt ſubaudiatur viuere quærunt. Quid optimum factu ſit, adeo non græca leuitate res geſtæ ſunt, ſed agitato conſilio defenſa libertas. leue eorum peccatum, magna vi oratoria etiam parcere peccatum dicebant inquit, quia Verri parcebatur, ſed tamen leue quia Legato. ſic iſte multo ſceleratior, & nequior, quam ille Adrianus Cinnanis temporibus cum C. Fabius Adrianus, vt alij aiunt Legatus, vt alij putant proprætor vel pretor prouinciam obtineret Aphricam vti cę in pretorio ſuo vſtus eſt, quod corrupto ſeruitio ciuitatis illius de principum nece conſpiraſſe dicitur, ſed oportune Tullius cauſam tacet illatę necis in Adriano, & inultam mortem eius oſtendit, quem dicit oratorie non in hoſpitio, ſed domi ſuę viuum crematum, & ille ſic dixit, vt de notiſſimo videretur loqui. Accenſus Neronis, accēſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius. hęc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Interpellare autem eſt mediam alterius orationem interrumpere, vel actioni alterius interponere. apparet ergo Hortenſium quamuis diu multumque tacuerit, tantum in medio teſtimonio perſtitiſſe, quod diceret Philodamum adeo malam cauſam habuiſſe, vt a C. Nerone vel damnatus ſit. Putaſſe non oportere reprehenſio iudicati ab ea parte qua cauſę deriuatio facit ne non bis iudicata obſint. non enim cauſam Verris releuatam eſſe, ſed illos damnatos, quod quoquo modo occiſum hominem eſſe cōſtaret. Pertimuit iſte, mire orator non Verrem vendicare more Philodami, ſed crimen ſuum releuare potuiſſe, quorum alterum iniuriam paſſi eſt, alterū male ſibi conſcij. Contendit, ab eo extorſit. Togati creditores gręcorum, Noluit dicere equites R. ſed togatos dixit, & creditores græcorum, vt oſtenderet cauſas

Vel vis.

Mos græcus.

Pincerna.

Accenſus

Cōmētarięſis

Interpellare

belliſque dicendis.ſancta corpora iure gentium atque iuiolata ſeruãt. De ſua Claſſe. habent .n. Mileſij prçſidiariam Claſſem ex fœdere p̃bendam. P. R. maritimis neceſſitatibus. Mioparo nauigij nomen eſt. L. Magio,&. L. Phannio,hi tranſfugato Valeriano exercitu apud Mithridatem agẽtes ab eodem rege ad Sertorium miſſi erant de paciſcẽda ſocietate belli aduerſus Romanos,quos in Italia iam poſitos, & ad ſertorium feſtinantes,& hoſtes iudicauerat,& inquirendos mandauerat ſenatus. hi tamen vltimum ad Romanos prodito ex magna parte Mithridate redierunt. Vſque a Dianio ad Sinopem. Dianium Hiſpaniæ maritima ciuitas. Sinopes Ponti eſt vbi rex Mithridates erat. Renunciationemque eius,quia renunciauerat nauem a Verre. L. Magio venditam fuiſſe. Non ſolum illud proſcribunt quod prohibiti ſunt, ſed etiam cauſam adſcribũt, hoc eſt nõ ſolum prohibita ſcribunt, ſed cur ſe magiſtratus ipſe prohibere curauerit, ne cum oporteret in literas publicas referrent quod geſtum eſſet. Qui tametſi Februariũ menſem, Hic eſt mẽſis quo frequens ſenatus poſtulatis prouinciarum legationibus audiendis dantur. Et conſulum deſignatorum nomẽ expectant,& extimeſcunt legitur. nam vtroque verbo idem ſignificatur. Hortẽſij autem,& Metelli,& vbi dicit legatos Mileſios poſſe terreri ne de Mioparone dicant, prçſertim cum ad beneficia petenda venturi ſint Februario menſe,& in manu ſit conſulum quãdo, & quemadmodum referant ad ſenatum,& bene nomen conſulum dixit, vt potentiã demonſtraret eorum, quorum etiam nomen ad formidinem officit. Religione adducti ſolent. non ſolum ne falſa dicant, verum etiam ne quę vera ſunt taceant. Domeſticarum legum metu, patriæ ſuę legum quibus coguntur de incommodis patriæ non tacere. Occiſo, oratorie pro mortuo occiſum dixit. Syngraphas fecerat. Inter Syngraphas, & cætera Chirographa hoc intereſt, quod in cæteris tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent. in Syngraphis etiam contra fidem veritatis, pactio venit,& non numerata quoque pecunia. aut non integre numerata ꝓ temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent. More inſtitutoque grçcorum &c. tabulæ ab vna parte ſeruari ſolent, Syngraphæ neutrius manu, vtrique parti ſeruandum tradũt. Extrema cera, vltima tabula, vltima parte tabulæ. Expẽſum Griſono ſeruo, queritur cuius ſeruo Verris. ſ. nõ Malleoli. Quadrarit, ſolida facta ſint, vt neque plus quicquam, neque minus iueniat in ſumma. vbi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt quadringẽta quadrare,& ſolidare vel ſolida fieri, quin aut minus, aut plus aliquid reperiatur. Nomen infimum, vltimum titulum. infimum, vt appareat falſum eſſe. Vtinam de GN. Carbonis pecunia,& ibi enim ſexcenta ſuperfuiſſe mentitus eſt. Commune myriadum Myria, Commune,

Mioparo. Sinopes. Februarius. Syngrapha Chirographũ *

riadũ,myria.Cõmũe.R.P.frumento ęſtimãdo .licebat enĩ magiſtra-
tibus ĩ vſus ſuos frumẽtũ accipere ſi vellẽt, aut pro frumẽto preciũ q̃
ęſtimatio dicebatur,in qua re auariſſimi quique infinitam pecuniam
contrahebãt,iniquum precium ſocijs imperando. Coria,Cilicia,ſac-
cos. Cilicia texta de pilis in caſtrorum vſum, atque nautarũ. Dolo-
Cilicia Coria. bellæ æſtimata ſub quo hæc quæſtor Verres admiſit. Conſiſtam in
vno nomine,perſeuerabo inquit in eodem titulo quæſtorij criminis.
Ex eodem genere,furtorũ.ſ.Verris.In ſua poteſtate ac ditione tenuit
obnoxium criminum conſcientia,& ſocietate cum reo Dolobella,cui
pro quæſtore fuerat,& legatus.Homo adoleſcens,quia cupidius accu-
ſauit,quam grauiorem virum decebat,ſed excuſatur ætate. Eorũ om-
nium voluntatem repudiauit,quia nõ vt Scaurus adoleſcens accuſo.
Non accuſatorem maxime laudari volo,accuſatorium nomen ita vi-
ro bono fugiendum eſt, vt non ſatiſſit odiſſe accuſatorem vide-
ri.tale eſt illud Terẽtianũ,hera ne parum leno ſies. Rationes ad æra-
rium.qui redargui potuit curioſitatis ſi ante damnationem Dolobel-
læ more quæſtorum rationem ad ærarium retuliſſet. ſic enim fiebat
añq̃ de prouĩcijs quæſtores Romam rediiſſent.Proĩde quaſi ex ſcribẽ-
di,& ſi occupaſſet accuſator tabulas rei aut amicorum eius, tãtum ad
neceſſarios vſus licebat exſcribere,ideſt exempla transferre.Qui nun-
quam ratiões ad ærarium referebat, hoc ideo quia nec ſuperioris quę-
ſture quæ cum Carbone fuit rationes ad ærarium retuliſſet. tribus
verſiculis enim ait.accępi,dedi,reliqui.Quæſtor eſſe in ſenatu expe-
ctare, bini q̃ſtores in Sicilia quotãnis fuerãt ſingulis prætoribus Lily-
bitanus, & Syracuſanus.Omen magiſquam cauſa ,omen auſpitium.
Cauſa.excuſatio.Omen autem ideo dixit,quia eius exemplum attu-
lit Verres,quia pecuniarum damnatus eſt ,fece, reſiduis coloribus no-
mina tituli.& capita criminum.Quod min⁹.Dolobellam,in hoc ca-
pite oſtendit falſitatem rationum Verris, nõ conueniſſe ſummas Do-
lobellæ cum ipſius ſummis,in qua re vult credi non Dolobellam ſed
Verrem fuiſſe mentitum.Hinc ille extraordinariæ pecuniæ,ſordida
lucra,& furta ſignificat.nam ea ſunt quæ neque de redditibus neque
de Annonis,neque de aliqua legitima ceſſione,aut donationis,aut hæ-
reditatis verbi gratia videntur adiectæ. hinc ratio cũ Q. & CN. po-
ſtumijs Curtijs.hi ſũt qui extraordinarias pecunias Verris tractabãt,
quæ in tabulis Verris nunquam ſcriptæ ſunt,ne ſe ipſe proderet,ne pe-
cunias tantas ſuis literis indicaret.Hinc ſextertium.xiiij.P.Tadio,&
hic extraordinariarum Verris pecuniarum ſuſcęptor oſtenditur.Gre-
corum teſtimonio,cui ſit data nil ad me.Oratorie quę probari nõ poſ-
ſunt,fingit ſe voluntate negligere.Terentius, en non dico,quaſi non

noris tentatum

noris tentatum aduenis. Tabulas cum conficeres,quo modo ergo dicit
Verrem tabulas non habere,ſed aliquo tempore cœpiſſe non ſcribere.
Hæc ergo tempora rationis tabulas confectas habent.His expenſum
nõ ferres.Expenſum ferre ē ſcribere te pecuniam dediſſe. Accęptum

Expēſū ferre

Curtii referet. accępiſſe a te ſe ſcriberent expenſum tabulis te ei ſcri-
bere. Vt ex vtroque genere,ſumma diuiſionis,& actionis pręturęvrba
næ & criminū,C.Verris in duobus conſtituta iuriſdictione,& ſarctis
tectis. Qui auſpicato a Chelidone aues paſcere dicuntur. Hi euntes
magiſtratus;& qui Chelidonis eſt hirundo vrbem frequentat. facere
vrbanam prouinciam Chelidonis auſpitio meretricis dicit eſſe ſuſcę-
ptam. Neque cenſus eſſet,neque centum milia ſextertium poſſideret.
Alii ſic intelligunt.neque cenſus eſſet.hoc eſt neque cenſus eius ĩ qui
quennium diues factus,quorum annorum ſpacio inſtaurari cenſus ſo-
let apud Cēſores,quorum adminiſtratio per luſtrum, hoc eſt quinquē

Cēſus quiquē-
nio vel luſtro
inſtauratur.

nium tenditur. Tanquam ſcire quis vellet qualem ſe prętorem fuerit
prębiturus,Appellat hęredem,iniurioſum verbum in perſonam præ-
toris.Appellatio enim eſt inferioris ad potiorem. Cum intelligat le-
gē Voconiam,Voconius legem tulerat,ne quis cenſus, hoc eſt pecuni
oſus hæredem reliqueret filium. hoc ergo caput edicti eſt legem Vo-
coniam probantis prætoris.Non improbum,non inofficioſum,non ĩ-
humanum, hæc enim teſtamenta non ſolent valere. nam improbum
contra leges.inofficioſum contra merita. inhumanum cõtra pietatē.
Sua ſponte ſcelerata ac nepharia eſt,beneficiā ſpōte,vt nõ diſputatio
ne iuris conſultorum,ſed naturali interpretatione fugienda ſunt,vt ve
neficium,parricidium,& cætera,etiam quę nullo prohibente,& vitan
da ſunt. Cornelia teſtamentaria,nummaria,vt Cornelia teſtamenta

Lex Cornelia

ria q̄ de moneta,nequis priuatim pecuniam faceret. A certo tempore,
vt,& quod ſemper reprehenſum eſt,tamen a certo tempore in iudiciū
veniat,& a certo tempore plecti poſſet rata eſſe patietur. Hoc totum
vt, quaſi per idignationem dici videtur,& interrogatiue. Cedo mi-
hi leges Atinias furias,iſtę omnes de iuri ciuili ſunt.nihil cõtinent cri
minum capitalium,publicique iudicii.Neque cēſus eſſet.More vete
rum cenſi dicebantur qui centum milia in profeſſione detuliſſent,hu-
iuſmodi adeo facultates Cēſus vocabantur.Bona,fortunaſque, bona ĩ
ipſis poſſeſſionibus,fortunæ,in fructibus eorum.Hoc populus Ro.nõ

Cenſi qui

manu vindicaſſet,confuſa locutio abundare enim videtur. Non po-
ſtea quam prętorium conſtitit, ex quo ius prætorium ſtabilitum ē, ſic
hoc dixit quaſi diceret,poſt conditam vrbem Romam, vt poſt homi-
num memoriam,ex quo eſt ius prętorium eripis pupillę. Togam præ
textam, Toga communis habitus fuit & marium,& fœminarum, ſed

Toga.

 prętexta

prętexta honeſtorum, Toga viliorum, quod etiam circa mulieres ſer=
uabatur. Tum vti proximũ quem q; potiſſimum hęredē eſſe oportet,
& ſi is inteſtatus mortuus eſſet, ita ſecundum potiſſimum daretur, qua
ſi ab inteſtato agnati eius ſuccederent, quamuis diceretur teſtamen=
tum feciſſe, ſi tamen tabulę non proferrentur. Et hoc vetus edictum
Tralaticia — tralatitiumque eſt. Tralatitia veteres dixerunt, non noua, nec nuper
inuenta, ſed aliunde tralata. Si habuiſſet iſte edictum quale ſupra
tralatitium dixit eſſe. Lege ageret in hęreditatem, experiretur iure
quemadmodum probaret ſe hęredem ſcriptum eſſe, & poſſeſſionem
a prętore peteret. Aut prędes litis vidiciarum cum ſatis accepiſſet ſpō
ſionem faceret, & ita de hęreditate certaret. Aut peteret inquit vt poſ
ſeſſor eſſet, aut acciperet ab aduerſario ſatis pro pręde litis vindiciarũ,
& ipſe ſponſionem faceret, & ita de hęreditate certaret. Lis vindicia=
rum, eſt cum litigatur de ea re, cuius apud prętorem certum eſt quis.
debeat eſſe poſſeſſor, & ideo qui eam tenet dat pro pręde litis vnidicia
Lis Vindiciarum — rum aduerſario ſuo, quo illi, ſatiſfaciat. nihil ſe deterius in poſſeſſione
futurum, de qua iurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab ad
uerſario certare pugnam, aut ęſtimationis quid amittat, ni ſua ſit hęre
ditas de qua contendit. Prędes ergo dicuntur ſatiſdatores locupletes ꝓ
Prædes — re de qua apud iudicem lis eſt, ne interea qui tenet diffidens cauſę poſ=
ſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores, & culta de=
ſerat. Si poſſeſſor ſponſionem nō faceret ſubauditur eſt hoc ē; ſi poſſeſ
ſor eſt ſponſionem non faciet. Quid id ad prętorem, bene dixit. cum
enim incertum ſit cuius debeat eſſe poſſeſſio, cur prętor dicat ſi poſſeſ=
ſor eſt quaſi iam probauerit poſſeſſorem eſſe eum qui incubauit. Ergo
a quo ꝑcium accępit, poſſeſſorem illum vocat, & vetat eum facere ſpon
ſionem, & cum in poſſeſſionem mittere prętor ipſe deberet, quem non
dum miſit iam poſſeſſorem appellat. Ergo quia poſſeſſor eſt, non mo=
ues poſſeſſionē. ſi poſſeſſor non eſſet non dares. Contrarium poſuit vt
oſtenderet improbitatem gratificati prætoris. Ergo nec adimere ibi
licet poſſeſſionem incubanti nec dare iure poſcēti, quod tum vtrũque
cur hunc poſſeſſorem nominas? a quo corruptus es, quaſi eum quia
poſſeſſori adiicitur amouere de poſſeſſiōe non poſſes, ſi de hæredita=
te ambigitur. caput eſt dicti Verris. Hoc tralatitium eſt. Ciceronis
verba ſunt qui ſe dicat hęredem eſſe, verba Verris iniuſta. dabo inquit
ſi quis tabulas teſtamenti bene obſignatas protulerit. Sequitur non da
bo inquit, ſi ſe tantum hęredem factum eſſe dixerit, quamuis ille teſta
mētum non proferat. Apparet Verrem contra Minutiam gentē fuiſ
ſe corruptum ab eo, quem ante poſſeſſorem appellat ī edicto, quam in
poſſeſſionem paratus eſt dare. Ipſe in Siciliensi edicto, Figura prole=
pſis. non

pſis.non enim adhuc peruenimus ad Siciliam,cuius crimina ĩ accuſatione futura,ſunt in tempore prẹterito. Capite Anniano,proprie iuris capita dicuntur. In quibus ita interceſſit,intercedere vt vides etiã prætor prætori ſolet,vt Piſo Verri appellatione cauſæ ad collegam facta. Tri.Ple.M.Iolius Placãus. Quam plena, ac referta Chelidonis,plebeia quædã clientula Verris Chelido fuit,quẹ illum etiam moriens fecit hẹredem,qua cauſa impune illam meretricem appellat orator. Suo tempore,de ſuppliciis,cuius rei non in eodem negocio,ſed generaliter cuius criminis,id eſt crudelitatis dat eis poſſeſſionem iniuſte. Aut ſolui enim potius debuit teſtamentum,quod contra legẽ Corneliam factum fuerat,aut integrum cum voluntate mortui permanere. Is viros bonos & honeſtos,quomodo igitur fallunt mortui voluntatem? cum ad Verrem adeunt,an vetuſte bonos pro magnis,honeſtos pro diuitibus poſuit.an bonos & honeſtos vt ipſe crediderat,Lex eſt,pœna eſt,accuſetur,inquit,cum fecerit,& damnetur.hoc prẹtoris eſt nõ prohibere ne faciat.qui enim ius dicit,factorum iudex ẽ, non futurorum, dumtaxat in ciuilibus cauſis. O modeſtum ordinem,quia ordinẽ dixit Equitum R.ordinem dici quidam putant,ſed Libertinos ſignificat quorũ non conditione, ſed more ſuo,quaſi honeſtorũ ordinẽ vetat. C. Sulpitius Olĩpus fuit. Vetus locutio. eminus ẽ Vulturnus Capua tria millia paſſuũ. Ex edicto,quod edictum ſacerdos non habuerat, edictum in cauſa veteri nouum adhuc oſtendit. Vt nummarium probes, nam ex ipſo negocio videtur edixiſſe Verres,vt omnis libertus non patrono tantũ,ſed etiã patronis filiẹ ſextam relinquat hẹreditatis. L. Gellius ſine ornamentis nomen poſuit,quia per ſe clarum eſt conſularis & nobilis vir. Aduenticia,quia ab alieniore hẹreditas veniebat. Non alienus a matris eius genere & nomine. Qui putant Ironicos pronunciãdum, non vident contra teſtis ſuẹ dignitatem nunquam dicturum Ciceronem fuiſſe. Ergo ſimpliciter accipiendum eſt.vult enim patrem Verris diuiſorem fuiſſe.matrem honeſtiorem intelligi. Tabulas protulit, per quas probauit abiſſe a ſe pecuniam,certis nominibus ĩſcriptas. nõ enim Verres ſcripſerat ſe accẹpiſſe. Sed illo tempore, vnde,& quomodo,& per quos dederit ſcriptum in tabulis oſtendit. Quo maximarum rerum frequentiſſime ſæpe aduocationes fiunt,veluti conſulẽtum cõueniẽtibus aduocatis,vel vt alterutri parti apud arbitros adſint,vel vt ipſi iud.in rem aliquã capiantur. Quibus de ſarctis tectis,harum rerũ cura propria Cenſoribus datur.i.ſarctorum tectorum.verum hẹc cum cẹteris inire,aut edilium cura ẽ annua,prẹtores niſi ſenatus decreuerit, de hac re minus laborant. Sine vllo intertrimento,detrimentum,vel vnius partis dici poteſt. Intertrimentum non ad vnius partem ſpectat

Bonus pro magno.
Honeſtus pro diuite.

Sartorum Tectorũ cura Cenſoria.

dantis, & accipientis. Nullam columnam, quæ ad perpendiculum
eſſe poſſit, perpendiculum linea laterum ęqualitatem probat,ſummo
ad imum altitudinem probans.hoc cum ĩ columnis omnibus tum ma
xime inſtructibus vetus tumoris non aliquid prouenit,ĩ quibus aut me
dia,aut ima craſſiora ſunt. Sarctis tectis quę domiata eſt,addiditque,
vt eſſet plenum dictum.nam Sarcta tectaque dicuntur. Eques Ro.
publicanus,aut potius parco & attento quō magis indignum ſit ad me
retricem veniſſe.Et enim iudicium quod prope omnium fortunarũ
cauſam,mortuis pecũiariã habuit Tullio defendente ,cuius oratio nō
eſt ædita . Renunciat Habonius, renũciat Iriatam nũciat .Foro or
nato, hæc fieri ludis ſolebant,qui in foro etiam tum dabantur Ab eo
mãcipe quem iſte appoſuiſſet Habonio.ſ. fabrum acutum callidum.
Quod eſt igitur remedium quod repetit,quod vt deliberantis cuncta
tio videatur ineſſe verbis eius.In bonis prædibus, prędiiſque vendun
dis,bona prędia dicuntur.bona ſatiſdationibus obnoxia,ſiue ſint ĩ mã
cipiis ſiue in pecunia numerata prędia vero domus agri hęc omnia vẽ
duntur ſi rationi publicæ locator Sarctorum Tectorum non reſpon=
derit. Ad hoc autem ante hęc omnia ſunt obnoxia, vt pro ſua volun=
tate agat redemptor operis,quicquid ſuo periculo facit.tu autem Ver=
res cum ego R.P.ſim obnoxius & prędibus id eſt fideiuſſoribus.& pręg
diis appoſitis. tu mihi nō exactor iis operis,ſed dñs volũtatis. me aũt
optĩa conditione ſit ad hoc ĩquit adſtrictus redemptor tenetur. R.P.
vt optima conditione qđ vult de redẽptiōe ſua agat.& tu cũ excludis
quem ſolum admitti oportuit,& ad eius pecuniã ,ac ſumptum operis
quem illi imputaturus es alius accedat.Populo cautum eſt, ærario ſci=
licet,& prędibus,& prædiis.prędia ſunt res ipſę.Prędes homines id eſt
fideiuſſores, quorum res bona prędia non vno nomine dicuntur.Cor
rigũtur leges Cenſorię,quid enim,quia non Hironicos pronunciãdũ.
ſocium ne admittito,quę tradere ędem debebat.Neue partem dato,ali
ud enim ſocius aliud ꝑticeps,qui certam habet partem non diuiſe agit
vt ſocius.Neue redemito,ne ipſe iterum a ſe redimat aut per ſuppoſi=
tam perſonam vt alter ei redimat. Cuius prędia ſubierant, ſatiſdatorẽ
dicit fuiſſe.D. Brutum,ſi quid operis cauſa reſcideris,ſatiſdet damni
infecti redemptor nouus veteri,ſi quid pro neceſſitate operis in æde
læſerit qui redimit.Habonium ſignificat. quia a Verre redemptore
accæpit pupillũ dicit huic iubet ſatiſdare Haboniũ, hoc ē ipſũ ſibi.nã
cum ſit tutor pupilli vt vbique res eius agitur. Hoc opus bonum ſuũ
cuique,verbũ eſt.res diuerſas ſimul comprehendens hoc eſt bona late
re, itegris mẽſuris apta harena vtili calce,machinis idoneis, proba ma
terie manu ꝓdũ machina dicitur,vbi nō tam materię ratio quam ma
nus atque

nus atque a ꝑtís ducitur de populo accedere. hucuſque capite quod ē
at enim interrogatiue pronunciatum eſt, & contra reſponſiue omnes
reiecti ſunt. omnia inquit facta ſunt. Nequis de populo redemptor fie
ret, quia vt pupillo parceret, aut conſcius prędę prętoris non eſſet. Reſ
ponderunt Ciceronem impenſam operis prauam putare nō moram,
ſed hac inquit anguſtias temporis non tí Habonius propter conni=
uentiā Verris neque Cal. neque Nonis, neque Idibus religioſe ī me
Nomiat vultu diuo nouit Idus. Cal. Cicero ī Nonas addidit. quāuis
hoc pronunciatione ſoluatur, atrum in viſione hoc dici videre poſſu=
mus. Iſtam diem quomodo adſequitur. quomodo accurrit ad diem. Vt
vno minus teſte haberet, vt de tot qui contra ſe ſunt teſtibus vnum Ha
bonium detraheret. Putabat ſe aliquid defenſionis habiturum, vt dice
ret adeo nullum appoſui redemptorem, vt poſt diem præſtitutum ope
ri, non ab eo ſuſcęperim opus nec in accęptum retuli. Cum die cęteros
excluſiſſet, tum in eius poteſtatem venire nolebat, præſtituendo diem
anguſtiſſimam operi duas res adſecurus eſt Verres inquit, & cęteros ex
cluſit conditione tēporis, & ipſum Habonium in ſua poteſtate habu
it, qui videbat ſibi prædam eripi a Verre, ſed non ſe commouebat me=
tu operis ꝑfiniti. Qui ſibi ereptam prædam arbitraretur, Habōius ſci
licet a Verre ſibi arbitraretur lucrum redemptionis ereptum. Quod iā
iſte referre non poterat, nimis erat inuidioſum. Habonii tabulę, in qui
bus ſcriptum eſt ad Verrem pecuniam perueniſſe, quas Habonius tu=
tor pupilli nomine dedit Verri tāquam ſi ille a pupillo acciperet. Grac
chi credo aut Saturnini ſeditioſorum Tr. Ple. ſine Bulla. ſimul cū prę
texta, ēt Bulla ſuſpēdi in collo īfantibus ingenuis ſolet aurea, Libertini
Scortea quaſi bullientis ſinus communiens pectuſque puerile. Du=
bitamus quid iſte in hoſtium prædam molitus ſit, ſcilicet cum Pyrata
rum nauem cœpit, & prędam omnē ad ſe aduertit. Ex L. Metelli ma
nubiis ex æde Caſtoris quam de māubiis L. Metellus extruxerat, qui
Metellus ſubactis Dalmatis Dalmaticus appellatus ē. Manubiæ autē
ſunt preda Imperatoris proportione de hoſtibus capta. A ſigno Vor=
tumni in circum maximum, ſignū Vortumni ī vltimo vico Thurario
eſt, ſub Baſilicę angulo plectentibus ſe ad poſtremā dextram partem, — Vortumnus.
Vortumnus autem deus vertendarum rerum id eſt mercaturę. Cir=
cus autem maximus eſt idem in quo nunc Circenſes ſpectantur. Quā
tu viā Thenſarum & Pōpę eiuſmodi exegeſti, ſic exegiſti. exigere viā
dicuntur magiſtratus, cum viciniam cogunt munire cum diligentiſſi
me ſumptu facto. Thenſę autem ſunt ſacra vehicula, pompa ordinū
& hoſtiarum. Thenſas alii a diuinitate dici putāt, alii quod ante ipſas
lucra tenduntur, quę gaudent manu tenere & tangere qui ea deducunt. — Thenſæ.

HAEC ſine dubio ad accuſatorē ꝓpoſiti crimi
nis ſpectat oratio. Nā ſuꝑiore añacti s rebus
expoſitę, q̄ quia magis adiuuāt accuſationē q̄
ip̄e, principales ī vnū librū coactę ſunt iudi
cio Cicerōis curſim enumerātis, q̄ Verres q̄
ſtor, q̄ pro quæſtore, q̄ legatus denique p̄tor
vrbanus admiſerit. vbi ventū eſt ad cām ipſā
& ſiciliēſia crimia quatuor libros Edic. vnū de
iuriſdictiōe. Alterum de frumēto. Tertiū de ſignis. Quartū de ſuppli
ciis, ī qua diſtributione nō ordo temporis, ſed facinorum genera, & mo
menta ſeruata ſunt. Incipit autē a laude Siciliæ, & egreditur ad crimē
Diōis. deide Soſippi, & Philocratis. Si de iure Siculorum euerſo. Fru
ſtra quidā Ciceronē reprehēdūt ꝙ nō inde cœpit, cū ſuꝑiora crimi
na non egeant eiuſmodi tractatu, qui ad ſequentia ꝑtiet, oratoris conſi
lio a magnis iiſdem clarioribus ſumendū eſſet exordiū. itaq; poſt hoc
de Merodio expreſſis honoribus ab īuitis, de Epicro te Bidēo, deque re
bus capitalibus de Sopatro Ceſticēio de iure dicundo. alterū de ſena=
toribus, de ſacerdotibus, de cenſoribus precio a Verre factis, de collatio
ne ī ſtatua, de publicanorū cū Verre conuenientia ī furtis, de Tabu
lis Carpiatii pecunias Verris extra ordiarias cōtinētibus. Genus cau=
ſę in omnibus Verrinarū libris admirabile. Status principaliter con
iectura. Ea me ad hoc negotium prouīcia attraxit, hoc verbo plus eſt
quam quod ī diuinatione dixit ſuſcepi cauſam. R. P. Princeps Sicilia
tum cum Meſſana ciuitas ſeditiōe diuiſa auxiliū contra Hieronem ꝑ Meſſana
alios a. P. R. petit, quod initium fuit diſcordię. Nunquam poſtea defi
cerent, apparent quia ſocietates, & poſt amicitiam firmatam nihil ta=
le commiſerant, in amicitia perpetuo manerent q̄ nunquā defecerat.
Signis, monumentiſque pulcherrimis, pręparatio ad librum de ſignis
Denique ille ipſe M. Marcellus, hic Imperator cū eſſet vicit cæpitq; Syracuſæ cap=
Syracuſas, & victis pepercit. Quæ cum māu mūitiſſima eſſet, nequis tę a Macrcello
diceret non fuit quod timeret, cum vi, conſilioque cœpiſſet nequis Canō, oblatio
diceret nonpotuit hoſtium vrbem Syracuſas. Quando illa frumen= indictio.
tum, omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, canōis, obla
tionis, indictionis. Italico bello, ſociali. Quæ forſitan ne ſentiamus
quidē iud. quędā cōmoda ita naturalia cōſequūtur, vt ſanitatē, ītegri
tatem virium. ſentimus aūt ſi ſubtrahantur eiuſmodi rē dicitis negēt
lucra faciunt locupletes ſunt, de oportunitate Sicilię illam veterem.
B. C. hanc quę nunc in. C. malām. Neque publicanus, neque negocia
tor odioſi, hæc ſunt Romanorum hominum per prouincias nomina.
Aram legum tribul. Prætoris, ac Subſellia iudicum. Publico
conſilio, non poteſt negari fuiſſe illos accuſatores. Marci Le=

pidi addidit publico conſilio ,quaſi illud non omnes tunc fecerint. Et
ſi illum annū. M. lepidi prętoris qui accuſari cœperat a duobus Metel
lis Celere, & Nepote. qui cū legibus interrogaſſent victi eius apud po
pulum gratia deſtiterūt. Vt bis ex ea familia, ſemel quod auus conſer
uauit Victor Syracuſas. iterum hic pronepos magiſtratu ſuo Siculos
creauit. Et poſtea M. Antonii, hic eſt M. Antonius qui gratia Cottę
conſulis & Cethegi factione in ſenatu Curationem infinitam na=
ctus totius orae Maritimæ, & Siciliam, & prouicias omnes depopula
tus eſt, & ad poſtremum inferens Cretēſibus bellum morbo interiit.
In neminem ante hunc, recte quia Lepidus legibus tantum interroga
tus, nec dum cœperat accuſari. Poſtulat a conſulibus, quę non poſtu=
lat, ne ipſe in Verrem concitaſſe Siculos videatur, voluntatem contra
Verrem in multis aliis rebus eſſe monſtratam, cum de illis ſuperiori=
bus. tum etiam quia petitiōes ad Senatum per Legatos Siculi tales mi
ſerunt, vt non tam beneficia poſtulare, quam huius iniurias deſcribere
videantur, vt puta cum petunt. ne rei fiāt abſentes. quia Stenius apud
Verrem hoc paſſus fuerat, & alia huiuſmodi. A quo mea longiſſime
ratio, a quo quare a quo negocio accuſationis. ſ. publicæ, ac iniquę aut
Legati, aut ſuas iniurias proſequentes. At quemadmodum iudices ve
nerint, obſcurus ſenſus & per hyperbaton cum Parētheſi figura, & no
uo modo in ſententia magis quam in verbis explicatur. eſt enim ſen=
ſus hic. at quemadmodum iud. venerint. i. quam animoſe contra Ver
rem, ex hoc cognoſcite, & docet quoties deterriti, & per quos, & qui=
bus minis excuſandi tantum Verris non depoſuerint voluntatem. Sa
luti enim potius illorum conſulam, quam voluptati, hoc ideo quia con
tra Metellum dicturus eſt Siciliæ tunc prętorem. Quęſtores vtriuſ=
que prouincię, duos quęſtores habet Sicilia. Lilybitanum & Syracuſa
num. Nam prętori vna prouīcia eſt, quęſtori duæ. Pręſto fuerūt vt im
pedirent, ſcilicet meam inquiſitionem. ſequitur enim non minus hæ
res contra me fuerūt, apparet cum triennio Siciliā tenuerit vnus Ver
res, q̄ſtores tn̄ p̄ ānos ſingulos huic eſſe mutatos. p̄torē vero ip̄m Me
tellū ſucceſſorē Verris. In laudādo atque repetēdo, accuſando repetū
darum. Vna opera, quod Romam venerunt, aut quod proceſſerunt in
conſpectū Iudicum, qua ratione iſti amica ſic ab ſe miſſa munera ſocie
tatemque pręclarum. Alia ciuitas nulla iud. publice, ſcilicet laudant
aliæ, ſed non publico conſilio. Per priuatos teſtis ſupra enim dixit pręter duas ciuitates Mamertinā ſcilicet, & Syracuſanā. Vis illa ſummi
imp̄ii, Metelli p̄toris in Sicilia & Romę fratris eius Metelli alterius
cōſulis cū Hortēſio. Iniuſſu populi ac ſenatus. Magnifice quidem Si
culum tantum dicit, & populum, & ſenatum, teſtimonium publicum.

mandataque accęperant,a ſuis ciuitatibus ſcilicet. Vſu veniſſe,conti=
giſſe,Statim. Romę,& ad vrbem,prętucę ius,omnis enim magiſtratus
qui intramuranus non eſt,nec vrbanus,etiam ſi adminiſtrator eius Ro
mæ eſt ad vrbem dicitur. Salluſtius.ii. vtrique ad vrbem Imperato=
res erant. Maximam vno anno pecuniam.ſ.cur vno anno an quia non
diuinabat Arrio ſibi ſucceſſuro per triennium te fuiſſe in Sicilia
futurum. Cum videret in foro latrocinia,furta i æde Caſtoris,ac ꝑ ro
ſtris. In quarto actu improbitatis. Fabula,ſiue tragica,ſiue comica,quī
que actus habere debet,ergo & mire tranſtulit & ſignificatur admini
ſtrationes in R.P. Verris infames tanquam Scenicos actus ſpectaculo
omnibus fuiſſe. Non ſolum genera furandi, ſed etiam nomina ſpe=
cies negociorum hominum quaſi ſignificant. Quas ego iſtum ī Ita
lia ſcripſiſſe arbitror,quaſi in naui ſcribere non potuerit,ſed hoc eo di
cit quia conſtat Verrem negocia Sicilie extra Siciliā didiciſſe. Sacer
dote prętore, hic & temporis admonitio eſt & argumētum Calumniæ
Veris,de qua ſacerdos nihil contra hæredem ſtatuerit. Quadruplato
res,accuſatores,ſiue delatores crimium publicorum ſub pœna quadru — Quadruplato res.
pli,ſiue quod ipſi ex damnatorum bonis quos accuſauerant quartā par
tem conſequebantur. Ad vrbem,iam ſupra diximus quid interſit, ad
vrbem,& in vrbem. Iis qui Horicum montem obtinebant. Lilybita
bitanus ſcilicet quæſtor,non Syracuſanus. nam hos binos quęſtores
annuos habuit Sicilia. Excurſori Emiſſarius, hi vocantur conciliato=
res furtorum, quæ a magiſtratibus committuntur,atque internuncii.
Paulo tñ cōſideratiorē ſi cōſideratiorē īquit aliquatēus calumniatorē
quęreret reperire nō poſſet. Veneri abſoluit ſibi cōdemnat,ſenſus hic
eſt. ita Verrem in cauſa bona tantum pręedatum,ſi minus damni eſſet
ſi Dion ē Hericine Veneri addicere voluiſſet. Quod nō debeatur,mi
re perſeuerauit ī cauſa vt oſtenderet calumniam fuiſſe prętoris. Quid
ipſius. Q. Cecilii Dionis,ipſius ciuis cauſa ē amplius honorifice poſi
tum eſt, quaſi alicuius magni hominis qui tunc ī Macedonia fuit cō=
ſul ſcilicet. nam vt opinor Curionis acceſſerat. Sed legis excæptio,
qua non licet vt teſtimonium defenſori denunciet accuſator. Echeli=
donis ſinu, alludit ad nomen quod Hirūdo quam Chelidona Gręci
vocant veris id eſt tempori veris ſit amica. Si commiſſum quid eſſet?
Commiſſa dicuntur quæ contra teſtatoris voluntatem facta aut non — Cōmiſſa quæ dicuntur.
facta,ab hęrede mulcta aliqua pœnaque plectuntur. Ipſo vigeſimo
anno pręſcriptio tēporis cognoſcit iā primū hoc peccatū a duobus fra
tribus in pares volutate videri dāno & vnā patris hęreditatē,& duos
fratres. At enī ad Verrem pecunia iſta non venit,coniecturę ſtatus
tentatur ire contra Hortenſium, qui improbos ſæpe defendit.

Verre ca=

Verre calumniatores apponebat a ſummo ad imum,hoc eſt a primis
ad poſtreã. Volcatio iure dicũt dediſſe . tollit cõiecturam.cauſam quę
rit, & quis Volcatii perſona veniat nũc a conſequentibus. Sed cũ ob
tua decreta ,collectę cẽtum cohortes fugitiuorum fuiſſent propter A=
thenionem dicit,qui dux fugitiuorum per Siciliam fuit,ſed tua manu
numeratũ,definitiue.Nã ſi hãc defenſionẽ ꝓbabitis,admittitis,accipi
tis, nõ accępit ipẽ, ſed nõ accępit ipſe licet. Tollatis,ꝑ eo qđ ẽ iã tolli
te.Ad Q.Mutii innocẽtiam referat.Q.Mutius Aſiam ſingulariter
rexerat, adeo,vt dies feſtus a Gręcis i honorem eius conſtitueretur qui
diceretur Mutia.Miſſos faciamus,dimittamus a nobis de prouicia eo
rum,quę opera non vtantur.rationem reddendam nobis arbitremur.
accuſari nos poſſe credamus,vt eos i contione, & honori ,& lucro ſunt.
Vt haſtę,vexilla,phalerę,coronę ciuicę,itẽ anuli aurei ingenuitatis ſi
gna & liberationis a cura inuictę.Publicarum iudicia dant prętores.ſi
tum hęc a quopiam veſtrum petita ſint,cui nemo intercedere poſſit in
prouicia Sicilia.nam Romę appellari tribuni poſſunt contra omnem
poteſtatẽ.L.Octauius,verbi gratia hunc dicit qui nunc in numero Iu
dicum ſedet.ſubtiliterque laudat,vt prætorem ſolet in verba litis iure
cõpoſito. L.Octauius Balbus iudex eſto,& cętera, hęc ſunt exempla
verborũ q̃ verba iudicũ dare fingit prętorẽ improbum.Iuris & offi=
cii,ius ad doctrinam pertiet,officium ad virtutẽ.L. Octauius balbus
iudex eſto,iudicio ſuo fungatur Balbus i ſeruilium. Si conſtat fundũ
Capenatem. P.Seruilii eſſe,nec reſtitueretur Catulo,cuius nõ * et mo
mento omnem eſt iud.pręſentes eſſe,quorum nominibus vtitur ad ex
emplum iudex eſto,ſi non reſtitueretur fundus hoc ſignificat. cogere
vt reſtituat,aut cõdẽnare reum quem non oporteat,qui de fundo exẽ=
plum dederat,ſubiecit clauſulam etiam de condemnatione ſi non acci
pit quod te debere dicis accuſes,ſi patitur ducas.ſenſus hic eſt ſi non ac
cęperit creditor,quod ſe debere debitor dicit.accuſetur.ſi patitur,cõdẽ
netur idem .ſ. dici iuſſit vel reum fieri,& accuſari eum qui petitor eſ=
ſet,vel etiam damnari.Melius autem duci iuſſit in vincula. vel in car
cerem,intelligimus duci iuſſit,damnauit,qui ciues R.erãt ſubauditur
addebantur , ſi ſinguli eſſent ſubauditur rei. Tum ſi eorum legibus da
ri oportet ſubauditur,iudicia qui Siculi. ſubauditur,erant iudices ſi ci
ues R.eſſent ſubauditur rei,ſic Terentius,hic in noxa eſt,hic ad defen
dendam cauſam adeſt.cum ille eſt.hic pręſto eſt.tradunt operas mutu
as.Verum vt totum genus complectamini iudiciorum, prius iura ſicu
lorum.Explanationem ſubiecit obſcurę rei .Domi certet apud ciues
ſuos, ſuis legibus Siculis,etenim apud Veteres, non Romano tan=
tum iure, ſed & ſuæ cuiuſque ciuitatis legibus agebatur.

ExP.Rupilii decreto.Hic eſt P. Rupilius ,qui quõdam ex publicano dictus conſul,poſtea.x.Legatorũ ſententia leges Siculis cõſcripſit Cum alternæ ciuitates reiectæ ſunt. Apparet ex hoc dicto primũ prætoris ac rei ciuitatem ad iudicandum non proponi . Poſtremo iri ad aliam quamlibet vtriuſque facta reiectione ,quod ciuis R.deeſt, vt ſit in eo quod ciuis Romanus.ex ciuium Romanorũ conuentu.ex iis ciuitatibus ad quas ciues R.conuenire ſolent, agendę ſuæ,aut publicæ rei cauſa. Ante iudicem quum commodum erat,vetuſte poſuit,pro eo quem volebat.Sic Terentius,amat.dabitur a me argentum,dum erit commodum.nam meretrici dare quando eſt commodum?ſed eſt poſitum pro eo,quamdiu libuerit.Si quid perperam iudicarit ſenatus,multi ſubdiſtingunt & ſeparati addunt ſenatus,vt quaſi per interrogationem oſtendat,ne ſenatui quidem cuiuſquam ciuitatis in poteſtate fuiſſe iudicare quod ſenſerat,niſi cum nihil intererat iſtius,niſi cum cui iuſſu ederet non habebat.Stragulę veſtis.Stragula veſtis eſt picta, ✱inſanias noue,ſed propter. Hęc eſt pars

Q.A.Pediani,cura & diligentia Pogii Florentini Viri literatiſſimi reperta ĩ cœnobio ſancti Galli prope Cõſtantiã.& ab ipſius Pogii exemplaribus trãſcripta.

AD LECTOREM.

MOroſiſſimus ſis oportet Lector,ſi noſtram induſtriam in reſtituendis his Aſconii fragmentis non probas. Exemplaria omnia, quæ vndique corrogauimus,trunca ſunt, mutila,circumciſa, interlita Præterea Ciceronis verba,quę plęrumque imperfecto ſenſu ab Aſconio citantur,ac toties inculcantur,ac ĩfulciuntur,miram Lectori parũ diligenti caliginem offundunt,vt quæ ab Aſconii ipſius enarratione vix ſecerni poſſint. Vt ne dicam interim ipſas Ciceronis Orationes, quarum hic noſter pulcherrimas enarrandas ſuſcęperat,eſſe mendoſiſſimas,& a ſemidoctis emendatoribus locis plæriſque deprauatas. Quare hæc,qualiacũque ſint,boni conſulas rogo, & hoc tibi perſuadeas,emendare vetuſtos Authores eſſe quidem doctrinę,ac Iudicii, ſed fortunæ tamen frequentius, nempe vt quis in ſynceros Codices primus fato inciderit. Vale.

GEORGII TRAPEZVNTII DE ARTIFICIO CICERONIANAE ORATIONIS, PRO.Q.LIGARIO, AD VICTORINVM FELTRENSEM, PRAEFATIO.

PETIISTI A ME SAEPIVS VICTORINE PATER, vt nõnullas orationes Cicetonis ita exponerẽ, vt qua quidque ratione dictũ ſit, quo artificio diſpoſitũ, vnde inuẽtũ facile poſſit intelligi, Ac ad eãdem rẽ ſuſcipiendã non ſolũ authoritate tua, quæ maximi ſemper fuit apud me ponderis, verũetiã precibus, ac rationibus adducere conatus. Ego vero, quamuis omnia vera eſſe concederẽ, quę abs te adferebantur, vtiliſſimam hanc rem, & pręſentibus, & poſteris futuram, gratiſſimam tibi cæteriſque amicis, mihi quoque ipſi honeſtiſſimã, recuſaui, tamen ad hunc vſque diẽ, reſtitique tibi amiciſſimo, atque de me optime merito tam arduæ rei difficultate deterritus. Nam vt dicẽdi facultas cæteris liberalibus artibus longe difficilior eſt, nulluſque eam niſi maximo, atque diuino ingenio, ſumma ac diutina induſtria conſecutus eſt, ſic quo artificio vſus ſit in orationibus diſponendis orator magis arduum eſt excogitatu mea ſententia, quam aut de natura, aut de magnitudine, aut de numeris diſputare. Quæ res inde patet, quod maximis quõdam ingenijs his ſtudijs potiſſimũ occupatis, aſſiduo declamãdi vſu adhibito, pauciſſimos e pluribus, immo pene ſingulos ſingulis ætatibus tolerãdos, quos vero oratoris nomine dignos putes, vix duos Demoſthenem, & Ciceronem legimus, quod ipſarum natura rerum ita fieri altius aperiendum eſt. Etenim in omnibus ſtudijs quęcumque ab ingenio humano, vel alieniora fluxu continuo, vel altiora æternitate ſtabilita ſunt, ea non ita facile cõſequi poſſumus, quemadmodum ſi animis noſtris congruerent, qualia ea videntur, quæ Mathematica nuncupãtur. Fluxus enĩ rerum, & inſtabilitas quãto maior eſt, tãto magis hebetia ſolet latere ingenia. Nihil porro ciuilibus negocijs, hoc eſt humanis rebus

ſmbecillius infirmiuſque eſſe,ſi quisetiã in vniuerſum cõſiderat,ne-
mo vnquã dubitabit,ſed oratori etiã accidit,vt rẽ in ſuo genere labilẽ
nihil,aut parũ cõſideret,ſed huic ſe ſemꝑ accõmodet cauſæ,quare ne
ceſſe eſt,vt quanto res ciuiles lubricæ magis,atque inſtabiles,cæteriſ-
omnibus ſunt,tãto dicẽdi cõmoditas,quã oratoriã artẽ appellamus,
difficilior cæteris,atque incertior ſit.Neque em̃,vt medicus,ex his q̃
de hoĩe dicũtur,ea ſubintelligit quibus huic hoĩ medeatur.ſic orator
a cõioribus in ſingula deductis præcęptis bene agere cauſam põt.Ve-
rũ tãta eſt cauſarũ varietas,rerũque humanarũ cõtinua quædã,atque
quotidiana mutatio,vt ſi paulo difficiliorem cauſam bene actã ani-
mo diligẽtius voluas,non artis illã præcęptionibus,ſed ꝑ illã artis p̃-
cępta,ꝑciꝑe videaris,neque id iniuria.Vt em̃ nouę quædã,& inaudi-
tæ varietate circũſtantiarũ erumpũt cauſæ,Sic opus eſt oratori,ſi be-
ne acturus eſt,nouam,atque difficilẽ cauſam,nõ ab ijs quæ viderit,
aut audierit,ſed ab ijs,quæ rerũ natura flagitat cũcta inueniat.ꝑnur-
ciet,eloquatur,diſponat,quod tamen facere nõ poterit,niſi natus ad id,
& arte acutior,& exercitatiõe velocior ſit,ad hæc excogitãda quod ſi
diuina res eſt fundare,amplificare,tutari ciuitates,populos,regna,nõ
erat profecto diuinitus ea res cuius hoc propriũ eſt vulgo ꝓponenda,
ſed ſummo labore,ſummaque induſtria,non mediocri tẽporis ſpacio
cõparãda,vt vel optimi ſolũ adipiſcerentur,vel qui adipiſci ſtudent,
induſtria ipſa dicendi meliores redderentur.Sic futurũ,vt vel ab opti
mis,vel a melioribus rerum publicarũ gubernacula tenerentur,quã-
uis etiã in hac re,vt in cęteris pene omnibus naturã ducẽ penitus ne-
gligamus,loquaceſque homines,ac audaces oratores appellamus.vn-
de accidit,vt quæcũque,vel incõmoda,vel detrimẽta imperiti dicẽdi
ſimul,& excogitandi garruli homines rebus inuexerint,ea oĩa in ora
tionis hanc artificioſam copiã inique cõgerantur,quæ res me mouit
iampridẽ nõ nihil,vt ſic de arte ipſa cõſcriberẽ,quod qui recte ſeque-
rentur,nõ lõge a maiorum deeſſent dicendi copia. Nunc vero tu ad
maiora impellis,quę,vt dixi,ego ſemper ipſius rei difficultate deterri
tus refugiebam.Nam vt multo facilius eſt de arte loqui,quam ex arte
dicere,ſic quę alij conſcripſerunt in locos certos deducere,quibus illi
nixi ſempiternas condidere orationes,diſpoſitionemque omnem ac
elocutionem oſtendere,tanto difficilius ego iudico,quam ſi ex arte di
cas,quãto paratior quiſque eſt ſua edere,quã aliena occultata præſer
tim omnique artificio abdita in medium protrahere,pręſertim cum
nobis nihil auxilio ſit.Nec enim poſſumus,vt ĩ Ariſtotelicis vulgo
fieri ſolet,e turba eorũ,qui hoc prius fecerit,quicquã colligere.quip-
pe cum nullus doctior auſus ſit,nec in Priſcis quidem,ac meliori-
bus illis

bus illis ſæculis alieni animi artificium, in re tam lubrica cogita-
tum exponere. Nec enim, vt in Phyſicis ipſa natura rerum ſtabilis,
ac firma, ad intelligentiā nos poteſt ſcriptorū deducere. Præterea niſi
totā orationē ſic teneas, vt oēs eius anfractus, quaſi præ oculis habeas,
qua ſit arte compoſita nunquā percipies. cuncta vero ſimul apprehē-
dere, vt oratori qui cauſam agit difficillimū, ſic ei qui alieni animi co
gitata cōſiderat pene impoſſibile. quibus omnibus etiā accedit, quod
hæc res ignorantiæ ipſius cauſa tegitur, & minuta hiſtoria plęrūque
indiget. quę cū nos effugiat, vt vaticinari multa cogit, ſic latiores in-
uidis aperit campos, quibus ego anſas pręberе malui, quā tibi meipm̄
cui oia debeo quicquā negare. Accipies igiť opus tuū poti⁹ quā meū.
tibi ei qui iuſſiſti ſi quid boni dicem⁹ la⁹ ois attribuēda. ſin, vt græce
dicitur, iure ipſe qui tantā rē ſemper recuſaui, neque nunc
niſi iuſſus ſuſcępi veniā a legentibus impetrabo. Sed iam ad rem ve-
niā, daboque operā abunde magis ac dilucide, quā grauiter, aut breui-
ter dicere. Nō eñ, vt me oſtentē, ſed vt proficere in hac re volentibus
aliquid tuo hortatu conferam, hæc edere conſtitui. Primum igitur ar-
gumentū orationis pro Q. Ligario paucis exponā. Deinde ſtatus ra-
tionē aperiā. poſtremo ad ſingula deſcendam, & inuentionis, diſpoſi-
tionis, elocutionis, artificium ex abditis diuini oratoris ſenſibus pro-
tractū, quātū in me ſitū eſt, tibi cæteriſque proponam.

ARGVMENTVM.

QVINTVS Ligarius cū eſſet adhuc nulla belli
Ciuilis ſuſpitio, Legatus i Aphricā ꝓfectus a Cō-
ſidio conſule inde decedente propter virtutem ſuā
prouinciæ inuitus præficitur, interim bellū exar-
ſit, quod cū in Aphrica eſſet auditū, quærebāt ali-
quē ducē bello, qui ibi erant. Cum Ligarius domū
aſpectās, atque ad ſuos properans, nullo ſe iplicari
negocio paſſus eſt. P. dehinc Actius Varrus prætor interuenit, qui cu
piditate arripuit imperiū. Itaque Ligarius, qui omne tale negociū cu
peret effugere, eius aduētu acquieuit. Interea Tubero a ſenatu in pro
uinciam miſſus, & a L. prohibitus accedere, in Theſſaliā ad Pom. re
diit. Et poſt bella ciuilia ad Cęſarē, qui tunc Rempu. tenebat. Ligariū
accuſat cōmotus, quod nōnullos de ipſo deprecari ſenſiſſet, defendit
Cicero. Genus iudiciale eſt. Status qui ſint apertius patebit. ſi quoniā
figura orationi ineſt, de ductu eius prius dicamus. nā qm̄ figuratus eſt
ductus, niſi figurā intelligamus, fruſtra ſtatū quærimur, q̄ ex figuræ

qualitate conſurgit. Ad hæc duplex ductus, vno ſtatu agi nõ poteſt. hic vero duplex ẽ, rectus, & p diſſimulationẽ ſubiectiõis. placet enim diſſimulationem, quæ propter figuramq́ ſuſcipitur. figuram appellare. Rectum appellamus ductum ſimplicem, cum id agimus. quod volumus abſque ſimulatione, per ſubiectionẽ vero ductum figuratum dicimus, ex eo quod dicitur, quod volumus ſubapparere, & tamẽ eius cauſa dicere nõ videmur, quem Tuberoni in illa oratione adhibitum nemo vnquam, qui quomodo hic agit Cicero recte intelligit, dubitabit. Nam & ſi plerũque alterius aduerſariorũ orationẽ nõ habeamus ab altera tamen, ſi non ſumus neſcij quibus rebus in vnaquaque cauſa tam accuſatio, quã defenſio peragitur, id ſubintelligere poſſumus. Verum hæc cauſa nec potuiſſet quidẽ agi, ſi quod multi putant in Aphrica fuiſſe L. tantummodo accuſator intendiſſet. quod ſi aduerſus Cęſarem addas, quãuis aliquid adferre videaris non tamen omnino vulneraſti, quoniam omnes fere Pompeianos etiam illos principes gerendi belli ſaluos Cæſar voluit, & Ligariũ ſeruare voluiſſet cuius duo fratres Cæſarem ſequebãtur, & quod maximum eſt Tuberoni cauſa nõ conſiſtit. Aequale namque fit, & æquale atrox, nimium, atque vehemens in Tuberonem. Nec vero credẽdum eſt, aut Tuberones ſic amẽtes fuiſſe, ac omnium rerum inexpertos, vt tanquam infantes ſine cauſa orarẽt. Nec ſi ibi feciſſent, Cæſar eos audire potuiſſet, cui tamẽ Tuberones perſuaſiſſe fertur, adeo, vt Ligarius defendi poſſe non videretur. Ciceronem tamen voluiſſe audire, quoniam magno temporum interuallo tantam orationem non audiuit, quare patet non recte totã cauſam egiſſe Tuberonem, ſed recto ductui figuratam ſubieciſſe. Verum quoniam, vt in quarto nobis dictum eſt, quinque ſunt ductus, rectus, ſimulatus, cõtrarius, obliquus, & p ſubiectionẽ, breuiter hic tãgendũ cẽſeo, vnde ipſos venamur. Accuſatoris igitur ductum, ex intentione cognoſces. nã ſi recte quod intẽdit, id ſolum agit ſimplex eſt. Rectus quidem ſi quod agit, ita velit, vt nihil vlterius exoptet. Simulatus ſi quicquam etiam aliud velit, quod aperire non iuuat. Contrarius oppoſitam intentionem. habet enim quod volumus, & ſi ad contrarium aliquid adfertur, quod voluntatem noſtram non denudet, ſed ei cõueniat, & intẽtionẽ infringat, obliquus appellatur. per ſubiectionẽ vero ductus tũc fit, cũ aut parũ tutũ eſt, aut turpe aperte intẽdere, quare neceſſe eſt, quoniã nulla conſiſtit cauſa, niſi quod intenditur ab accuſatore expreſſius quam figura patitur proponantur, inuenire aliquid quod tuto, ac honeſte intendi poſſit, cui quod vere intendimus ſubijciatur. At accuſatoris quidem ductus, ſic ab ipſa intentione diuidatur. Defenſoris vero a depulſione ſi rectus eſt. ſin minus

a ratione

a ratione depulſionis emergit. Verum huius rationis ductus accuſatoris ductum ſecutus eſt,quod nō ſemper neceſſe eſt. plerūque enim defenſor non eodem modo dicit quo accuſator egit. quoniam ergo Ciceronem accuſatoris ductum per diſſimulationem ſequi,eumque duplícem fuiſſe opinamur,vt quomodo agat hic Cicero facilius habeatur. accuſatoris intētiões ponamus,quas tot numero neceſſe eſt,quot ſunt quæſtiones vel ductus. Nam intentionum numerus non ſtatuum,ſed quæſtionum ac ductuum numerum ſequitur. Simulata ergo intētio Tuberonis in recto ductu,vt a defenſoris oratione poſſumus elicere hæc fuit. In Africa Cæſar aduerſus te Ligarius fuit,quę(vt diximus) & apud Cęſarem parum firma intentio,& ipſi Tuberoni cōſiſtere nō poterat,qui vel in eodem,vel in maiore fuiſſet crimine. Vera in figura per ſubiectionem hæc reppulit nos tradituros tibi Africam, ex ea prouincia Ligarius Cæſar. hac igitur cauſa freti Tuberones accuſabant apud eum,qui ſi eorum beneficio Africam habuiſſet, multo citius,atque facilius abſque vllo diſcrimine victoriā conſecutus fuiſſet Verum quoniam id agi aperte nō poterat,opus erat auditori eam rem fortaſſis iampridem tenenti ſubijcere. Hæc cum ita ſe habeant vt omnibus,qui artis rhetoricæ principia teneant,vel luce clarius ex oratione patebit, ſtatus in recto ductu,conceſſio eſt per deprecationem, vt ignoſcatur. Ad imperatorem enim dicitur cauſa, vbi deprecationem conſiſtere nullus ambigit. Recriminatione quoque vtitur. leuiter quídem ad id quod eſt,in Africa fuit, Acerrime ad id quod eſt,aduerſus. Quare recte intentioni hæc duo cōceſſionem,per deprecationē,& míſericordiā Cęſaris,& recriminationē oppōit. In figura hāc fuiſſe accuſatoris intentionē diximus. reppulit nos tradituros tibi Africam ex ea prouincia Ligarius Cæſar quam coniectura oppugnat, nō ad id quod eſt reppulit,ſed ad id quod eſt tradituros. vt enim ad vnicam intentionem accuſatoris vna,pluresue poſſunt adferri depulſiones,quibus ſtatus origine principales oriūtur,vt in primo Rhetoricorum,& quarto cum de diſpoſitione ageremus docuimus. ſic vt hac oratione percipí poteſt. duas pluresue depulſiones,non toti,ſed diuerſis intentionis partibus opponere poſſumus,quod tunc poſſe accidere videtur,cum intētio diuerſa continet, vt hic repuliſſe,ac tradere. Nunc quid horum principalius ſit aperiemus, ſi prius dupliciter principalem dici ſtatum monuerimus. Principalis igitur ſtatus, vt cum de diſpoſitione loqueremur explanatum eſt,aut origine, aut viribus dicitur. origine principalis eſt quí ſtatim e prima depulſione naſcitur. Status cauſæ principalis. Viribus principalis eſt,quo tota,vel ex maiore parte agitur cauſa. hoc mō. occidiſti Cæſarē Brute. occidi,ſed iure, iuridicialis eſt origine prī-

 cipalis. Tyrannus

cipalis, Tyrānus enim fuit, non fuit, cōiecturalis viribus actionis principalis. In hac igitur cauſa deprecatio, tam origine quam viribus principalior eſt. Nam cōiectura, & ſi natura ſui non conceſſionem ſolum verum omnes ſtatus excępta tranſlatione præcedat, tamen quicquid ex figura naſcitur recto infirmius eſt, cum niſi figura ſolum non ſit recto ſubſtentetur. poſt depręcationem recriminatio ſecunda eſt, nā cōiectura quoniam e figura erūpit, poſtrema ſit neceſſe eſt. Colligamus igitur hęc tria ordine quo fortaſſis tūc cōſiderata fuerūt. quatuor ſunt vt in primo diximus, intentio, depulſio, ratio, firmamentum, quibus & ſtatus, & diſpoſitio ſtatuum, & iudicatio tam principalis, quam ſecūdaria inueniri ſolet, quæ niſi pro ea facultate excogitauerimus, quę nobis oratione defenſoris adfertur, radicibus ac truncis, qui totā cauſam ſubſtinent, non perceptis ramos tanquam inſani quæremus. fuit in Africa Ligarius Cæſar, aduerſus te. fuit. petit veniā, conceſſio per deprecationē. Ratio huius depulſionis. dignus es cui Cæſar ignoſcas is qui cū fratribus fuiſſet ſi ei licuiſſet ex Africa diſcedere, præſertim cum his viris truculentis ignoueris, qui te multo magis inſecuti ſunt. Hæc ratio & deprecationem continet fratres eius tecum fuerint & recriminationem adfert, & purgationem de animo Ligarij per coniecturam. Accuſationis firmamentum. Indignus qui nos repulit traditu ros tibi Africam, quod quoniam Tuberonibus turpe erat, per ſubiectionem agebatur, tradituros negat capitales hoſtes Cæſaris, ita recriminatio locum habet, & de animo coniectura, & figura erumpit, erāt ne tradituri. In quibus omnibus illa principalis iudicatio eſt, quę ex principaliori ſtatu emergit, cum tibi tradituri Africam non fuerint Tuberones, qui te multo magis quam Ligarius inſecuti ſunt. Sit ne dignus venia Ligarius qui eos ex Africa repulit, & aduerſus te ibi fuerit cum ſi inde effugere potuiſſet vna cū fratribus te ſecutus fuiſſet. hæc iudicatio in hac oratione eſt, quæ cum perplexa multis ſit per omnes partes ſuas diligenter agitur. in peroratione principalius ſolum cōcluditur, vt ligario ignoſcatur. Illud apprime tenendum cenſeo, ſingulorum ſtatuum iudicationes vtriuſque aduerſariorum conſideratione, tam in ſimplicibus, quam in coniunctis cauſis eaſdem ſemper eſſe, cōpoſitas vero diuerſas, quę ſit vnius ſtatus iudicatio planū eſt, & expoſitione non eget, ea ſimplex appellatur. cōpoſita vero eſt quæ ex multorum ſtatuum iudicationibus componitur. hęc in prīcipali ſtatu ſundatur, & alia iudicatione integra ex vna parte impellit auditorem, vt contra quam putauerat confiteri defenſorem, & multū mira confidere credat. Tria igitur (vt diximus) eſſe genera honeſtium. turpe, admirabile, primū deprecationi. vltimū quod hic ab honeſto nō ſeparamus, recriminationi.

ramus, recriminationi. Turpe ac admirabile ſimul coniecturę cõue=
niũt. Nam admirabile tam hoc quod inauditum ſit ac nouũ id accu=
ſare quod ſecutus ſis tam hoc quod latebat reſpicere poteſt. quare vt
cõiecturam reſpicit exordium inſinuatio eſt, vt deprecationem, & re
criminationem principium. Nouum crimen. C. Cæſar, & ante hunc
diem inauditum inſinuatur ſi ad coniecturam referas. Confiteri enĩ
videtur auditori quod negat. ſin ad reliqua principium eſt. Beneuolẽ
tia e perſona confitentis trahitur. Confeſſio in Africa fuiſſe Ligariũ
qm̃ in particula intẽtionis fit additur. Idque C. Panſa fretus fortaſſe
familiaritate q̃ eſt ei tecũ auſus eſt cõfiteri. Fretus ait familiaritate, &
auſus ẽ, vt oſtẽdat rẽ paruã nõ eſſe. ſed eius naturę ſicq̃ occultã vt nec
audere confiteri, nec fortaſſis intelligere poſſit. niſi qui ſit pręſtanti, vt
Panſa ingenio, & familiaris iudici, fortaſſe Fretus adiunxit, ne quare
totam rem cõfirmaret Panſa ſcire videretur. ita, & Panſa commenda
tur, & fides ei occultius detrahitur, quem ei a manus eius incommo=
dis ita mouemur, vt & parua magna, & quę incommoda non ſunt pe=
riculoſa plęrumque exiſtimemus. Ad hæc teſti iure non debet fides
attribui qui ei amicus ſit in quem iniuria collata eſt, aliter accuſatoris
propinqui in reum admitterentur. ita id ſe inſinuat, vt & fidem de=
trahat quod ad coniecturam perutile eſt, & familiarem Cæſaris com
mendet, nec quæ ſequuntur quibus quod latebat confitentur illi dat,
tum quoniam breuiſſime tangitur, & nõ vere dicebatur. tum quoniã
ita dicitur, vt prudens auditor id potius ſubintelligere, quam orator di
cere videatur. itaque quo me vertam neſcio. paratus enim veneram.
mirabilis eſt hęc quo ſe vertat dubitatio, & confeſſionem ſimpliciter
atque integre fieri ſuggerit, & premeditationis ſuſpitionẽ tollit, qua=
re neſcio ſi quid melius id difficilibus pręſertim cauſis ĩueniri poteſt.
nec enim non premeditati bene ac copioſe agimus, niſi cauſa præclare
iuuemur, quod vt efficacius ſit infert. Paratus enim veneram ignora=
tione tua ad hominis miſeri ſalutem abuti quod ad illud potiſſimum
criminationis fertur. placet enim mihi vel ad cauſam vniuerſam, vel
ad principales partes ſuas, earumque nõnunquam particulas ſingulas
quæ in exordio ſunt ſemper accommodare, niſi cumque obſtant dilui
mus, & ad recriminationem inquam, & illud fertur. Si honeſto, & mi
ſericordi mendacio ciui calamitoſo prodeſſe, vellemus, tamen homi=
nis non eſſet in tanto diſcrimine, & periculo ciuis refellere. Et a facto
ſuo igitur auditorẽ conciliat quo miſeris ſuccurrat ciuibus, & occul
tius ab aduerſarij facto quod cõtra calamitoſos inſequitur. Confiten=
dum eſt, vt opinor crebro ad confeſſionem redit, neque tam cito ab
ea receſſit, vt iure poſſit inferre, omiſſaque controuerſia omnis oratio

 ad miſericordiam

ad miſericordiam tuam conferenda eſt,quæ res eos cæcos eſſe demonſtrat,qui Ironiam eam confeſſionem putant,queąd iudicis refugit miſericordiā.Q uāplurimi ſunt ſeruati. a facto ipſius Cęſaris acquiritur beneuolentia,cum a te non liberationem culpę,ſed errati veniam impetraſſent. Confiteris ergo Cicero culpam?at ea non parua erat quippe,quæ Cæſarem impulit.quid dicis errati ne veniam petis? an derides.errati veniam inquit,intelligo hanc ipſam culpam,ergo nouum & inauditum crimen in ipſo ingreſſu dicebas, vt cum integre te cōfiteri, atq; ſimpliciter Cęſar diceret, placaretur magis,& attētior cætera audiret,& quod figuratum erat accuſatori cum abs te negaretur.eum non turbet,qui confeſſionem non verbis tuis accęptam, ſed indea ſe elicitam,integram,expreſſamque credidit,quam tu non expreſſiſti.Habes igitur Tubero quod eſt accuſatori maxime optandū confitentem reum,ſed tamen hoc ita confitentem,ſe in ea parte fuiſſe,qua te,qua virum omni laude dignum patrem tuum confitetur, & recriminatur. tūc vero ab accuſatore eiuſdem criminis reo beneuolētiam contrahit,magno enim odio in eum incitamur,qui quod ipſe fecerit id in alijs reprehendit.patrem quoque addit,vt maioris eum arguat criminis, omni laude dignum inquit,ne quoniam recriminatur Pom.ſecutos contumelia videatur afficere.Id vero,& Ligario opitulatur,& Pompeianorum excuſationi conuenit quā ibi tangit.

At mihi quidem ſi proprium,& verum nomen mali noſtri queritur, fatalis quædam calamitas incidiſſe videtur,ea parte inquit Pompeianorum ſcilicet. vt illico ab exordio ſubijciat Cæſari non fuiſſe illos tradituros ſibi Africam,qui poſtea ipſum totis viribus inſecuti ſunt. opus enim erat prius ſic confiteri, vt auditor hac cauſa fieret attentior. Quod totam rem etiam quam ipſe ſubijcientibus aduerſarijs eliciebat,quāuis clare concedi non videret, crederet tamē cum ad id crebro ipſius defenſoris verba pene deuenirēt,deide ſic mitigato animo eius,& erecto ad expectationem reliquorum propter cōfeſſionis vim,quam non integre dici ſentiebat,& tamen integram poterat ſuſpicari.accuſatoris factum ſubijcere, vt Cæſar etiam poſtquā repulſi ex Africa fuerint a Ligario inimiciſſimos ſibi fuiſſe Tuberones meminerit,& ſic parum fidei, vel figuris eorum, vel pollicitatiōibus,ſi quæ inter eos latebāt attribuat. Diu ine igitur perſuaſum animum cito medium efficit,& rerum ac perſonarum ſuſpitionibus implicuit,vt non attentior ſolum eſſet,ſed auderet audire, vt quid de ea re ſētiēdū eſſet rectius poſſet dijudicare. Hæc pars exordij illic redditur.Q uid enim Tubero tuus ille diſtrictus i acie Pharſalica gladius agebat?hæc de diſpoſitione inuentioneque huius principij ſufficiant,

in quo

in quo,vt diximus etiam inſinuationis occultius latēt vires,quod breuiſſimum,a breuiſſima oratione tractum eſt.Nunc de elocutione dicamus,quam & ſi ſeorſum ponere potuiſſemus,tamen vt ipſa quoque varietate oblectemus,per ſingulas partes coniunctim de ea tractare voluimus.

¶DE ELOCVTIONE EXORDII.

ELOCVTIO maior ꝑs rhetoricæ ē,quā hi putāt,qui omnes eius vires in exornatiōibus locant,cuius vim præter Homerum,& Ver. in carmine,Demoſthenem,& Ciceronem in ſoluta oratione nemo dicendo expreſſiſſe mihi videtur.Lōge namque omnes adeo abſūt,vt iſtos viros,cæteros pueros,aut hos oratores cæteros aliud ꝙduis merito exiſtimes,quare nūc ſentio,imo iāpridē ſciebā,ac ideo recuſabā quantū onus mihi Victorine impoſueris,qui ſummi oratoris mirabilem vim exponere me impuleris Cæterū,quoniam ſemel recępi rem pro viribus proſequar.Elocutionis genus cum forenſe ſit iudiciale eſt,& quoniam defendit Cicero defenſoriū eſt,quamuis vbi recriminatur accuſatoriū ſit.Duplex ergo dicendi genus eſt,accuſatorium,& defenſorium,alterum ab altero ſeparatum.in diuerſis enim orationis particulis non cōiunctim accuſat,& defendit,ideſt defenſorio,& accuſatorio genere vtitur,quibus de formis dicendi quoniam quæ in genere dici poſſunt,in quinto Rhetoricorum dicta ſunt,nunc ne longiores ſimus,prętermittantur.Illud plane ſciēdum opuſculum hoc,nec abſque Rhetoricis noſtris ītelligi recte poſſe,& nihil fere hic pręcipi quod ibi explicatū nō ſit,quod accidit,quia in Rhetoricis rem ipſam in ſuo genere,hic non quæ in genere fieri debent,ſed quę in hac cauſa facta ſunt cōſiderauimus.Deprecationis,cōfeſſioniſque genus purum,ac ſimplicius adhibet.in recriminatione acer eſt,& vehemens,aſper quoque adeo,vt nullibi fere acrior vehementiorq; eſſe videatur.coniecturā quoque accuſatorio genere agit,ea enim huius coniecturæ natura eſt,vt qui neget,is accuſet,quod ei quoque cauſę accidit,quam pro Archia dixit.

DE GENERE EXORDII.

His de tota oratione

criminationem acri ſchemate vtitur, habes igitur tu. Vnde vides, & inuētionem e viſceribus cauſæ tractā eſſe, & genus exordij a toto orationis genere non abhorrere. Sed de exordio ſatis, nec eñ omnia dicere poſſumus, & quæ dicta ſunt ſufficere arbitramur. Illud mirum eſt quod multis, ac difficilibus cauſis accommodatum exordium, & vi rerum maxime varium, tam orationis compoſitiōe, quam rebus ipſis ſic ſimpliciſſimum reddit, vt multi, & docti viri, quod profunditatem eius inſpicere nequiuerint, in aduerſariū ab ipſo illudi putauerit.

DE ELOCVTIONE NARRATIONIS.

NARRATIONIS VERO ELOcutio purum ſermonem mirifice retinet. Res communes. oratio ſimplex, atque ſummiſſa eſt, adeo, vt ordinatio, & Partitio quæ elegantiæ maxime ſunt, & cum his redditio, nō ad effugiendam confeſſionem, ſed ad demittendam orationem, adhibeantur membra breuiſſima, immo comata, quæ latinæ ceſa poſſunt diti, pene omnia recte cuncta efferuntur. Circumductio, vel nulla, vel minima, & quæ eſt rectitudine ſubiecta breuitate etiam frangitur, verba vſitatiſſima, numero ſolū ſermonis, & dignitatis ita vtitur, vt hac re narratio his duobus generibus conſtare videatur, quamuis repetitionibus quoque vtatur, quod ſchema illuſtrem reddit orationem, ſicut & rectitudine breuiter circunducentia ſubijcere, quod ita factum arbitramur, ne nimia tenuitate in cōtēnēdū, atque ignauum genus ſermo excideret, vtque dignitate, atque ſplendore aliquo elegantis orationis pars non vſitatiſſimus ſermo extimari poſſit, his rationibus ſibi dilucida facta narratio eſt. pręſertim cum ſit, & breuiſſima, quam vt & veriſimilem eſſe videas per partes exequamur. Memoria tamen tenendum arbitror quod in primo Rhetoricorum explanauimus, veriſimilem narrationem a circunſtantijs fieri. Quintus igitur Ligarius recte incepit, & rectitudini ſub continuationem breuem adiunxit, quod ſplēdoris eſt: Cum eſſet adhuc nulla, breuis rurſum eſt, ne rectitudinis vim frangat, & grandis oratio fiat a circūductione, quæ res a ſimplici narratione alieniſſima eſt. a temporę autem ad nullam vim profectum oſtendit Ligarium, qui ante bella ciuilia Africam petierit, quod veriſimilem facit

lem facit narrationem. Et ciuibus & ſocijs ita ſe probauit, vt decedens. Partitio hic, & redditio nõ circũducũt ſingula, nec elegãtiæ cauſa adhibentur. nec enim a ſermone recedunt, quoniam breuiſſimæ ſunt, ac fere per ſingula verba cęduntur velocitatem potius faciunt, quæ huic parti cõgruit, vt velocius exprimat, quare coactus ẽ remanere ĩ Aphrica Ligarius, quod a probitate ipſius trahitur, ita & res agitur, & Ligarius cõmendatur, mirifice tamen breuitate ſchematum grandem orationem effugit, & crebritate plene imaginem conſequitur. ad partitionem enim duplex redditio apponitur, que res pleniſſimã faceret orationem, ſi longius ſchemata protenderentur, ita velocitatis ſpecie, ac plenitudinis imagine, hæc ſe extollit oratio. Cui ſi p̃fuit, Redditioni coniuncta partitio. Commẽdatur rurſus a factis Ligarius. plurimum enim ad deprecationem facit virtus eius, pro quo deprecamur. maxime ſi quid dicitur inuitus feciſſe. bellũ ſubito exarſit. ſeparatio eſt proprium ſplendoris ſchema, quod tamen nõ nimis extollit, partim quoniam vnicum. tunc namque ſeparationis fulgor apparet, quãdo quod ſequitur, ſimiliter ſeparatur. partim quoniam cõmate abſolutũ eſt. Subito addit, vt nulla ratione futurum bellum Ligarius videretur potuiſſe ſuſpicari. exarſit. Tralatio eſt commodiſſima, quæ cum ſubitã ex igne flammam erupiſſe ante oculos ponat, ardoris etiã ac magnitudinis plena eſt, & propter rem e qua verbum trahitur, & propter aſperam nimium ſyllabarum locationem Huius cęſi numerus etiã aſperitatis eſt, conſtat enim Spõdeo, Bacchio, & Palimbacchio, quod qui erant in Aphrica an ab eo, quod ante audiſſent geri bellum, quam parari veriſimile fit, quod ſubito exarſerit. Quo audito partim oſtendit Ligarium in maximo motu omnium nullo ſe implicari negocio paſſum, id veriſimile facit adfectu ipſius, quoniam domum ſpectabat, & ad ſuos redire cupiebat. hic illud non omittam veriſimilem narrationem fieri rationibus, quæ a circũſtantijs fluunt Rationes tamen ita exponi, vt rationes eſſe non videantur, ita enim tangũtur, vt & vis ſua veriſimiliora faciat, quæ dicimus, & orator nõ argumẽtatur, quod a narrationis, tum genere, tum breuitate alienum eſt, nec enim, aut ꝓpter breuitatem committendum, vt parum veriſimilis videaris, aut propter veriſimilitudinem infirmationis genus incidendum, quod tamen in cauſa difficile adhibetur, & in diuina pro Milone oratione, & hic in ipſa orationis concluſione videmus. partim cupiditate ingn. Partitio, hic & ordinatio ad augẽdum poſitæ ſunt, vt ex hoc ipſo appareat, quãtum Ligarij fuerit deſiderium domum redire, qui nec dux quidem fieri paſſus ſit. Interim P. Varrus hunc arripuiſſe dicit imperium, vt iſtius cupiditate Ligarij animus melius diſcernatur. arripuit dixit vt

dixit,vt expreſſius verbo cupiditatē oſtēdat.Breuiſſima hic ſunt cōmata,& ſeparata,quæ res breuitatis eſt.quāuis primū velocitatis,alterū illuſtri orationi conueniat.Si tamen illud imperium,correctio cū veritatis ſit ad veriſimilitudinē pertinet.Nullo publico conſilio,ex nunc cupiditatē Varri auget,vt ex hac contentione probitas Ligarij magis emineat.Adhuc.C.Cæſar,hæc eſt illa quā in Rhetoricis commonitionē appellauimus,breuis quædā eorū,quę dicta ſunt repetitio ad longam orationē accōmodatiſſima,quā hic nō ea de cauſa,ſed attētionis criminū adhibuit,quāuis & ad ſeiūctionē pertineat.In tria em̄ tēpora totā rē Ligarij diuidit,quorū tertiū in cōfirmatiōe proſequitur.Cōmonitionē in duo tp̄a ꝓfectiōis,& remanſionis diſtribuit.hic ei ordo rerū eſt quē & narrādo ſeruauit,ita tamē quę narrauit repetit vt dicēdi genus immutet.Cōfirmare em̄ videtur cū adhuc in cōfirmatiōe nō ſit ea quā in ſex partibus oratiōis cōnumerant.placet ergo nobis breuē quādā oratiōis hāc appellare repetitionē,quāuis & diuiſionis vires poſſideat,nō illius qua quibus de rebus dicturi ſumus oſtēdimus,quā diſtributionē appellamus.ſed illius qua quid in cōtrouerſia remaneat aꝑimus,q̄ ſeiunctio nobis appellata eſt,cū em̄ profectio volūtatē habuerit nō turpē,remāſio neceſſitatē honeſtā,cōcludit ex hoc duo hęc tēpora carere crimine quare relinquitur tertium criminoſum videri.in quo quidē cōtrouerſia cōſiſtit,quā nō exprimit,ſed auditorē hac diuiſiōe tēporū admonuit,vt ex ſe conſideret,qđ facit,qm̄ difficile erat eā dicere,quā multiplex erat ac varia, & figuris plena, vt latius iam expoſuimus.Nā ſi ſeiūctiōis eſt ſecūdū narrationē aperire quod cōueniat,idque ex his ipſis quæ narrata ſunt cōprobare, vt quod relinquitur in controuerſia ꝑſpiciatur.hic locus,cū duo prima tempora nec accuſatores quidem recriminari poſſent, in quo conueniant cum defenſore oſtendit.itaque relinquitur tertium tempus controuerſiam continere,quam tamē,vt diximus, exprimere clarius orator non poterat.Tertium eſt tempus,hinc incipit infirmatio in qua tertium tempus,quod criminoſum fuiſſe e ſeiunctione apparuit,proponitur.Sane ſciendum oratores nōnunquam ita omnia coniungere, vt vnum idemque,& ijs quæ dicta ſunt,& ijs quæ dicentur,queat accommodari,quod ad celandam artem continuandamque orationem & præparationem diſſimulandam plurimum valet.huic dicendi generi tranſitio eſt oppoſita,quę cum de quibus dictum ſit commoneat, & de quibus dicendum oſtendat attentiores magis quam dociles facit auditores, & artem aperit. Quare in præcipiendo ſæpius adhibenda, in dicendo,vt facili cauſa nonnunquam, ita in difficili

 fere nunquā

fere nũquã,quod ſi eſt criminoſũ attenuat Neceſſitatis crimẽ eſt,nõ purgat ergo ex neceſſitate per cõceſſionẽ,nõ tamen crimen.nã cũ vel in Aphrica fuiſſe aduerſus Cęſarẽ,vel inde Tuberones expuliſſe tra dituros Cæſati prouinciã,vel vtrũque ſimul crimẽ eſſet,quid ad hoc crimẽ,ſiue ſpõte,ſiue inuitus,quod hic cõfirmat remãſerit in Aphri ca Ligarius ꝑfecto nec em̃ ſi neceſſitate remanſit,idcirco neceſſitate aduerſus Cæſarẽ quoque vel ad repellẽdos Tuberones videbatur im pelli.non ergo purgat crimẽ nec fruſtra dicitur,ſed inde quod agit ne ceſſitate crimẽ purgare videtur,& Cæſari mirabili artificio purgatio nis ſpẽm ſubijcit.Ligariũ ſi potuiſſet ex Aphrica effugere cũ fratri bus Cæſarẽ ſecuturũ fuiſſe,quod ita dicit,vt apertius pene mihi quã figura patitur,expreſſum eſſe videatur.Nemo ergo cõtẽtionis nõ cu pidus ſi vim verborũ cõſiderat negabit per figurã,& quidem apertã ſubijci a Cicerone Cæſarianũ volũtate fuiſſe Lig.Pom.viſum qm̃ tẽ poribus,ideſt neceſſitati paruiſſet.Hec dicẽdi vis Demoſthenica eſt, Hos enim duos viros ego ſolũ inuenio conari totis virib⁹ ſummã cau ſæ in oppoſitũ retorquere,ac ſi quid aduerſarijs cõſiſtit,id incõſiſtens facere,quod ſibi ipſis nõ conſiſtit,cõſiſtens vi orationis reddere,quod totũ,aut apertius aggrediũtur ſi cauſa patitur,aut ſi clarũ fieri non po teſt,auditori per figuras ſubijciunt.Id hic factũ per ſeipſum vnuſquiſ que intelliget,ſi ſingula oratoris verba diligenter examinet.illud no tandũ ,nõ eſſe hũc locũ deprecationis,quem volũtatem in Rhetori cis nominamus,ſed cõceſſionis modũ ex neceſſitate cõiecturali loco firmatũ.nam in deprecatione conſulto factum non negamus,verum nõ odio,ſed recto quodã officio cõmotos dicimus.hic cõſulto eũ re manſiſſe pręclare negat,quod cõceſſiõis eſt.An ille ſi potuiſſet illinc effugere.coniecturali loco neceſſitate nõ voluntate remãſiſſe eũ oſtẽ dit.nam cum neceſſitatem abfuiſſe,non voluntatem propoſitum du pliciter ſit,idque in cõiectura duplici verſari videatur,cõiecturali lo co ad vtrãque partem accommodato abſoluitur,& adfectus ex contẽ tione maior erumpit.Vticæ inquit quã Romæ,cũ alienis,quã cum ſuis,quod ait Romæ,& cum ſuis ideſt quod voluiſſet,quod quoniam conſecutus nõ eſt,relinquitur,Vticæ ac cum alienis neceſſitate fuiſſe. Nullus tamen credat coniecturalem ſtatũ hic eſſe nos arbitrari,ſed cõiecturale quid ,ſiue coniecturę locũ,nam ſtatum incidere tũc puta mus,cũ huiuſcemodi eſt quod ꝑponitur,vt vires non paruas habeat, & locis pluribus tractetur.ſi vero vnico loco expeditur,nec origi nem cauſæ reſpicit, Locum id dicimus,eumque eius ſtatus nomine nuncupamus in quo verſari videtur , & eius eſſe ſtatus locum non dubitamus,ex quo quod probatur emanat,nec id ſine cauſa.nam & ſi

vnicuique ſtatuũ

vnicuique ſtatuum ſuos locos attribuimus, coincidere tamē tam ſtatus, quā ſtatuum locos tantoque magis, quātomagis conueniunt in ſecundo nobis rhetoricorum dictū eſt, quare is locus coniecturalis eſt, & locus cōceſſionis, nam ſi vniuerſa coniectura cōceſſioni plerūque accōmodatur, cū ab aduerſarijs id quod purgatur negatur. fitque tūc coniectura, quaſi conceſſionis locus, cur & coniecturalis locus conceſſionis locus non erit? Sed hæc in Rhetoricis latius dicta ſunt, & per totum fere librū ſparſa, vbi præceptum eſt, vt ſi quod indicit breuius q d ſit ac vnico loco tractetur. locus appelletur, ſi maiores vires adferat multoſque locos amplectatur, niſi a principijs erūpat cauſæ ſtatus incidens quo tāquā locus principalis firmatur. Eſt igitur is locus ab affectione, quæ res vna eſt ex ijs q̄ perſonis attribuūtur. Quibus voluntatem. Coniecturæ locus quem adfectum, vt augeat expoliendo ter repetit. idem enim fere ſenſus omniū eſt, & cum expolitio pulchræ venuſtæque orationis ſit non huius gratia, ſed vt in moratione magis moueat hic adhibita eſt. quod tunc maxime facit cū alijs exornationibus cōiungitur, nam nec ipſa venuſtatē amittit, & quod ei annexum eſt in moratione quā ab ipſa ſuſcipit magis mouet. eſt aūt hic repetitioni cōiuncta, & ea duplici veloci, & acri, quæ tamē nō ita eminet, quia nō a primo mēbro expolitionis incipit, ſed duo poſtrema occupauit. Duplicitas quoque ſua ſuppreſſa eſt, partim quoniā nō ſyllabis cōſtat, partim quoniā interualla minima comatū ꝓpter velocitatē fieri neceſſe eſt. verū cū repetitio cæteras omnes exornationes, vt vi etiam gratia ſuperet, omnibuſque pene dicendi generibus conueniat, quod facit, vt ea crebrius oratores vtantur. non grauabor plura hic de ea dicere, latiuſque quā propoſitū fortaſſis poſtulat euagari. Repetitionem in ſimplicem, & duplicem partimur. ſimplex per ſingula mēbra, vel cōmata verbum in initio repetit, duplex tertiū primo reddit, quartum ſecundo, & cum pura eſt ideſt alijs exornationibus, vel ſchematis nō permixta grauiſſima ſimul, & iucundiſſima eſt. dignitatis, & pulchritudinis plena ſi lōgioribus mēbris cōponitur, nā ſi ſimplex & lōgiorē ambitū, & multorū mēbrorū ac cōmatū in eodē repetitiōis membro cumulū illuſtriſſima ſimul, atque pulcherrima ē. quod illa Ciceronis pro preficiēdo Pom. quā oēs pene vſurpare conātur àptiſſime oſtēdit. Teſtis ē Italia &c. Si ergo ſimplex huiuſmodi ē, duplex oēm hāc gratiā, & dignitatē multo maiorem poſſidebit, quod ſi membra repetitionis ſimpliciter ideſt nō mēbris multis efferuntur, ſi longiora ſunt illuſtrāt orationē, vt illa Pogij in epiſtola ad Carolū Trimembris. Illi ignarum rerum omnium genuerunt. hic reddidit ſua opera doctiorē. illi tm̄, vt eſſem fecerūt. hic vt eſſem cū honore, & di-

gnitate illi alimēta corporis ꝑbuerūr. hic aīum moribus formauit, & recte viuēdi iſtitutis. Ceſis cōpoſita omnis repetitio velocitatē facit, & gratiā nō amittit. quod illa Bimēbris clariſſimi viri. L. Iuſtiniani de laudibus Caroli cōfirmat; Qui nō diſcere, ſed reminiſci. nō apphē dere, ſed tenuiſſe prius oīa viſus eſt. at ſi dubitatiōis vel interrogatiōis ſpiritus ei adiungitur acris fit, quod ſi ad hæc cōtinuatio quędā adijci tur acrior qualis iſta eſt, An ille ſi potuiſſet illic vllo modo euadere, Vticę potius quā Romæ, cū P. Actio quā cū cōcordiſſimis fratris, cū alienis eſſe, quā cū ſuis maluiſſet. Cōtinuationē hic nominamus, cū oīa mēbra vnico verbo cōcludūtur. dubitatiōis ergo ſpiritus cū cōti nuatiōe duplici repetitioni infuſus mirabilē hic fecit acrimoniā, quę etiā velocitate, quā breuiſſima comata faciunt, adaucta eſt. Velox eī oratio nōnullā acrimonię, aſperitatis, ac vehemētiæ ſpeciē ꝑbet. verū qm in Rhetoricis diximꝰ, ſi quid ſplēdoris acrimonię imiſcetur vehe mētiā fieri, non errabis ſi affectu Ligarij vehemēter expreſſo, hic au ditorē agitari dixeris. clauſulę nāque oēs ſplēdoris ſunt ꝑter penulti mā, quā meo iudicio illuſtrē nō poſuit. qm ſplendor eximius acrem orationē, qua hic ꝑcipue opus erat, nō parū infringit. in penultimo ve ro loco collocauit nō caſu, ſed quoniā in cōtinuatis ſchematis, quæ in fine vel prope finē ſunt totā ad ſe arripere orationē vidētur. in fine nō poſuit, quoniā vt acrior oratio eſt, quę aſcendit, ſic deiectior quę deſcē dit, quod ſola trāſpoſitione vnius verbi perſpicitur, nec illud ꝑtermit tā, quod cōcordiſſimis ait, vt ſplendor clauſularū inſit nō extet. vtque verbo aſperitatis vehemētiā iuuet. Eſt eī vehemētia ſplēdore, aſpe ritate, acrimonia cōpoſita orationis forma, ſed cū nunquā orator inuē tionem elocutioni ſubijcere debeat. inſani eī oīo eſt hominis ꝑpter elocutionē, aut pluribus paucioribuſue vti verbis, aut alienis quā res poſtulet. quātū re faciat qſ nō viderit. nā ſi cū cōcordiſſimis erat fratri bus Ligarius, hic aūt ſemꝑ Cęſarē ſecutus fuiſſet ſi ex Aphrica euade re potuiſſet, tantā vim vnicū habet, vt vides, verbū, ſed ad repetitionē redeamus. Repetitio tā ſimplex quā duplex ſi ſolū repetitio eſt, lōgio ribus ac ſingulis, & abſolutis mēbris pulchrā ac venuſtā facit oratio nē, breuioribus, ac comatis iucundam magis non abſque velocitate. quod ſi ſingula eius membra pluribus conſtant. ſi quidem longiori bus ac abſolutis grauem grandemque multo magis. ſin autē comatis velocitatem non abſque ſuauitate. ſi tota pendet hęc oīa maiora reddit ſi interrogatiōis, vel dubitationis ſpiritus additur. ad acrimoniā rapit, maiorem ſi conuerſio quoque ineſt, quæ tamen mobilior ac velocior eſt, ſi comatis componitur, illuſtrior ſi membris. quod ſi omnia con currāt, duplicitas, comata plura in imo cōuerſio, excitatio ſpiritus cu

ius vi

ſius vi etiã continuari videtur. Duplicitas iam iã nihil hoc ita cõpo-
ſito ſchemate velocius, acrius, excitatius inueniri poterit, cui etiã pul-
chritudo fuerit, & venuſtas maxima propter duplicitatem quæ ſimul
ſuauiſſima eſt, maxime ſi Trimembrem excedat. qualis fere illa eſt
Cicerõis. Maiores noſtri ſępe Mercatoribus atque Nauiculatoribus
iniurioſius tractatis bella geſſerunt. vos ciuium Ro. tot millium vno
nuncio atque vno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debe-
tis? Legati erant, quod appellati ſuperbius, Corinthum patres noſtri
totius Græciæ lumen extinctam eſſe voluerunt. vos eum regem in-
ultum eſſe patiemini, qui legatum populi Romani conſularem virũ
vinculis ac verberibus omnique ſupplicio cruciatum necauit. Illi li-
bertatem ciuium Ro. imminutam non tulerunt. vos vitam ereptam
negligetis? ius legatiõis verbo violatum illi perſecuti ſunt. vos lega-
tum omni ſupplicio adfectum relinquetis? auxit tamen longioribus
membris hic ſplendorem, & pulchritudinem Cicero, quæ finiens cor
ripuit, vt ad maiorem vim præcipitaret oratio, & duplicationis ſuaui
tas acrimoniæ obeſſet, vim eius retinuit, iucũditatem mutatione de-
preſſit. hæc diximus, vt ex his paucis plura qui legunt inueniant. hęc
cæteris etiã exornationibus accommodãda ſunt, nam omnia ſchema-
ta cum connectuntur ita commutantur, vt nec ſuam penitus vim, aut
gratiam retineant, nec in alienam omnino tranſeant, ſed compoſitum
quid conficiant, ad quod, & membrorũ quãtitas, & verborũ vis, & nu-
meri ſonoritas conſideranda eſt, vt quod ex his omnibus reſultat dicẽ
di genus ca pe poſſis. Quę orationis cõpoſitio tribus modis fit. Primo
mẽbris, ſchematis, numero. Nã hic vt in nũero locationẽ ad clauſulã
ſic verba in mẽbris includimus, q bus oĩbus forma dicẽdi ſimplex cõ
ſtituit. Itẽ cũ ex ĩtegris dicẽdi formis vna redditur forma. Tertio cũ
huius generis mẽbra, illius ſchema, alterius numerus, & minutim hic
clauſula, illinc locatio, inde verba ad vnã cõponẽdã formã cõcurrũt,
quã ab ijs quæ magis extãt appellare ſolem9. Horũ triũ nõ minore cu
ra (vt arbitror) quã oporteat primũ in rhetoricis expoſuimus. De reli
quis nihil aut diximus, qm̃ ad grauitatẽ eã ptinerẽt de qua in alio tpe
ſi dabitur ociũ dicere maluimus, ſed ad Ciceronẽ redeamus. Cũ ipſa
legatio, cõfirmatio rõnis eſt a cõtrario dupliciter a legatiõe ac dignita
te ad priuatum habitum a pace ad bellum, quam quidẽ rationẽ potuit
ita exprimere, cũ ipſa legatio quã geſſit ĩ pace plena deſiderij fuiſſet,
æquo animo priuatus eſſe potuit belli diſſidio diſtractus a fratribus,
ſed maiorem locus acrimoniam, quã explanationem poſtulabat, & cũ
explanationi acuties opponatur, acrimoniæ fauet artificio eam adhi-
bens. Methodus enim hæc acuti generis eſt, vt cũ pauciora dicantur

 plura ipſius

plura ipſius orationis vi atque contextu intelligantur, vt hic legatio-nem primum plenam deſiderij dixit, erat autem conſequens ad legationis contrarium orationem deducere. non autem id ſed belli diſſidium intulit. ſic & pluribus breuius contractis acrimoniam auget, & acute nimis oppoſitum ſuggerit. Alterum enim altero trahitur diſſidio, ſcilicet bello æquo animo a fratribus diſtrahi eum nõ poſſe, qui vel in pace fratrum amore ſolicitus erat, & qui in legatione ac dignitate ſuos deſiderauit, is priuatus magis deſiderauit. ita oratio breuior, ſenſus amplior, vis maior. Adde quod acutũ genus figuræ per ſubiectionem aptiſſimum eſt. Schemate vero hæc oratio circũducit, & ſpiritus excitatione aſperior eſt, Idque tria in vnum confudit, ex ſubcontinuatione circũductionem, ex ſpiritus commotiõe aſperitatem, ex mẽbrorum ambitu ſplendorem, cui cætera conueniunt, quæ omnia cum acuto per Methodon genere grandem orationem, vehementem, & figuræ idoneam conficiunt. Nullum igitur habes. concluſio hæc magis aperit figuram, licet enim poſtquam iudicis animum rationibus attraximus apertius concludere. non tamẽ perdit, quod figura ſit, quãuis id quoque fieri poſſit, vt quod figura tectũ propoſuimus, id rationibus cautius comprobatum pedetẽtim exponamus, ac demum ſic aperte cõcludimus, vt nullo modo tegi videatur, quadrimembris ergo collectio eſt. conſtat enim propoſitione, ratione, confirmatione, concluſione. Id apprime notandum arbitror, quod cum propoſitum ſit. ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis in concluſiõe criminis, ac vocabulo neceſſitatis omiſſo Nullum habes. intulit alienæ voluntatis argumentum, & cum rationibus impulſus, auditoris animus bonam in ſe fuiſſe Ligarij voluntatem credat, vel non peccatum exiſtimet, vel ſi ad hoc adductus non eſt, neceſſitate exiſtimet, quãuis & ſtatim proponens nõ omnino detegit crimen, ſed quaſi ſubdubitans ſi criminoſum eſt inquit. O clementiam admirabilem, hic locus, & ad miſericordiam rapit auditoris animum, quę huius orationis radix eſt, & ad recriminationem optime præcedit, vt ipſe paulo poſt oſtendet. vbi dicit. Atque hæc præter ea de me, & quoniã iam intulit, nullum igitur habes Cæſar adhuc in Q. Ligario alienæ a te voluntatis. nunc a rebus maioribus quæ Cæſari gloriæ fuerant ad miſericordiam impellit. Ita ergo locos, vel argumẽtationes diſpoſuit, vt ratio rebus creſcat, & vehementiora demonſtratiuis ꝑponantur, quod tam in partibus argumentationum, quam inter ipſas argumentatiões in quarto, cum de diſpoſitione argumentationis ageremus, fieri debere docuimus. Nam ſiue nihil, ſiue aduerſus ſe feciſſe Ligarium, Cęſarianũque volũtate credidit, quod in ſuperioribus ſubijciebat, ac ideo

Collectio quadrimembris.

neque preponens

neque præponens omnino crimen dedit,& concludens duo verba pro
poſitionis præterijt,quæ tamen omiſſa non vicioſam fecerunt conclu
ſionem,quæ ad eundem ſenſum etiam abſque illis accedere videtur,ſi
ue igitur illud credidit,ſiue neceſſitate crimen commiſſum ſuſpica-
tus ſit,mu...o maius eſt,vel ſponte ſua ijs ignouiſſe,qui eum conſilio
inſecuti ſunt.Pręterea hæc admiratio fauorem ex perſona iudicis cō-
ciliat,non quod ſententia exordij vſus ſit.tunc enim ſententiā exordij
interpoſitam putamus,quando quod dicitur , ad eius partis quæ agi-
tur parum,ad exordii finem plurimum valet.itaque adhibetur magis
vt auditorem conciliet quā ad aliud.hic vero locus miſericordiæ ini-
tium eſt.Quam quidem pręcipue tāquam firmiſſimā hic in ingreſſu
fere cauſę voluntate prius rei comprobata,& in poſtremis collocauit.
Clementiam enim Cęſaris in manifeſtos hoſtes prædicat,vt clemen-
tiorem ipſum in Ligarium reddat,qui vel nihil,vel coactus peccauit
Eſt ergo hic locus deprecatiōis,qui Attributio nobis in Rhetoricis ap
pellatus eſt.M.Capud te.a ſe incipit,vt in Tuberones commodius la-
batur,& ex vtriſque quaſi a proprijs exemplis clementia. Cæſaris au-
geatur.nam ſi domeſticis magis quam externis exemplis mouemur,
ſuis multomagis Cęſarem commoueri neceſſe eſt,qui in hac ipſa cau
ſa eos aduerſatores ac defenſores audiat quibus ignouit.nec tuas cogi-
tationes Aperit quantum confidat,qui vel de animo ipſius Cæſaris
certiorem ſe eſſe oſtendit.Apud quem igitur hoc di.nēpe dixit quod
fecit nunc quomodo in eum Cæſar ſe habuit oſtendit.ita ipſius Cæſa
ris exemplo Cæſarem mitigat.Vide quæſo tu.conuerſio ad aduerſa-
rium acris eſt,& a maiore infert minus.magis enim quiſque celari ſua
crimina cupit,quam aliena.Hęc verbis quoque auxit.ſignificantius
enim dicere eſt,quam confiteri.præterea conuerſione hac vtitur qua
in prioris exempli concluſione quæ etiam ad cōfeſſionem pertineat.
Viderat enim Tuberones in dicendo veritos fuiſſe ne defenſor nega-
ret.nempe qui teſtes etiam adduxerant.quare Cicero,vt grauis orator
cum manifeſtam intentionem accuſatoris negare integrum non eſſet
miſericordia Cęſaris magis fretus ad confeſſionem refugit.Forma hu
ius particulę dignitas eſt.idque ex omnibus pene partibus.nā res cum
ipſis gloriamur tanquam bene geſtis , ſplendori ſunt.cum eis non glo
riamur,nec tamen formidinem nobis inducunt,a dignitate alienæ nō
ſunt.quam cęteris pene omnibus non in miſericordia proſequitur.ne
ceſſe eſt em̄ ſi te nihil formidare oſtendere velis illa Methodo vti,qua
ſine omni dubitatione clare breuiterque omnia afferūtur . Vide quā
nō re . Bimembris repetitio cum primum membrum breuius habeat
neceſſitatis eſt.feſtinante quaſi oratore ad quod dicturus eſt.nec pul-

chritudinem vllam facit.non tantum quoniam ad tertium membrũ peruentum non eſt,quantum quoniam conuerſio,& imperium vbi que frangere pulchritudinem ſolet.Lux liberalis Tralatio dignitatis eſt,& vt augeat hic poſita eſt.Suſcępto bello.ſolo membro mutauit formam ex dignitate in ſplēdorem,vt quaſi hac re gloriari videatur. Sumpta contra te,clauſula ſplendoris eſt, monoſyllaba tamē dictio ne in fine poſita exaſperatur,vt quod re aſperum eſt,in animum per au res verbo aſperius illabatur. Apud quem igitur? Interrogãtis ſpiritus hic dignitatis eſt,quoniam fiduciam auget,qui cum hęc ſciret Repe titio Trimembris.non tam pulchra,& velox,quam dignitatis plena, duo tantum a dignitate aliena ſunt.Schemata,articulus,laude,prædi catione,literis.veloce enim,& cæſa per ſingula verba oratione demon ſtrationem adaugere opus erat,& conuerſio.vide quæſo tu.Nam con uerſio dignitatis inimica eſt.Atque hæc pręterea de.Præparatio ad re criminationem,& ne videatur odio,aut ira commotus recriminari,cō memorat de ſe prius dixiſſe,& cur gloriæ faueat Tuberonis oſtendit, vel propter propinquam.correctio venuſtatis abſolutis membris edi ta,& ſinguli.Sed hoc quæro.quis pu.recriminatur artificioſiſſime. nam ne aduerſariorum peccatis reo impunitatem comparare velle vi deatur.poſtquam de ſe ipſo dixit,Tum demum in aduerſarios conuer titur,& tam ſuum quam illorum crimen,quoniam vtriſque ignotum ſit,vt quaſi exemplis mirabilem clementiam Cęſaris confirmaret,in medium adduxit,ſed ſuum dignitate orationis ac ſplēdore decorauit, aduerſariorum acri,& vehementi inſecutus eſt,quamobrem ne ora tionis impetu,vt in odium Cæſaris Tuberōes impelleret in ipſos fer ri acriter videretur.Paulopoſt ad me reuertar inquit,iiſdem in armis fui.poſtremo ſimul ambo coniungit.quod autem aliud egimus tu & ſic demum concludit hūc deprecationis primum locum,in quo Cę ſaris clementiam ample propoſuit.quam Romæ a perſona ipſius Cæ ſaris tractam occultius firmauit.quippe qui tanta eſſet manſuetudi ne,vt Ciceronem audiret alios defendentem in ea volūtate nō fuiſſe in qua ipſe fuiſſet,quod in ea ipſa voluntate fuiſſet,alia ratione a con ſulto factis a perſona ibi probat. Suſcępto bello Cæ.exēplo deinde cō firmat clementem eſſe Cæſarem cum dicit. Nempe apud eum,cui interrogationem prępoſuit.Apud quem igitur? vt exuſcitaret audito rem,& attentiorem faceret,quo totā hanc rem attentus arriperet.Tu beronis quoque facto ingenioſiſſime ſic allato,vt & ad miſericordiā animum auditoris trahat,& aduerſarium recriminetur.locum con cludit per collationem Quadrimembrem.habet enim propoſitionē clementiæ,rationem a perſona Cæſaris,id eſt ab eo quod tunc faceret.

nam facta

nam facta perſonis attribuuntur.confirmationem ab exemplis duobus,quę qm̃ ad clementiam Cęſaris qua vſus iam fuerat reducuntur, non repugnabimus, ſi quis ſecundo loco argumentationis adiungat, & Trimembrum putet collectionem,concluſionem denique habet per cõuerſionem ad auditorem. Quorum igitur impuni.acrem, quoniam & exempla commemorat,& recriminationis vim retinet. His ita dictis alteram elocutionis partem huius loci quam breuiſſime aperiamus. Duobus enim dicẽdi generibus vſus eſt,dignitate,& vehemẽtia,illud factum ſuum poſtulabat.hoc aduerſarij factum flagitabat. inter vtrumque tamen aſperius poſuit illud breuiſſimum. Quis putet eſſe crimen,quod locatione aſperũ eſt,& vltima clauſula quæ duobus Bacchijs cõſtat,qui cæteris eiuſdem per membrum exornationis clauſulis non conueniunt,quique duas dictiones aſperas retinẽt exaſperantur,nec velocitate ſolum non caret oratio.ſed curſu quodam incitari videtur.primo clauſulis,quæ pręter vltimam in breues exeunt pedes.membris deinde parum longis,demum exornatione quam mẽbrum appellamus,quæ & ſi pulchritudini magis attribuitur, tamen quoniam præter membrorum inter ſe cõnexionem breuiſſimę quoque redditionis vis ineſt curſu non caret,Quid eñ Tubero. Vehemẽtia mirabilis.Cõnexorum enim velocitas,ex breuitate membrorum, & ceſa orationis propter articulum.ſplẽdor & clauſulis acrimonia,& aſperitas ex conuerſione ac ex ſuſcitatione ſpiritus,quæ omnia ne minus exaſperent agnominatiõe dicta ſunt,cuius ingreſſu ex exitu paululum arridet.ſimiliter deſinens,ad hęc ipſa agnominatio cũ longior ſit abſolutione auxit omnia,ſine qua fieri non poteſt.abſoluta enim oratio quoniam diſtinctioribus conſtat membris,inſignitiorem vim omnem orationis facit. Illud memoria tenẽdum eſt,quãdocũque nimium excitata,& ardoris plena oratio conficitur obſeruandum eſſe, vt prima eius membra, quaſi quietiore adhuc animo integrioreque ſpiritu efferantur.longiora ſint,quæ prope finem ſunt,breuiora,quæ proxime,breuiſſima,immo per articulum ceſa feruente iam oratore, ac fatigato ſpiritu plura connectere volenti,vltima longiuſcula, vt quaſi deſinens ardor animi,omnes vires effundere conetur. Quæ res maxime facit,vt cum naturam ipſam ſequamur ipſarum rerum vi non dedita opera concitari videamur,quod tamen abſolutioni non cõprehenſioni cõuenire videtur. Nam circuitus hoc maxime propriũ eſt,vt vehemẽtior breuiꝰ exeat,illuſtrior prolixius,quod accidit,quia colligit ſpiritum circuitus,& vi precędentium rerum quod ſequitur infert. Quare quanto breuius habet vltimum,tantòmagis ſe cogit oratio. At vbi per abſolutionem multa vehemẽtius dicũtur,eo quietior

eſt ſpiritus

eſt ſpiritus quo diſtinctiora ſunt ſpatia,& maiora interualla,quæ niſi eo pacto quo diximus ipſum exagites non nimis mouebis. Nam ſi non mouet niſi motus,concitata vox,vexatuſque varie ſpiritus cum penetret animam non poteſt non exagitare auditorem. Ad hæc illud obſeruandum duplex compar ineſſe, primum bimembre, alterum quinque membre,quamuis ego primum articulo attribuerim,tū quia impetu ſpiritus ſuperioribus cōiungitur.tum quia a repetitione a ſequentibus ſeparatur. Vltimum quoque tum repetitione Bimēbri interpoſita.tum quietiore ſpiritu diſtrahitur,quæ diſtractio comparis ſuauitatē frangit, etenim omnes exornationes quæ multitudine mēbrorum iucundæ ſunt,cum huc atque illuc ſchematis ſpiritu mēbra diripiuntur quantum iucunditatis amittunt,tantum grauitatis adſumunt. Sed illud cōſideremus Nimis vrgeo.latentis.grauitatis eſt,nā cum dicat nolle amplius adoleſcentem vrgere,ſic ad ſe reuertitur, vt eum non dimittat,& ab acrimonia non recedat.nempe qui etiā ipſam concluſionem acrius intulit circuitu Bimembri,& illuſtri.comparitas enim membrorum,vt per ſe iucunda eſt,ſic creditioni connexa,& circuitu cōfuſa illuſtris redditur,ſed ſplēdor minuitur paucitate mēbrorum circuitus vis creſcit,qui ſi primo membro longiore proferatur,vehemētior, ſin breuiore,ſplēdidior fiet. Atque in cauſa hac,præparatio ad alteram recriminationis partem. Qui homo tū inge. Laudat aduerſarios ab attributis perſonæ,vt videatur rerum veritate non odio in eos inuehi. Nam ſi iudi. Antequam crimē crudelitatis inferat auxit iudicio patris. Arguis fatentem. Secunda recriminationis pars quāquam eñ eam maxime recriminationem appellare ſoleamus,quę in idem crimen rapit,vt in pręcedenti factum eſt latius,tamen hic recriminationis capto vocabulo cuncta quæ aduerſario crimini dantur recriminationi attribuimus,cuius ſunt partes duæ,vna quæ in idem rapit de qua iam dictum eſt.altera qua crudelitatis aduerſariū nimiæ arguit. Huius ſunt particulæ quatuor. Prima quod contra mores Roma.ſanguinem tuum petat. Altera quod irrumpat in fletum ſupplicijs. Tertia de primo aditu ipſius ad iudicē,qui locus,& a deprecatione alienus non eſt. Vltima cōparatio criminum. Primam ergo particulam collectione tractat,quæ in iuridiciali abſoluta perſona cōiecturaque conſtituta eſt. Arguis. Hoc totum vſque ad illud condemnetur,ſed necetur,& quaſi propoſitionem poſuerit habet cauſam,aut fateatur accuſare. Hæc non modo mirabilia.interponit breuiſſimam exordij ſententiam.de mirabili enim prodigijque ſimili re dicturum pollicetur,& attentiorem facit auditorem. Non habet eam vim accuſationis. Propoſitio in iuridiciali abſoluta,& coniecturali duplici ſimul,ita

mul,ita tamen,vt maiorem coniecturalis vim habeat.Iuridiciale mã gis ſe oſtentet.id ideo fit,quod poſt propoſitionẽ ratio iuridicialis ſta= tim ſubijcitur,qua oſtenditur necem exulis hominis nullum vnquã petijſſe.quoniam crudeliſſimum ſit.quare qualitate propoſitionis ro borata,quod coniecturale eſt,cõfirmationis loco repetitur.nam quid aliud agis quã vt occidar,abſoluiturque breuiſſime loco a factis,enu= meratione bimembri,& neceſſaria,accuſas non vt damnetur,ſed vt occidatur.damnatio exilij eſt,ipſe exulat.nõ ergo vt damnetur,reſtat ergo alterum.id ipſum coniecturale paululum poſt eo vehementius, quo breuius eadem enumerationis vi repetit,iuridiciale tamen etiam interſerit.At iſtud ne apud eum quidem.ita hic recriminationis lo= cus duobus teſtibus compoſitus eſt.hoc egit ciuis Ro.ante te,a cõſue= tudine.ſicut in eadem oppoſitorum doctrina eſt, ſic negationem ad adfirmationis ſedem reducimus,hæc ſi modo rationis dicta non ſunt eius tamen locum tenent.nec enim omnia oportet vehementius col= ligere,ſed ſolutioribus in ipſis quoque argumentationibus vti mem= bris,quod tunc maxime faciundum eſt,cum ipſa rerum vis tanta eſt, vt orationis vi parum egeat,quod huic loco accidit.ſatis enim erat ſo= lum commemorare Barbarorum hoc non Romanorum moris eſſe. Nam quid aliud agis?cõfirmatio.Nam & ſi a maiore,minore,ſimili, cõtrario,æquali,exemplo trahi confirmationem in Rhetoricis dixi= mus,Sed illud quoque addidimus confirmationem ſic ferri ad ratio= nem quemadmodum ad ipſam propoſitionẽ ratio fertur,quod ita pro prium eſt confirmationis,vt cum id perſpiciamus ambigendum non ſit confirmationem eſſe quod dicitur,nec mirari debemus ſi nonnun= quam circunſtantijs confirmamus,cum confirmationis locis rationẽ quoque adducamus,nam ſi quod propoſitum ſtatim confirmationis locis comprobatur,ac deinde concluditur,nihil ſubintelligi quicquã poſſit abſque confirmatione,contexi orationem neceſſario dicemus, cum vero ratio præcedit quicquid confirmationis locis dicitur,con= firmationem eſſe putabimus,etiam ſi minus ad rationem,magis ad propoſitionem accommodari videatur.nam quid aliud agis Romæ ne ſit?ad illud fertur vſque ad ſanguinem incitare ſolent.confirmat ergo ex facto ipſius Tuberonis ex attributis perſonæ,agitque totam hanc confirmationem repetitione.tum illuſtri,quia pendet non ante= cedente verbo,tum ſuaui multitudine membrorum,quamuis infrin= gatur ſuauitas eius interrogatione,quę maxime tunc aſpera eſt quan= do arguit,& quando locus breuior erat expolitione extenditur,quæ tamen magis exaſperat,cum ea quæ in vno primo nomine continen= tur latius enumeret,vt crudelior videatur,qui his omnibus carentibus

accuſet,& quoniam his contentus non eſt,quod maius his ſit poſcere videatur,id autem non niſi mors eſt. Acris ergo hic expolitio eſt,quã tamen non ſchema,ſed methodon putamus.eſt namque id eius maxime proprium,vt cum immorari faciat,maiora reddat, quæ dicimus, itaque aſpera aſperiora,ſuauia in moratione ſuauiora efficit. Ne ſit in prima vltimum poſuit repetitionis membrum,quod primum recte eſſe non poteſt,nam quæ continentur præponi debent,quid continet inferri,vt omnia includat,quare non ita recte dixerim,noli facere ne domi cum vxore ne cum liberis ſim,rectius noli committere,ne cum vxore,ne cum liberis ne domi ſim. Econtra rectius dicitur ſi negationem abſtuleris fac in patria,cum parentibus,cum vxore,cum liberis ſim,nam cum res huiuſmodi ſit,vt eneruis videatur niſi creſcat oratio,in negatione,quod continet maius eſt,in affirmatione,quæ continentur ampliora,qui enim patria'caret,& ijs quæ continentur in patria caret,ſed qui in patria eſt non ſtatim cum chariſſimis eſt. Repetitionis vero vltima membra multo breuiora ſunt, quoniam eo hic impetu currit oratio,vt neceſſe ſit poſtquam ad minima corruerit ad longiuſcula reſpirare,vt ſubſtentari videatur. Num eſt?num poteſt? mutauit repetitionem,& retinuit exiſtimationem,nec enim poteſt aliter ad concluſionẽ hæc feſtinare oratio Prohibetur, exulat, duobus his verbis,quaſi per expolitum articulum breuiſſime quod antecedit expreſſit,per dubitationem enim probatum quod eſt ad inferendam concluſionem parum eſt vtile,non tu ergo hunc patria priuare qua caret,ſed vita vis dicit,quod a ſuperioribus ſequitur aſperrime,vt orationis aſperitatis maior crudelitatis appareat facies,conuerſio ſchema celeritatis,& acrimoniæ eſt,quæ cum ab aſperitate alienæ non ſint compoſitione tamen penitus horrent,nam & pedes inter ſe huius membri minime conueniunt. Bacchius enim Palimbacchio contrarius eſt,& ambo diſpondeo,& epitrito non congruentes,deinde hiatus eſt nõ paruus,pręterea a Pri.& Tri.diuerſæ prolationis ſyllabæ,ſimiliter qua. & ca.ſimul poſite,& vis vnius ſyllabæ verbum exili vocali, & vnica conſonãte terminatum productę cum proferri debeat id ipſum,quod ſignificat ſpiritum violentat. Initium vero membri,& ſi diſpondeus eſſe poteſt magnificus profecto numerus firmus,& ſtabilis,tamẽ quoniam quatuor ſyllabarum pes tres dictiones complexus eſt diſtrahitur ac(vt ita dicam)diſſipatur ſonoritas ſua,quod & in clauſula paſſus eſt,vbi & aſperior eſt vltimi verbi aſperitate,& quoniã omnis pes quadriſſyllabus durior eſt,ſi monoſyllabum verbum exit quam ſi e monoſyllabo oriatur. At iſtud ne apud eum quidẽ,Redit ad iuridicialẽ confirmationem,ſolent enim nonnunquam oratores ad eius quod reliquerunt,

liquerunt,poſtquam rationibus nonnullis quippiã incluſerint,ad cõ
firmationem redire,quod plęrumque fit vel cum impetus quidam di
cendi ad inferendum deducit,quod huic loco accidit,vel cum ea eſt
rationum vis,vt niſi colligas quod ſequitur antequam confirmes de-
bilitari ac concidere videatur,confirmatio igitur hæc ad illud fertur.
Hoc egit ciuis Romanus ante te.Nemo eſt autem quaſi ab exemplo
maiore,quæ tamen crude oſtendit differentiam perſonarum,vt acer-
bius videatur id apud vltorem crudelitatis agi,quod apud crudelita-
tis principem nemo Ro.egerat.Ego vero iſtud nõ poſco hi.ita.me.po
nit quod obijci poterat,& concurrit hoc eſt aſſentire videtur tam iudi
ci quam aduerſario mirifice,ſimul enim concurrit,& quod inciderat.
hinc id quoque colligit ſanguinem,ſcilicet Ligarij peti,& ad alteram
partem crudelitatis pręparat,Noui enim te noui pat.abſoluta breuior
trimembris repetitio ſuauitatis eſt,maxime cum argumẽtationis iu-
cunditas ineſſe ei videatur,quamuis locus etiam grauitatis inſit,quo-
niam quanto verbis mitior,tanto re aſperior eſt.ſtudia,denique immo
ratur in laude aduerſarij,vt ex attributis perſonę fortuna,& ſtudijs il-
lud inferat.Itaque certe ſcio vos non ſan.P.ſed.P.attenditis res enim
eo ſpe purgata intentione aduerſarij loco impudentiæ infert,ex factis
breuius id ipſum.Accuſatoris autem intentio quadruplex eſt.vltima
qua rei pœna intendit,qua genera nõ diſcernimus,vel qua cauſas di-
ſtinguimus.Eã quoniam tota oratio reſpicit,iudicationem appella-
mus,cuius tam vltimum principium quam alteram partẽ,eodem vo
cabulo nuncupamus vltimam.Ergo hic intentionem aduerſariorum
non eſſe ſanguinis leuioribus argumentis ab attributis perſonæ con-
cludit,at a factis,quoniam Ligarius in exilio eſſet,atque ideo prima
id accuſatoris intentio eſſe non poſſet,neque propinquam ſine cauſa
videretur aſſumere,nullam aliam oſtendit quam ſanguinis,quoniam
nulla alia exilio grauior,itaque hic locus figuratus eſt ductu contra-
rio.Quę eſt igitur alia pręter mortẽ?ſi enim in exilio.Velocitas ſche-
mate,breuitate membrorum,breui iniectione,quę veritatem quoque
coniici,& denique duplicati trochei clauſula.Schema ſubcontinua-
tio eſt,quæ velocitatem facit paucis abſoluta,cuius vim non ſimpli-
cem abſolutionem arbitramur,nam aliæ quietiores ſunt,& quaſi fixæ
ac ſtabiles,quæ tamen redditionis breuitate velocitatis ſpeciẽ præbẽt.
aliæ ſpeciem mouent,& ſollicitant,ac impellunt ad ſenſus abſolutio-
nem,qua propter hunc modum græce appellamus,quod
fit cum cõtinuatione concitatus ſpiritus incidit,huiuſmodi ſubcõti-
nuationes ſemper veloces ſunt.verum breuiter,& præpoſitæ,& red-
ditæ velociſſimę.effertur autem hic locus per enumerationem biper-

titam.Nam ſi ſceleris pœna aut exiliũ eſt,aut ſanguis,& exilio contẽ
tus non es.ſanguinẽ ergo petis.An ne ignoſcatur,velociſſime mem-
bro,interrogatione cũ excuſatiõe,Trochaico numero ac clauſula id
intulit,quod aduerſarij vltimo intendebãt,quo genere tum potiſſimũ
vtimur,cum res ipſa fiduciã præbet.verũ ad hoc id etiã coegit Cicero
nẽ,quod alterũ enumeratiõis mẽbrorũ niſi cito ei ſuccurreret fluctua
bat.Cõtentus nãque adeo ſum exilio diceret aduerſarius,vt non pro-
pter ſanguinem accuſem,ſed ne reuocetur,cui cito remedium apponit
nõ aſſeueratiõe,ſed id quo refugere poſſet,& enumerationem refelle-
re acerbius,atque crudelius oſtendẽdo.Hoc vero multo acerbius mul
toque gra.rem quã nos do.vſque ad illud vocẽ prohibebis.huius loci
propoſitio eſt,quæ longior neceſſario eſt.Etenim res quæ honeſta po
teſt eſſe,ſi tanquã turpis proponatur, quoniam id natura ipſius nõ pa
titur,niſi alia quadã circunſtãtia turpitudo annexa oſtendatur,nõ eſt
vt turpis proponenda,atque poſtulat ne quod domi petis conſequaris.
non ſtatim crudeliter poſtulat,quare ad rẽ ipſam,aliam quoque circũ-
ſtãtiam aſſumere oportebat.Aſſumitur autẽ hic modus quo res circũ
ducitur,qui niſi latius protendatur vires orationi non ſubminiſtrat
& perſonæ qualitas,qua mirifice auditorẽ conciliat.non omnino cau
ſæ qualitate neglecta.Eſt autẽ locus definitionis comparatio.Si cum
hoc domi fe.fictorium eſt quod q̃m,aut maiorũ,vel minorũ inciſio-
ne,aut ſimilium vel oppoſitorum enumeratione conficitur,reſque
ipſa,nec inciſionẽ,nec enumerationem ſuſcipiet.Incidit per expoli-
tionem,vt cum plura,& ſimilia exponere videatur vires fictoriũ pro
prias nõ amittat.Eſt ergo inciſionis ſpecies in ſimilibus,nec enim poſ
ſunt non videri ſimilia,quæ ſola expolitione fiunt diuerſa,quæ breui
repetitione complexus eſt,vt nec a velocitate abeat oratio, & multi-
tudo vi eius ſchematis expreſſior videatur,quod in eadem re penitus
fieri non poteſt.confingitur autem minus quoniam ab iis quæ vnum
& idẽ fere ſignificãt in maius illud irrupit,quãto id durius quod nos
do.pe.id illud iam in Rhetoricis diximus,ne quis dubitet mai9,& mi
nus,vt oppoſita ſunt,ſic oppoſitam vim poſſidere,ac vbi ab affirma-
tione in affirmationẽ procedimus,ſi in perſonis locus eſt.ibi ab nega-
tione ad negationem,ſi in negotijs,& vbi econuerſo in perſonis.In ne
gotijs quoque econuerſo, quam diuerſitatem in his rebus eſſe in-
telleximus, quæ minus complectuntur, & continent. Nam in
cæteris perſonarum ratio adhibenda eſt, cui rei hoc fictorium te-
ſtimonium præbet cum a minore maius acriter aſſerat. Et vt ſpe-
ro non fru. hic auditorem iniectione breui conciliat. Ibi & in ta-
li miſericordia mul.& hoc ip̃m facit,& in aduerſariũ circũfuſi popu-

 li accumulat

li accu mulat inuidiam. Eſt autem totus hic locus vel loci genere conſcriptus iis fere rationibus quas modo expoſuimus, cui etiā acrimonia ineſt prop ter interrogatiões exſuſcitatiões, aduerſiões, quāuis & alio qui velocitas acrimoniæ finitima ſit, quæ genera iuncta ſi pura ſunt in aſperitatē incidūt, quā tū repetitiōis venuſtas, tum traductiōis ſuauitas, tum nōnullorū mēbrorū pulchritudo, & ſplēdor cōfringit. Traductionē bis ponit. Quæ eſt igitur alia præter mortē? & ſi cum hoc domi faceremus, quod etiam fe. vt mēbra hæc, quod nos domi pe. & nos iace. & in tali miſeria. hec inquā membra pulchra, atque illuſtria ſunt ita velocitatis nimiæ ac acrimoniæ præcipitationem repetitionis ac traductionis, tā venuſtate quā iucunditate, & trium mēbrorum inter iecto ſplendore condiuit, quæ formæ cum in vnum cōflantur vehementiā reddūt. Dicā plane. cc. quod ſentio, cōuerſus ad auditorem genus quoque dicēdi a vehementia in ſplendorem vertit, quare oratio lōgioribus mēbris, faciliore locatiōe, illuſtrioribus clauſulis ſibi compoſita eſt, nec cōuerſio quēquā turbet, quod ab hoc genere alienior ſit. nullus enim niſi earum rerum imperitus dubitabit cuncta quæ ſponte ſua diuerſa ſunt, ſi quis naturā ſuam, & formā animo ſeparet, atque cōplectatur cū rebus vim addunt id genus cōficere, quod res ideſt ſententiæ poſtulāt. ea vero hic res adfertur qua iure auditor exultet, eamque magis extollit cōuerſio. auget igitur cōuerſio ſplēdorem, nō minuit. Eſt autē ab attributis perſonæ ab humanitate natura iſta Cæſari, vnde ſibi eum conciliat, immo vt ignoſcat cogit. redundaret iſta victoria, illuſtriſſima clauſula quæ antipaſti Trochei Ionici a maiore numero ſonat. ſuntque omnes fere nobiles. Namque quod ſentio Ionicus a maiore eſt. Aliis miſericordem Pæon tertius duplicatus. Ligarium nō fuiſſe Diiambus cū Ditrocheo eſſe vellemus ferme heroica. mendacium Ionica, tum adfuiſſent Heroica. nec deinceps ſimiles cōſequuntur, quoniam ad cęſum atque minutum genus deſcēdit, quod nobiles clauſulas non patitur, quāmulti enī eſſent de. N. hæc ratio, & contrarii, & minoris, vim habet contrarii. Si enim victi ne ſis miſericors petunt quid facient victores? minoris quod ſi etiam quibus ignouiſti ne aliorum miſerearis poſtulant, multos qui tecum vicerunt idē petituros credendum eſt. Hos locos ſua etiam ſponte finitimos, vt magis confirmet arte complexus eſt, cum enim quam multi de victoribus dixerit, conſequens erat ſi ſolam contrarii vim retinere voluiſſet, illud inferre cum & ii qui victi ſunt nolint te eſſe miſericordem. Verum quoniam illis ipſis victis veniam dedit quibus ignouiſti inquit. ita parua mutatione & clementiam Cæſaris extulit cum dicat ignouiſti, & odium in aduerſarios concitat, quod nolint aliis

ſint alijs quam ipſi impetrarunt veniā dari,& cōtrarijac minoris viribus ſimul impellit. Nec eṁ auſcultādi ſunt qui nō magis ignorantia quā hebetudine cū e diuerſis locis fluere argumēta quædā audiāt,locos non eſſe aſſignādos aſſerāt. qm̄ dubium ſit vnde trahatur argumētū,immo potius cōtra faciēdū altiuſque perſpiciēdū,ſi quę ab vno loco manare vidētur in pluribus radices eo altius quo occultius iaciāt, maxie cū robuſtiores truncos validiores ramos, generoſioreſque fructus oſtēdūt. Grauis eṁ oratoris eſt paucis verbis plura complecti,& vndique cōmunire orationē,qđ facere nō poterit,niſi multorū ſimul argumētorū vi aim auditoris aggrediatur. Vtrum vero vt genera formęque dicēdi,cū in vnū cōfluūt, vnū ex ſe cōpoſitum reddūt genus quod partis vocabulo, ſi ei nomē inditū nō ſit,appellam⁹,ſic & in inuentione,tā in ſtatibus quā in locis,ſiue principalibus,ſiue ſecūdarijs cū ad idē plerūque cōcurrāt,vnā vim ex diuerſis cōpoſitā auditorem occupare credēdū ſit. An ipſa multitudo rerū audiētem inuadat,& ſi eius cognitio tā ad ſpeculādū,quā ad dicēdū nō ſit inutilis,tamē in p̄ſentiarū relinquatur,vel qm̄ ad grauitatē ꝑtinet de qua nihil aut parū diximus,qđ putabamus,niſi de ea p̄cępta edātur nō nimiū nos legētibus ꝓfuturos,vel qm̄ veriti ſumus,ne nōnullis oſtētationem ſcribere videremur,ſi latius eā rē hic explanaremus,q̄ ſine naturæ rerū diſciplina explicari nō pōt. Verū orator vbique videbit qđ facto opus ſit, multitudine potius incūbēdū,an quāto paucioribus tāto robuſtioribus irruēdū,& numerū ne rerū oratio ꝑ ſe ferre debeat,aut inciſione plura,vel iūctiōe pauciora oſtētare argumēta,credatque nō perſpicaciorē eſſe ſenſum auriū,quā oculorū,quibus quodcūque obijcitur. q̄re nec dicēdi quidē peritus cū audiat ſtatim,ſed cū acrius cōſideret aio ꝑcipit. Quod ſi ꝓbare Cæſari Po. cōfingit minus ex ꝑtitiōe ſimiliū per expolitionē,& ſi eſſet ali. eius co. dat quod abſtulit,vt augeat. nam ſi nō eſt hominis quicquā arguere,multominus eius eſt qui in eodem crimine fuit. Itaque locus hic duo ad idē trahit argumēta, q̄ numero ſuo ſe offerūt,qm̄ & oratione diſtincta ſunt. multitudo enim tā ad amplificationē quā ad ꝓbationē cōmodior vis ad vltimū ſolū. quare tū maxime vno ex pluribus agendum cū diſtincta argumentorum vis quaſi diſperſa perit. ſed his duobus vno a minori argumento maioris eſſe crudelitatis oſtenditur confitentes ac veniam petentes quam negantes oppugnare,quod non proximum poſuit, ſed ita repetijt. Sed tamen aliud eſt errare Cæſarem nolle, aliud nolle miſereri. tum diſceres Cæſari. Ponit vtrumque ante oculos breuiter per diſſolutum, & quod ex fictorio eſt,& quod Tubero dicit,vt contentione alterum altero crudelius videatur. & illud inferatur. Hec nec hominis, nec ad hominem,

ad hominem,& quoniam collatione fictoris,vel accōmodatiōe ad id
quod volumus cōmentationē eſſe placet,erit illud epentimema,& ſi
eſſet alicuius eius cer.quod vt obſiſtentia ad inficiationē,ſic ad cōmē
tationē fertur,& tāquā minus depēdet.nā ſi hominis non eſt quēquā
arguere,multo minus eius qui in eodē crimine fuiſſet.nūc totā colla=
tionē cōfuſius tractatā certiore ordine cōſideremus.Hoc vero multo
acerbius ꝓpoſito lōgior.ſi cū hoc clo.rō.ex fictorio quo minus con=
fingitur.Nā vt etiā in ſuperioribus tactū eſt quēadmodū cōfirmatio
nis loci rōnis ſedē nōnunquā occupare videtur,ſic fictoriū cū expoli
tionis modus plęrūque ſit,tamē vel vniuerſam nōnūquā cām ample
ctitur,vt in tertio Rhetoricorū etiā exēplo mōſtrauimus,quod cū ſit
principalis loci quo tota cauſa ſubſtinetur,vim & copiā ſubſtinet cū
vero in cōfirmatiōis locis fundatur,eoſque adauget ad expolitionē ar
gumētatiōis accōmadatur.cū i circūſtātijs fundatur,vt in factis ideſt
in attributis ꝑſonæ hic vt rō ꝓpoſitionē firmat. Dicā plane,vt ad ſe
vertat,ac attētiorē ad id quod ſequitur faciat iudicē hoc interponit,&
ideo Spōdaico nūero,& Dactilyca clauſula etiā orationē extollit.Sē
tio inquit,vt breuiſſima hæc p̄paratio nō ꝑturbatione ſubita,ſed cer=
to iudicio efferri videatur.itaque & ſplēdore vſus eſt quaſi rebus exul
taret,& veritatis Methodo,quod cōfidat,& demōſtratiōis ſchemate.
Si in hac tua forma poſt p̄parationē demōſtratōis ſchemate alia ratio
ponitur,& ꝑſona Cæſaris,& hæc per fictoriū quod oppoſitā negatio=
nē cōfringit,vt cōtrariū inferat.quāmulti nō confirmāt iuncta vi mi
noris,& cōtrarij quorū alterū exp̄ſſius,alterū occultius,tamē hois nō
eſſet,per inficiationē hæc eſt expolitio ratione antepoſita ex fictorio
quoniā ſaluti ciuis cōſuluerimus,& ſi eſſet alicuius tamē tuū nō eſſet
Obſiſtētia.huius oratio quoniā in eadē fortuna fuiſſes.inficiationis,
& obſiſtentiæ modus,in locis principalibus plęrūque fit,ſed vniuer=
ſam quādoque cōſtituit cauſam,& locos ſecūdarios occupat,vt hic,&
fictorio iungitur a quo differt,quod fictorij vis multitudine,aut vera
aut quæ vera videatur cōſtat,& rōnis vim huius inficiatio,& obſiſten
tia ꝓpoſitiōis,ſed tamē aliud eſt ante oculos vtraque re poſita,vt col=
latione quod maius eſt expreſſius erūpat,quod propoſuerat.Hæc ve=
ro multo acerbius commutatis verbis infert. Hæc vox hominis non
eſt,nec ad hominem inquit, vt auditoris odium in eum concitet,
qui adeo inhumana voce ad iudicem vteretur, vt credere videretur
eum non eſſe hominem, qua qui apud te inflammat animum iu=
dicis, exponit ambiguum, ne ita poſſit accipi hæc vox addito,
& ſibi eum conciliat, & aduerſario infeſtum facit. Ac primum
aditus, & poſt venit ad reprehenſionem ipſius primi aditus, & po=

ſtulationis aduerſarij qua de ſcelere ſe Ligarij dictur ū pollicitus fuit, quod ille ad coniecturam figura latentem retulerat. nec enim veriſimile mihi videtur, ita mentecaptos fuiſſe Tuberones, vt quod illi ipſi q Cæſarē ſeqbanť ſcelus nec putarēt, nec appellarēt, id q in eodē fuiſſe crimine putarentur, ſcelus in altero prædicarent. Non ergo ad commune Pompeianorum factum id referebant, Niſi forte credam' dementes fuiſſe Ciceronis aduerſarios, quod quoniam faciundū non eſt, cōſiderandum diligēter, quid cauſa flagitet. quomodo Cicero defendat, quod ergo ad hanc partem attinet, nec figuris contecta, nec aperta Tuberonis intentio mea quidem ſententia in commune Pompeianorum crimen ferebatur, ſed figura in latentem coniecturam aperta, quod miſſum eum a ſenatu, ad prouinciam obtinendam vi expulerit, ac orator grauis cū recte ſingula proſpiceret, nec cōſcius videatur. Nihil dixit quo figuram ſubintellexiſſe videatur, nec expulſos inde Tuberones, nec Ligarium Pompeianum fuiſſe negat, quoniā nō erat integrum. Verū quoniam quod fecit Ligarius, vt Pompeianus fecit ſcelus in commune Pompeianorum, partium crimen abducit grauiſſime. tunc enim crimina deriuanda ex partibus, in communiora reducenda, vel e communiotibus in partes deducenda, cum id facere tutius eſt. Eſt autem deriuatio reductio ac deductio criminis, tum maxime nobis integra, cum non poteſt id facientes nos reprehendere aduerſarius, & rem quam agit reuocare, quod huic parti accidit. Nec enim ad latentem intentionem reſpōdere aduerſarium quiſquam vrgebit, niſi ſeipſum probat. Nec apta Tuberoni ſtabilis erat, cum nequaquam ad Cæſarem in eos Pompeianos animaduertere pertineret, qui tempore belli Ciuilis ſenatui non paruiſſent. Quare non vt Ligario infeſtior fieret Cæſar id dicebatur a Tuberone, ſed vt ſibi Pompeianas partes ſemper profeſſo honeſtum aliquid diceretur, cuius turpitudo aperte in Ligarium illata, ad id quoque poſſet referri, quod per figurā ſubijciebat. Illud quoque vehementer aduertendum, quod cum diceret Tubero ſcelus Ligarij eſſe, quod ſe in Aphricam Senatus authoritate venientem expulerit. idque aduerſus Cæſarem commiſſum ſubijceret, Separauit hæc Cicero. ac huic vltimo quod occultum erat, quodque intellexiſſe diſſimulat, coniectura ibi reſpondit. Si eſſetis recepit, Cæſari ne eam tradituri fuiſſetis, ante coniecturam factum facto comparat, vt recriminari videatur, ſuſpitionem debilitet, & ad cōiecturam aditum ſibi præparet in hac parte. nomen ſceleris, ad commune, vt diximus reducit, & definitione vtitur, factum enim tam Ligarij quam Pompeianorum conueniebat, nomen facti in controuerſia erat, id nomen facto Ligarij, quod expulerit, a Tuberone attribue-

batur, &

batur,& vt facilius negari poſſit,ad Pompeianorum communem cauſam a Cicerone reducitur. Sed iam ſatis de his. Ipſius Ciceronis verba conſideremus, Ac primus aditus,& Po. Attentiorē facit auditorē, ac docilem ſummā huius particulæ breuiter præponendo. Non dubito quin ad, Captat beneuolentiā a perſona Cæſaris cum ſtatim oſtendat ab ea immanitate ſic longe ipſum abeſſe, vt putet Pompeianos ſceleratos, vt hoc audito admiretur,& a pſona aduerſarij, qui id diceret cum in eadem cauſa fuiſſet,& innuit falſum eſſe, quod Tubero dixit, quoniam nouum,& a nemine vnquam dictum. tris ergo cauſas dixit, quę cum inter ſe copulari poſſent, diſiunxit tamen velut ad mouēdam admirationem Cæſari vnanquāque ſufficere oſtenderet, vel quoniam de motione animi nō ſua, ſed alterius dicit. Tūc enim maxime diſiūgimus cum vel res ipſæ ſimul eſſe non poſſunt, vel de altero dicimus vt cum in coniecturali tranſponimus ſi ab ijs, quæ alij fecerunt in iudicium trahimur, vel cum oratione oſtendimus ſufficere ſingula ad inducendum, quod volumus. Vſus verò eſt velocitate breuioribus in repetitione mēbris,& Trochaica clauſula, vt breuiter exponeret quare non dubitaret. Vel quidnā nouiſſe. Subijcit hic nouum enim quod dicit ad figuram aduerſarij poteſt referri. Item in figuram figuris illudit. Scelus tu illud. tu. cur, proponit nomē acriter per aduerſionem,& interrogationem. Iſto enim nomine adhuc negat. Idem & eſt defenſoris propoſitio in definitione. Illa cauſa car. reducit ad communius. Alij errorem ap. A conſuetudine loquēdi, vel opinioni cōmuni, probat eam cauſam caruiſſe hoc nomine, quam loquendi tamen cōſuetudinem opinione communi ortam, non ad definitionem, ſed ad nomē refert. Nā in definitiuo ſtatu ꝓſpiciendū eſt, vt ſi quod rarius propter multitudinis naturā fieri poteſt, de re quid ſit cōmunis opinio habeatur ad definitionem. Sin id fieri non poteſt, communem loquendi cōſuetudinem,& opinionem ad ipſum nomen referamus, quod ideo firmum eſt, quia quæ ab omnibus eodem modo dicuntur,& ſi plęrique nominis rationē ignorant, non tamē abſque ratione ita dictitata ſunt, qui durius inquit, vt crudelis videatur, qui ſcelꝰ nominat articulo hoc explicuit velociter,& nō dubius animo itulit. Scelus pręter te adhuc nemo, quod veritatis eſt, ne quæ vulgo nota omnibus erant dubitare videretur,& vt ſcelus eam cauſam appellatam non eſſe veritatis Methodo aſſeret. At mihi quidem ſi pro no. pronominat, primo vt ipſe opinatur, deinde vt Cæſar exiſtimauit. Nomen ergo nomini opponit quod pronominātis eſt. Sceleri fatalem neceſſitatem, pronominatiōis definitio hæc. Fatalis neceſſitas eſt cum res non humanis cōſilijs, ſed diuina neceſſitate geruntur. Sed hæc res humanis conſilijs diuina ne

ceſſitate ſupatis geſta eſt. Fatalis ergo hæc neceſſitas fuit, ponitur aũt hic accõmodatio ſola, quã & expoſitionem appellamus. ſed accõmodatio, quę dictam, vel ſubauditam definitionem ſubſequitur expoſitio præcedit, quare ordine non re differunt, nec inter accommodationem, & definitionem aliud intereſt, niſi quod illa ſimpliciter profertur. hæc rem de qua dicitur aſſumit. quare plerumque accõmodatio ſola dicitur, quoniam ex ea facilior cognitu definitio eſt. definitionem ſine accommodatione vel expoſitione adhibere vitioſiſſimum, & propter id quod dictũ eſt, & quoniã quæ ſeparata non ſunt mouẽt, Liceat eſſe miſeros, quamquam hoc vi, poſt definitionẽ pronominationis quaſi quodam impetu animi, & indignatione in commiſerationem incidit, communiter plus de omĩbus dicit, vt poſſit perſona. Cæſaris nõ beneuolẽtiã ſolum captare, ſed ad miſericordiã compellere, qua maxime iſta cauſa defendi videtur. Illud enĩ potiſſimum exiſtimatum ſemper eſt, quid cum per totam fere orationem ſperſum eſt locum quoque ſuũ ſeorſum optinet. Nã quod cũ alijs cõiunctũ mouet & ſeiunctum non agitur infirmũ eſt. Non loquor de il.lo. que mouet viuos. de illis quo occiderunt loqui ſolum dici, vt magis moueat. Fuerint cupidi. fuerint ita, repetitio inciſa non velox. numero. n. impeditur. nam cõmiſerationis genus alienũ a velocitate eſt, mẽbris tamen breuioribus conteritur. nec enĩ hæc animi perturbatio in longius producere ſpiritũ poteſt, & orationẽ ſemper tardiorem facit. quare niſi cõiũcta ſint membra breuia numerum conſtãtem habebit. quod fiet, ſi his pedibus abundat, qui pluribus ſyllabis productis conſtat, quod ad conqueſtionẽ penitus referri nolumus. nam et ſi locis conueniant, genere tamen dicendi eſt in quo differant. cõmiſeratio enim cũ omĩa ad perſonam dicentis conferat, nec quantum in ſe eſt ad perſonã aduerſarij reſpiciat genus orationis poſtulat tardum, & inciſum, vt pronomiminantis. non prolixitate membrorum, ſed ſyllabarum productione aſſumatur, & vox altius efferatur. In conqueſtione cum perſonã quoque aduerſarij reſpiciamus acris ac velocis orationis non nihil ſubappareat oportet, ita tamẽ vt commiſerationis genus etiam hic eluceat. Ad hæc cõmiſerationi, & omni affectui nimio exornationes quibus verba eadem ſæpius ponuntur. quoniam in moratione affectus emergunt maxime conueniunt, quare commodiſſime repetitione vſus eſt. locus autem commiſerationis huius eſt a deploratione ſingulorũ. nec enim poſſumus non miſereri, cũ clari viri cupiditate quadam vel ira vel pertinacia in miſeriã deuenerint, ſed ei coniungitur locus diſtributione temporum. redit enim a preterito ad preſens oratio. In futurum etiam pro natura temporis protenditur, cum dicitur liceat ſceleris crimine furoris

mine furoris,parricidij carere.quę omnia forte in Ligarij factum Tu
bero congerebat.Liceat Gn.Pom.mor.ſplendore perſonæ,ſplendore
magis in miſericordiam impellit,ſi tantus vir quoniã ad aliquid etiã
ipſe vt homo errauerit,aut cupidius quid fecerit,idcirco in ſceleris,&
furoris crimen indigne trahatur.præcipue poſt mortem cum etiam
ipſis qui vere ſcelerati fuerant,natura ipſa duce ignoſcere ſoleamus.
Illud loco dixerim,quod & ſi ad grauitatem pertineat,breuiter tamen
tactum eloquentiæ ſtudioſis non parum fructus afferet,eaſdem fer-
me res orationis vi ad diuerſa rapi poſſe. Iam hic ea ipſa quibus opi-
nioni communi ac loquendi conſuetudine nomen negatur,commiſe-
rationem faciunt,genere dicendi commutato ſimul cum loci tracta-
tione,quæ quãtum poſſit,tametſi etiam in Rhetoricis tractatum eſt,
tamen id latius oſtẽdere ad pręcępta grauitatis pertinet.fit autem hic
perſonarum mutatione,quod enim alijs tributum opinioni commu-
ni confirmabat,qui communis locus definitiui ſtatus eſt,id ipſum in
eos,qui occiderũt relatum,commiſeratiõis locus factus eſt.His illud
addatur,quod niſi quis in quo loci differant, in quo cõueniant,& quo
modo alius ad alium tranſeat,& cum his omnibus tractationem tam
locorum quam adfectuum,& genera oratiõis formis idonea,niſi quis,
inquam, hæc teneat,& facere poſſit,nũquam oratoris nomine dignus
erit.De quibus omnibus latius dicemus,ſi dabitur ocium de grauita-
te ſcribere.Dabitur autem ſi, vt cæteri omnes,vel qui eas viles artes,
quas Mechanicas vulgo dicimus,profitentur,ſic nos quoque victum
nobis poterimus profeſſione noſtra comparare.Quãdo hoc ex te.pro
nominauit opinione ſua pronominaturus opinione Cæſaris.ibi ſeceſ
ſionem tu illam quoniã tutũ non eſt.quod alter exiſtimauerit abſque
præparatione proponere rationes,quaſi coniecturæ anteponit ab attri
butis perſonæ,ideſt ab eo quod Cæſari aliquid huius nunquam dixit.
quoniam nullus audiuit,& a factis mirifice,& auditoris animum im-
pellit quo vult,& aduerſarium in odium occultius rapit. Illud quo-
niam cum Pompeianis pacem cuperet,quod cum ſceleratis optare im
probum eſt,ex quo ſequitur quod non ſcelus,ſed ſeceſſionem exiſti-
mauit,qui pace coniungi cupiebat,hoc quoniam qui ſceleratos Pom-
peianos putat eum quoque a ſcelere non videtur liberare,qui cũ illis
pacem concupiuit.Mihi vero tua maxima,a perſona eorum quibus
benefecerat,& a beneficijs ipſis.habet autem is locus duplicem oratio
nem vna,partim,quia tam in rem P.quam in ſingulos benignitatem
ſuã amiſiſſe monſtrat,ſi multos vt ſceleratos conſeruauit.partim quia
qui ſceleratos ſaluos incolumi dignitate & vult,& facit, ipm quoque
in ſcelere teneri ſubijcit.Seceſſionem tu illam. Poſt rationes pronomi

nationem

nationem infert oratione ſeiunctam.ne ſi acriter id fecerit,cum offen-
deret,quem ita exiſtimaſſe a coniecturæ argumentis comprobauit.
Nec enim aliter poſſumus niſi cōiectura quid alter exiſtimat intelli
gere,pronominationis.deinde huius definitionem a factis,vt ſuperio
ris apponit diſperſius,quam vt facile poſſit capi,quod facit vt ars la-
teat,vis emineat,quæ plęrumque tanto magis inſurgit,quanto artifi-
cium minus perſpicitur,eam igitur diſperſam colligamus.Seceſſio ſi
ue ciuile diſſidium eſt cum duo ciues dignitate pene pares rem.P.ſal
uam eſſe cupientes,partim conſilijs,partim ſtudijs a communi vtili-
tate aberrant.Verum ne aberratio ad principes relata ad Cęſarem quo
que referri videretur.vtriſque cupientibus ad ciuile diſſidium ſtatim
ſubiungit,vt tam hoc quam illud,ſcilicet aberrantibus ad ciuilis diſſi
dij partes referatur.de principibus orationis ita ſeiunxit,vt ad ſubſe-
quentia potius quam ad antecedētia accommodari videātur.cum ta-
mē vi rerum definitionis pars ſit.nec enim vulgus niſi quos ſequatur
principes habeat diſſidere,ac ſcindi ſolet,quamuis erroris ad pricipes
propter naturam rerum relatio cum re ipſa lenior ſit(quoniam homi-
nis ſit errare)oratione quoque penitus leniatur.Nam quod dicit par-
tim conſilijs ad Pompeianos,partim ſtudijs ad Cæſarianos referēdum
eſt,vt non rectis Pompeii conſiliis Cæſar coactus ad propulſandam
a ſe contumeliam,& ad tuendum ius ac dignitatem ſuam inſurrexiſſe
videatur,quod cum vim accommodationis habeat expoſitum tamen
prius eſt,& aliis ſtipatum latet,ne ſi accommodatum loco extaret,ad
excuſationem ſuam hęc dici Cæſar ſuſpicaretur.que res & Ligarii cau
ſam euertebat,& in Ciceronem auditorem ſubincēdebat,alteram ve-
ro partem accommodationis quæ Pompeianorū erat omiſit,vel quo-
niam a definitione ipſa facilius colligi poteſt , vel quoniam cum ne-
ceſſe eſſet vtroſque accuſare Cæſaris partes extare maluit. Cauſa du-
bia excuſat vtroſque Pompeianos,& Cæſarianos.Nunc melior ab ef
fectu felici,cognita vero quod initio dubium fuerat, poſtea clemen
tia Cæſaris omnibus certum ac probatum eſſe adſerit.Sed vt omittam
Trāſitio breuis,vt abſque mora collaturus pedē videatur.Vtrum tā-
dem.ex fa.fui.tu.propoſitio comparatiōis abſolutę.nam cum in agen
da cauſa ſeparatus aliquis locus incidit,qui quantum in ſe eſt,ac ex eo
ſtatu maxime loci huiuſcemodi vis ducenda,qui rebus conuenit.con
uenit autem huic abſolutus iuridicialis,vt ſuperiori comparationi de
finitiuus.Nam ibi prohibere ſupplices ad pedes iacentes, & flentes,
& poſtulare ne ignoſcatur,tanquam ab aduerſario tandem datum ora
tor accępit.factum ergo conuenit.De nomine non cōuenit.itaque fa
ctum acerbum atque graue,immo etiam petitiōe ipſa acerbius atque

 grauius

grauius aſſerunt. comparatio ergo definitionis eſt, quam ſi quis iuridi
cialem putet, quoniam factum ſibi licere poteſt aduerſarius contende
re, vehemēter errat, Eſt enim iuridicialis proprium nullum factis no
men attribuere, at huic facto acerbius attributur. Eſt ergo locus ſim-
plicis definitiui ſtatus. nec erat opus acerbitatem definire. Nam acer-
bum atque crudele ſanguinem petere eſt, quod diſputando ab aduer-
ſario accępit cū dicat. Ego vero illud non poſtulo in quies, ſed ne igno
ſcatur, hoc ſi grauius illo apparebit, illud profecto ſequitur. hoc quo-
que crudele eſſe, quare cum his quæ ab initio ad finem ſunt ampliatio
& comparatio approbentur, & is locus maxime fictoriam ſoleat ſuſci-
pere fictorijs abſolutus eſt. hæc autē comparatio (vt diximus) iuridi-
cialis abſoluta eſt. factum enim Tuberonum Ligarij facto comparat
non illi quod ſubijciebat. nam illud ne intellexiſſe quidem ſimulat,
vt ſæpius iam dictum eſt, nec communi crimini, quod Pompeianus
eſſet, vel quoniam commune ſibi eſſet cum aduerſarijs, vel quoniam
& ſi ad recriminationem comparatio hæc pertinere videatur, ad con-
iecturam tamen pręparatio quędam eſt. nec ergo his, ſed huius pro-
fectioni profectionem illorum comparat. Conſtabat autem vtroſque
a ſenatu miſſos. licuiſſe vero immo honeſtiſſimum id ſibi Tuberōes
fuiſſe non poterant non aſſerere, quare id ipſum Ligario ſimiliter con
cedi oportere ab aduerſarijs orator arbitratur. Verum & ſi quæ ad gra-
uitatem pertinent breuius perſtringere mihi cum incideret propoſitū
fuit, latius tamen atque altius huius loci rationem, atque tractationē
mihi exponēdā intelligo. Subijciebat aduerſarius niſi a L. ex Aphri-
ca pulſus fuiſſet traditurum ſe eam prouinciam Cæſari fuiſſe, quod
Cicero cōiectura diluit, ad quā magni itererat ne cogitaſſe q̄dē id Tu
berones oſtendere, quoniam excuſare ſe conſtituiſſent, ſed impellen-
tium amicorum orationē ferre non potuiſſe, ceſſiſſe igitur, & quaſi co
actos profectos fuiſſe. hæc omnia, quod ſubiicicbatur, coniecturæ ar-
gumentis debilitant immo infringunt. quare non erant negligenda,
ſed nec apertius in coniectura dicenda, ne diſſimulationem aperirent,
nam quibus voluntatem fuiſſe, vel non fuiſſe probamus, ſi manife-
ſtius vt coniecturæ loci ponuntur, omnem figuram & ſimulationem
facile detegere ſolent quod cum accidit neceſſe eſt aliquid inuenire,
quod in cauſa ſit. quod & ſi ſuapte natura ita leuiſſimum atque inuti-
le ſit, vt prætereundum videatur, tamē cum ei coniungere commode
poſſimus, quod cauſam noſtram iuuat adhibēdum eſt. iam profectio-
nis ad profectionem comparatio ad Ligarii cauſam nihil adfert, nec
ita demētes Tuberones credēdum fuiſſe, vt profectionem accuſarēt.
nec, ſi feciſſent, Cęſar aures eis prębuiſſet, quare relinquitur, vt aut tā

tus orator

tus orator nugetur,aut aliud moliatur occulti⁹,primum inſani eſt cre=
dere,verum eſt ergo alterum,quare is locus per ſubiectionem tracta=
tur,cuius aperta intentio,profectionum comparatio figuris obtēta cō
iecturæ per locum,& voluntate refutatio. Vtrum tandem exi,vt com
parationis vi duplex propoſitio hoc eſt,ſicque ei redduntur rationes
ſeiunctim,quoniam inciſo genere opus loco eſt,vtrique parti accom=
modantur. Poteramus ne inquā,cum ſenatus authoritate Tubero rē
ſuam tutari poterat,eadem authoritate ſenatus Ligarium defendit.ex
uſcitatione vtitur,& velocitate,& inciſo genere. Atque illo tempore
comparationem æqualitatis quantum ad rem,& cauſam attinet tem=
pore imparem oſtendit,vt neceſſitate honeſtior Ligarij cauſa videa=
tur,& eſt amplificationis is locus a minori per collationem. Repræhē
do igitur minime vero Hoc idem illi poteramus ne inquies cū ſe nul
lo modo. reſumpſit ergo quod propoſuit,ex parte,vt omiſſam a perſo=
na rationem diceret per congeriem rationes non contulit,vt quæ con
iecturalia non ſunt inciſa oratione commodius inſerere poſſet, vtque
ita diſtincta,facilius animum auditoris ingrederentur,nec enim tan=
tum vt moueat,hic oportet oratio quantum vt interſecet orationem,
quo id quod ſubiicitur,auditor percipiat. Tuberōis ſors remotę a tra=
ditione voluntatis cauſas tangit,quod iturum ſe Aphricam neſciſſet
ſed coniecta ſorte præpoſitus quod abeſſet,quod morbo impeditus de
creuiſſet remanere ſtatuit inquit,vt conſilium eius certum oſtendat.
Hæc ego noui propter ho. multis rationibus aſſeuerat ſe nouiſſe. ſed
ita quidam agebant rei Pu. amicorum oratione ac authoritate impul=
ſum ceſſiſſe ac Aphricam petiiſſe ait,vt nihil de traditione cogitaſſe
videretur. quippe qui profectus non eſſet,niſi amicorum authoritate
victus ceſſiſſet,& ſimul cum illis profectus eſt qui eaſdem Pompeii
partes ſequebantur,que argumenta ſunt nō fuiſſe traditurum. Ex his
iam patet conſtitutionum locos inter ſe ita diffundi atque coniungi
ſolere,vt alii vel ipſa natura rerum ad alios concurrant, vel propter
figuras vt hic. coniectura enim in comparatione latet,& vi obtegitur
ac ſubſtentatur . Hinc M.L.C,vel correctione vſus eſt, vt auditor
acrius aduertat ira turbari Tuberones. Nam ſi crimen, Reddit ad cri=
minandum,vt aut etiam Ligarium innocentem putent,aut non mi=
nore crimine ſe quoque teneri credant,& eſt ratio ab eodem facto,qua
probatur ira non Ligarii crimine commotos . Qua aliquem ſe.ma.
at.is,tamen ab. profectionem profectioni comparauit. nunc breuius
atque cautius id Ligarii factum, quod aperte crimini dabatur,aduer=
ſariorum factǫ comparat. nam ſi crimen eſt quod expulit, non mi=
nus voluiſſe quam maluiſſe obtinere. voluiſtis autem vos maluit Li=
garius non

garius non minus ergo veſtrum, quam ſuum, ita, tota hæc comparatio ad hoc vltimum redire videtur, vt enim quę poſtremo in orationibus continentur, ſic quę in vltima locorum parte ponuntur, notantur magis, idcirco vel firmiora in extremis quoque principalium locorũ partibus collocanda, vel repetenda, vel amplificanda ſunt, vel, vt hic fit, ſi breuius atque tenuius aliquid, & ad rem magis pertinẽs etiam quę iã dicta ſunt, ad ſeipſum quodammodo flectat, loci totius exitum poſſideat. quod cum opus facto eſt. ſummopere cauẽdum ne diſtinguatur oratione, ſed quaſi conſequens antecedentibus innectatur. Varrus ſe impera. tranſferre videtur cũ non tranſferat. Non erat, inquit, is aliquis Ligarius. ſed Varrus tenebat Imperiũ, ita locus vim tralationis in Varrum habet. Illud manifeſtius ſubiicit ex natura prouincię. Tuberones quoniam Pompeiani eſſent authoritate Senatus miſſos omnium prouinciarum arce non pro Cęſare, ſed cõtra Cęſarem profecto fuiſſe. Natam, inquit, ad gerendum bellum contra hanc vrbem, quam iam Cęſar tenebat. Quare ſubiicitur contra te, Nunc ad coniecturam, quæ ab aduerſariis ſubiiciebatur veniemus. Si prius de ordine iſtorum, quę ad recriminationem pertinent, altius pauca repetamus. Quinque quædam recriminatur, quod & ipſe Tubero pro eadem cauſa pugnauerit, quod ſanguines Ciuis calamitoſi petat, quod ne ignoſcatur poſtulet, ꝙ de ſcelere ac furore Ligarii dicturum ſe profeſſus ſit, quod non honeſtior ipſius cauſa, quam Ligarii eſſet, & quoniam a firmiſſimis incipiẽdum eſt, nam coniecturã aperte ingredi tutum non erat, quoniam res ſubiiciebatur inuoluta figuris, ſed ne aperte quidem in illatam tutum fuiſſet, poterant enim aliquæ in animo auditoris ſuſpitiones relinqui, recriminatio vt aduerſarium vexat, & territat, ſic ad defenſionem parum adfert. quare a miſericordia erat incipiendum. quam conceſſio anteceſſit breuiſſime, vt res poſtulat tacta, vel quoniam natura firmior deprecatione eſt, vel quoniam cum præcedit ad miſericordiam aptiſſima, non poſſumus enim non miſereri cum voluntatem integram neceſſitate impulſam intelligimus. Miſericordiæ vero omnis deprecationis loci conueniunt, ſecundum conceſſionem attributio deprecatiua locum obtinuit, cui aliquam recriminationem coniungere opus erat, & propter breuitatem, & quoniam quando cauſa difficilior eſt, oportet ſequentis locos ſtatus maxime, ſi rerum quoque commutationem faciunt, antecedentibus ſic accommodare, vt cohæreant, nam & res acrius hoc pacto agitur, & ars magis latet, attributioni nihil prætet illud aduerſus Cæſarem, tu quoque Tubero pro eiſdem partibus pugnaſti, poterat accommodari, erat igitur ſolum hoc eſt quinque

miſericordię locis inſerendum, quod exempli loco adhibitum eſt, vt iam diximus, & confirmationi attributiōis attributum. Ante id quod ſubiiciebatur quoque coniectura propellitur Coniecturales loci, qui ſuſpitionem debilitarent, & faciliorem aditum ad ipſam cōiecturam facerent, erant occultius collocandi, huiuſcemodi vero coniectūrales loci, niſi in comparatione abſoluta latere non poterant, definitioni enim coniectura ſic coniungi, vt vnum videatur, fiatque tanquam vnum ex diuerſis non facile poteſt, ſed nec coniectura coniecturę, quę ſubiicitur ei, quę ſubiectioni opponitur, confuſio enim fit, & auditoris animum ita diuerſarum coniecturarum connexa ſimul argumenta non parum diſtrahūt, Quaſobres abſoluta comparatio ante cōiecturam collocata eſt, ex reliquis tribus, definitiua coniecturalem recriminationem ſequitur, quoniam ſi præceſſiſſet acerbum eſſe poſtulare ne ignoſcatur, non potuiſſet confirmari, niſi ad ea quę dicta ſunt definitione quoque acerbitatis vſus eſſet cōiectura propoſita ſola comparatio ſufficiebat, adde quod Ciuis calamitoſi ſanguinem petere in hac tota recriminatione acrius eſt, quare vt firmius primo collocandum· nam quod earundem eſſet partium Tubero, & ſi recriminationis vim non perdat, locum tamen non habuerit ſeparatum cum attributionis confirmatio ſit, & in eius locum tranſeat, etenim ſtatus, vel loci, qui coniunguntur, atque ad vnum confluunt, ſemper quidem naturā perito rhetori, ſi hæc velit inueſtigare facile, oſtentant. Vnus autem alterius, aut ita pars fit, vt ei nō vi rerum, ſed ſola orationis compoſitione inhęreat, vt hic cōiecturę locus abſolutę comparationi, aut trāſit, & re ipſa pars fit, non oratione, cū & alius, atque is cui coniūgitur, locus principalis dicendus non eſt. qui tamen ſi disiungeretur, principalis eſſe poſſet. Hoc pacto accuſas Ligarium, qui in eadem cauſa fuiſti, argumentum a factis, locus coniecturalis. Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus, qui locus Oratione diſtinguitur, vt recriminatio, recriminatior fiat, aut igitur oratione ſolum iungitur, aut rebus ſolum, aut re vtraque, vt illi loci.

Nam quod in ſecundariis fit, id itidem, & in principalibus & in radicibus fieri poſſe facile intellectum eſt. quam multi enim de victoribus, qui te crudelem eſſe vellent, cum & hi quibus ignouiſti, nolunt te eſſe in alios miſericordē. Item cū ipſa Legatio plena deſiderii, ac ſolicitudinis fuiſſet incredibili quodā fratrum amore, hic æquo animo eſſe potuit belli diſſidio diſtractus a fratribus. Quod ergo pro Pompeio etiam Tubero pugnauerat, recriminationis vires non perdidit, loci principalis ſedem perdidit. Recriminatio tam re quam oratione ſeparatur, inde incepit, Hęc vero nō modo mirabilia ſunt, ſed prodigii ſimilia quæ dicā. Hęc quaſi acrior prima locata eſt, ad quā ſequitur, nō ſāguinē poſtulo, ſed

ſtulo, ſed ne ignoſcatur, hoc vero multo acerbius, nam prępoſita nullo pacto vlla poterat adhiberi, quare neceſſe fuerat, ſi nihil ex omnibus quæ recriminationi dantur, attributioni accõmodari facile poterat, præter quam quod etiam ipſe pro eiſdem partibus pugnauerat, ſi dein de quod ſanguinem petebat tanquã acrius ſequebatur, ſi poſtea quam acerbius ſit poſtulare ne ignoſcatur, & flẽtes e pedibus deturbare erat adhibẽdũ. ſi poſtremo cõparatio profectionũ coniecturę principali p̄ ponẽda, neceſſe, inquã, fuerat pronominationẽ definitiuã, aut omitte re, aut inter cõparationes collocare, Ad hęc vt videas nihil eſſe Cice ronis, quod cõmutatũ aut trãſpoſitũ melius fieri poſſit id nõ omittã re criminationẽ omnẽ cõmodiſſimę cõiecturæ, quã accuſator a ꝑte agit poſſe coniũgi, imo debere, vt ſi hoc modo dicas, tu Cæſaris traditurus prouiciam eras, qui armatus in eũ irruiſti? Et ab hoc ad aliud, tu qui ip ſius Cęſaris latus mucrone petiiſti, traditurum te ei prouinciam dicere audes? Coniecturæ igitur quam aperte accuſatoris intentioni opponi= mus, recriminatio recte coniungitur, in quã nos ipſi per nos delati vi= demur, ei coniungi non poteſt, quare nullus recriminationi locus reli= ctus eſt niſi inter deprecationem primã, & abſolutam cõparationem. Sed quo quomodo ſe iſtud habet, Mirabilis ad coniecturam tranſitus, tantũ enim confidere Oratorem futura oſtẽdit coniectura, vt quo quo modo ſe habeat quę dicta ſunt, non valde ſolicitari videatur, quo in= quit, quaſi propter errorem, quæ ſequũtur firmitatem concedere velut repugnari quę dicta ſunt, ita & obſiſtẽtię vim retinuit, & quę dicta ſũt, non omnino dedit. Recepti in prouinciam non ſumus, hęc eſt inten= tio, quam aperte Tuberones inferebant. vnde miror aliquos, qui rheto ricam profitentur, quod Pompeianus fuiſſet Ligarius, accuſationis ca put potuiſſe opinari. Nam id vel Bubulci, & Agaſones falſum eſſe poſſent intelligere, qum ipſe dicat, hic querela noſtra quid valet. Recępti in prouinciam non ſumus, mutauit verba in mitius, nõ enim dubito illo intendiſſe Ligarii ſe ſcelere fuiſſe expulſos, quid ſi eſſetis Cæſari ne eam tradituri fuiſſetis. an contra Cæſarem retenturi? pro= poſitio coniecturalis, quam non alia ratione, ita dupliciter protulit, ni ſi vt diſſimularet figuras ſe aduerſarii intellexiſſe, ac ideo grauiſſime vtramque partem proſequitur, vt cum ſimulat dubitare, quam partem duplicis coniecturæ capient aduerſarii vi rerum ad hæc deductus non ex aduerſariis impulſus videatur. Vide quid licentiæ Cæſar, con= ciliat ſibi iudicem ſi reſponderit inquit quaſi id ille non ſubiecerit non dubitabo. Proponit reprehendendum eſſe conſilium eius, ſi dicet vo= luiſſe, non enim ſi tibi ratio a natura rerum, quæ ex eo quod alicui gra tæ, aut ingratæ ſunt imitari minime poſſunt.

Sed tamen hoc to.omi.tam.ne.offi.hanc de reprehẽdẽdo cõſilio par
tem.partim vt aduerſarium terreret attulit, qui ſe proditorem patefa
cere nolebat.partim vt tutius diſſimularet.ac ideo ſolum tactam al=
lata cauſa omiſit.nam qui multis rationibus cum quicquam reprehẽ=
dit orationem vallat,credere videtur factum id,aut cogitatum quod
reprehendit. Veniebatis igitur Aphri.Prouin.locus cõiecturalis,qui
cum perficiendi ſpem adimeret,eos ne cogitaſſe quidem oſtendit. nã
niſi poſſe quid credamus,id conſulto nunquam ſuſcipiemus. eſt aũt a
cõditione prouĩcię, a potẽtia regis, inimicis Cęſarianę cauſę,& a cõ=
uentibus firmis ac magnis, in qua re potentiſſimus. diſſolutum re
bimembre verbis trimembre.nam vt multitudine reiũ augeat,& cæ
ſa oratione in animo auditoris interſerat. aliena voluntas iquit quod
ei idem.eſt inimicus huic cauſę is locus.illud quoque ſubiicit etiam ſi
tradere tuberones Cęſari prouinciam voluiſſent.non obſuiſſe tamen
Cæſari eum qui eos expulit,cum quod cogitarant facere nullo modo
potuiſſent.ita hęc oratio vt apertius ferit,ſic occultius exulcerat.

Quęro quid facturi fuiſſetis,reſumpſit duplicem coniecturę propoſi
tionem,vt & confidere magis videatur,& illud poſſit addere. Quam
quam id facturi eſſetis non dubito cum videam quid fe. prohibi, po=
nit rem ante oculos breuiſſime. vtitur enim genere inciſo & veloci ap
tiſſimo ad diſceptationem,quo rem ita exponit,vt iterſerat & immo=
retur. quod facit vt argumentum quod infert maiore vi erumpat.

Quod ſi Cæſaris cauſa,fictorium quo id ponitur quod ſubiiciebatur
ad eum profecto id ſequitur ſi vera erat ſubiectio,& eſt concluſio ſim
plex. Veniſtis ad Pom.negat eos feciſſe quod feciſſent ſi vera ſubii=
cerent.acrius vero atq; cõmodius veniſtis ad Pom.ĩtulit.& nõ nega
tionẽ eius quod ex ſubiectione ſecutum eſt,tum ne in Dialecticam aſ
peritatem incideret,tum vt eo robuſtius quo breuius locũ abſolueret.
nam eius quod ſequitur negatio ſuſpenſam reddit orationẽ,niſi vſquã
ad negationẽ eius quod antecedit deducatur,qui oppoſitionis modus
tãto aſperior,incultior, atque deiectior eſt,q̃to alter eius modus iucun
dior,ornatior,atque ſublimior. Quę ergo hęc eſt apud Ce. cõcludit
nullã eſſe querelam ſuam,qua vt a ſpe perficiendi,& argumento a fa
ctis cõſequitur,prohibitos ſe a Ligario contra Cęſarem, bellũ gerere
conquerebantur.tria ergo poteſtas ĩ hac cõiectura offert auditori,duo
quæ dicta ſunt,& tertiũ ad bellũ cõtra Cęſarẽ gerendũ Aphricã pe
tiiſſe,quo,& ab honeſto,& a ſpe perficiendi quod hoc & potuiſſent,&
debuiſſent. Illud cõtra,& a facto Tuberonis cõiter erumpit.nam ſi
Aphrica prouinciarũ omniũ munitiſſima Cęſari infeſta erat.ſi ipſi
Tuberões Põpeianas ꝑtes cõplectebãtur,ſi dẽiq; a ſenatu miſſi ĩ A=
phricã,& ĩde expulſi ad Pom.cuius authoritatẽ ſequebãtur venerant

Ex his cm=

Ex his omnibus profecto emergit niſi Ligarius eos repuliſſet, contra
Cæſarem bellum geſturos fuiſſe,hoc ipſum timidius atque diffidenti
us ſubiiciebatur,cum dicebat. Vos Aphricã arcem omnium prouin
ciarum natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum optinere vo
luiſſe. ſæpe enim ĩ difficilibus cauſis quod prius ſubiecimus,id poſtea
cum rationibus magis corroborauimus,expreſſius dicimus. in quibus
etiam ita orationem componere,locos tractare,ac aut diſiungere aut
coniungere ſolemus, vt multa ſimul ac varia moliamur. Diſiũcta
itaque magis ac ſparſa ſunt quę hic a Cicerone dicuntur,quod tũc ma
xime faciũdũ cẽſeo,cum aut perſuaſus iudex eſt,aut aduerſariis fauet.
aut ſingula ꝑ ſe valida ſunt,q̃ oĩa huic obtigiſſe loco nõ facile negaue
rim. At in hoc vel cõmẽdatio,hinc manifeſtiſſime intentio aduerſa
riorum figuris relata videri poteſt,quare qui nec per ſe id intelligere
poſſunt,nec aliis dicentibus credere volunt, quaſi tertii apud Heſio-
dum ordinis homines relinquendi eſſent, niſi eorum doctrina,ne di-
cam an ignorantia,& temeritate,tenera & inexperta multorum inge
nia ĩbui videremus. non aperit hic tamen omnino figuram,quoniam
omnia hęc inde fluunt. Cæſari ne eam tradituri fuiſſetis,an cõtra Cę
ſarem retenturi,& ſi a Varro & a quibuſdam. ſubiicit remotionem.
Ego bene confiteor. Illud, ſed vide Cæſar cõſtantiam, redit ad corro
borandum amplificandumque argumentum, quanquam ego.quam
uis ipſe ãpliſſime dicturus de conſtantia Tuberonis,conciliat tam ſi-
bi quam ipſi iudicem,ne ad inflammandum eum hæc dicere videatur
commemorare modeſtius ĩquit,cum rem,quoad eius facere poteſt, ac
cumulat. Que fuit igitur vnquam,proponere videtur locum de con-
ſtãtia Tuberonis,cum re locum ab initio exaugeat. nec enim alius eſt
locus hic principalis atque prohibiti,ex prouincia cum ſumma ĩiuria
ad pompeium veniſtis. verum cum re vnus ſit oratione diſiũgitur,vel
ne vehementia,quæ crebritate ac collectione virium inuentionis fit,
fauentem aduerſario iudicem exaſperet,velut multitudinis ſpem faci
lius ſuperſedeat velut maiore mora,iq; loco alienũ a cauſa Ligarii ani
mum iudicis iam forte lenitum tandem penitus flectat,ac labefactet.
vt enim vnita ac coacta magis impellũt,ſic diffuſiora facilius animos
conquaſſant. porro ſi quis perſuaſum, aut fauentem aduerſario iudi-
cem pleniore oratione abſtrahere conatur,quaſi aridius ſubito flecte-
re lignum cupiat,franget priuſquam quo velit ducere poſſit, Conſtã-
tiam dico neſcio an melius,conectio amplior vt auditor magis aduer
tat. Quotus ei quiſq̃. Iſtud magnã patiẽtiã oñdit eo ꝙ nullus fere ali
us ita repulſus,& cũ crudelitate eiectus ad eas ꝑtes rediiſſet. vñ expulſ⁹
eſſet,quotus ĩquit. vt oñdat vix ĩ eo cãu alteru ita patiẽtẽ eẽ potuiſſe.

eis vt etiam aliis Pompeianus ignouit, ingrati viderentur, & auditoris in benefaciendo ac ignoſcendo voluntatem excitat. Quid cum re ipſa non commouiſſet animum, ſimplex concluſio a factis, quę tamē oppoſitionis vires retinet, cum res iſta non commouiſſet animum eius ad quem veneratis conſtantes ac pacientes fuiſſetis, non fuiſtis autem languidiores. Magna ergo conſtantia & patiētia ī ea cauſa fuiſtis, ſed vt ſolet oppoſitiōis ex negatione aſpitatē ac puerilē garrulitatē vitauit. factum intulit quod maiorem vī quam negatio habet, & ne acris nimium eſſet oratio, ſi in aduerſarios ſolum conuerteretur. ſe quoque ipſum complexa eſt. omnes inquit ſtudio vincendi tenebamur. Ac rurſus ne eius animi ſemper fuiſſe in Cęſarem videretur, his verbis leniit, pacis equidem ſemper author fui. Deīde vt vis extaret, reſumpſit, omnes inquam vincere volebamus. tu præcipue, ita & acrimonia nimia vitata eſt ī ea re, cuius ipſe quoque reus erat, & Recriminationem etiam cogitationis effugit, & omnem vim orationis retinuit.

CONIECTVRA DE ANIMO AC SENTENTIA TVBERONVM.

NVNC pauca de tota hac coniectura repetamus. deinde ad reliqua transſibimus. Coniecturam hanc de animo & ſentētia Tuberonum vt duplicem proponit, ita ſimplicem agit, quoniā cum ad vnicam perſonam factum ita refertur. vt alterutrum eſſe neceſſe ſit, dummodo vna pars confirmetur, neceſſario altera refutatur. negatur itaque eos voluiſſe quod ſubiiciebant. primo honeſtate, quod rem eis turpem nec cogitaſſent quidem, quem locum cautiſſime tangit, ne Cęſarem offendat. Deinde a poteſtate, quod ſpes perficiendi non dabatur. poſtremo ab his quę fecerant tanquam a ſigno, quibus omnibus cum intuliſſet petiiſſe eos Aphricam, vt bellū cōtra Cæſarem gererent, pauciſſimus iterpoſitis magis vt diſiungeret, q̄ alia ratione redit ad eius loci ampliorem expoſitionem. conſtantiam, patientiamque proponit, vt & redeat, & reditus lateat, & perſeuerātiam oſtēdat, quę res voluntatem optime declarat, & ad aliud quoque argumentum ab eodem loco deſcendit, quod quamquā Pom. querelis ſuis non mouebatur, tn̄ acriter contra Cęſarem pugnauerant. quare vim eius

 loci, quia

loci qui a factis eſt latius aperit & amplificat. nunc negociorum conſequētia incidēdo. Nulla contumelia, nulla vis. nullum periculum nūc perſonarū, Honor, nobilitas, ſplendor. nunc locum cum diſtributione. Non ad Ceſarem ne iratus, non domum, ne iners, non in aliquam, nunc factum ipſum. Languidiore credo ſtudio in caſu fuiſtis tantummodo in p̄ſidio eratis. Animi vero a cauſa abhorebant. nunc orationē ſolam. an vt fit in ciuilibus bellis. nec in vobis magis, quam in cæteris omnes ſtudio vincēdi tenebamur. hac huius loci ampla expoſitione patet, cum vim loci ab initio amplius offerre volumus, ſiue id coniunctim, ſiue diſiunctim agamus, cæſa oratione nobis opus eſſe nō velocitatis magis cauſa, quam vt mora & numero inſiſtamus, ac tādem labefactemēs auditoris animum & impellamus quo volumus, quāuis motus & velocitas, & nonnunquam curſus & pręcipitatio orationis cum coniungimus prout res poſtulat adhibeatur. cum diſiūgimus non vt multitudine rerum confuſior oratio reddatur. Sed ne iudicem impetu offendamus multo minus extare debet, quod facile faciemus ſi ſolutior erit oratio, ſi membris ſolum vel etiam clauſula velociores erimus. Cæterū aduerſionibus, interrogationibus, admirationibus ac omnibus quæ exſuſcitant maximeque concurſu multorum carebimus. quare hic ſi quid horum eſt, ne omnino languida, & iners oratio ſit, quod loco qui eſt ab initio alieniſſimum eſt, id ſimplex eſt. aduerſio cum interrogantis ſpiritu his ſolum accepta eſt. Accepta incommodo id tu quæ ad. q. detuliſtis? & tibi quid cum res iſta non cōmouiſſet eius animum, ad. Quem veneratis langui. cre. ſtu. in cauſa fu. tantummodo in prę. e. animi vero a cauſa ab, ſed vtrobique rebus in vltimo vero & methodo impetum declinauit. Illud autem nō ad Cęſarem, ne iratus. non domum, ne iners, non in aliquem, cum rebus pręceps ſit, & cæſis compoſitum, tamen quoniam quietum eſt, & diſtributioni coniunctum ita tardiuſculum eſt. Et quoniam de inciſione dicimus, illud quoque apprime tenendum triplicem eam eſſe, quæ tam rebus quam oratione inciſa eſt, vt partitio & diſtributio, quæ rebus non oratione, vt conſecutio & ſubcontinuatio. quæ oratione non rebus vt expolitio. Illa languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis tantummodo in pre. eratis. animi a cauſa ab, quam mirifice compoſuit, vix enim etiam cum diu conſideraueris res integra videtur, quæ adeo vna eſt, vt duo quæ ſequuntur membra ad primum, tertium ad ſecundum interpretationis modo referatur. hos inciſionis modos non caſu dicet niſi temerarius orator, grauis, quem & prudentem licet dicere, cauſæ accōmodabit. ſed de his ſatis. Nec enim cuncta dicere poſſemus, cum nulla fere ſyllaba ſit, quę non certa ratione atque adeo diuina eſſe videatur. illud

tur. illud tamen non prętermiſerim cõſiderandũ ꝙ & velocitate opus
ſimul, & mora ſit quod hic locus oſtendit. Illud breuitate. hoc diſtra-
ctione membrorum fieri poſſe. Nunc quęro vtrum veſtras iniurias,
Duplex cõcluſio qua oñdit ſuas eos nõ Rei P. iiurias perſequi, qđ eti
am cum diceret ad Pom. eos querelam detuliſſe, & eius animum non
mouiſſe ſubiiciebatur. Videte ne erretis, contrarium eſt. nam qui ini
micis ignoſcit ſuis non perſequitur alienos. hinc etiam palam ẽ, quod
expulſos ſe cum iniuria Rei P. cum a ſenatu miſſi eſſent aperte accu
ſatores contendebant, quod non eius cauſa, quoniam incõſiſtens apud
Cæſarem erat, auſi ſunt deferre, ſed propter ſubiectionem. Itaque
non videor. Cõuerſio ad iudicem qua ſibi beneuolẽtiam interpoſita
ſententia exordii comparat, vt & repetat, & ad parentem agi cauſam
demonſtret, quæ etiam apud iudicẽ agi poſſet. cauſas Cæſar egi mul-
tas, equidem tecum. Cæſaris ipſius teſtimonio vtitur, quod ad iudicem
aliter agitur, alirer ad parentem, quomodo ad iudicem, quomo-
do ad parentem collatione breuiter exponit. Dicte Cæſar, poſt
collationem parentis, & iudicis aptiſſime ad Cæſarem breui per
occupationem vtitur epilogo ac enumeratione eorum quę dicta ſunt,
quæ etiam apud iudicem valerent. Ita vt omni in iudicio poſſe ab-
ſolui Ligarium oſtẽdat, multo magis a parente ignoſcendum cõtẽdit
Sed ego ad parentem inquit loquor, huic loco, & contrarii, & minoris
vis ineſt. abſoluere eñi iudex, ignoſcere parens ſolet. ac rurſum iudex
ſeuerus, parens miſericors eſſe debet, verum quæ ad iudicem referun-
tur, acria eſſe non debent. quare non impetu, vt natura rerum petit, ir-
rumpunt, ſed auditori accommodata eius animum illabuntur. carent
ergo acrimõia, partim quia abſoluere, & ignoſcere, miſericordia, & ſe
ueritas non aperte vt iudex & parens inter ſe referuntur, & commuta
tis verbis, & occultius neque connectuntur breuiter. ſed ſparſa latius
etiam diſiuncta etiam retenta ſunt, quod factum eſt quoniã ad ipſum
auditorem feruntur abſque vi vlla & illabuntur, quorũ vis vt facilius
appareat, nos ipſa colligemus. cum legatus ante bellum profectus Li
garius ſit relictus in pace, bello oppreſſus, & in eo non acerbus, ſed to-
tus animo ac ſtudio tuus, quæ omnia vel apud iudicem abſoluendum
valerent. tu qui parens es apud quem etiam cum dicimus errauit, fecit
temere, fecit timore ad clementiam tuam confugit, veniam petit,
vt ignoſcas orat, condemnabis? & per oppoſitionem ſic. Si dicerem,
Cæſar, errauit Ligarius, fecit temere, fecit timore ad clemẽtiã tuam
confugio, delicti veniam peto, vt ignoſcas oro, Si ſola hæc dicerem, ſi
nihil aliud offerrem. tu, quoniam non ad iudicem, ſed ad parentẽ hęc
dicerem, opem ferre non dubitares. nunc cum, & illa vere adferãtur

legatus ante

legatus ante bellum profectus eſt, relictus in pace, bello oppreſſus, & i eo non acerbus, ſed totus animo ac ſtudio tuus. hęc cum apud iudicem ad abſoluendum valerent, apud te parentem non efficient vt ignoſcas. ex his patet quod vniuſcuiuſque loci tractationẽ rebus idoneam orator tenere debet, ea vtetur. ſed cętere quoque circunſtantię patiuntur ſi minus cauſę orationem nõ orationi cauſam accommodabit, ita & vis rerum inerit, & cauſa agetur nõ euertetur. & quæ natura ſimilia ſunt, in variis cauſis, & diuerſis locis tractationem variam habebunt, & ſicut cauſa poſtulat agemus, & auditorem varietate delectabimus. Si nemo impetrauit, diſtributio. Tu idem fer opem qui Attributio de precatiõis locus. An ſperãdi Ligario. A minore eſt, & habet tractationem loco conſentaneam. nam cum ad extollendam clementiam Cæſaris ſumptum ſit, ad Ligarii ſpem ac animum fertur, non ad auditorẽ vt ſuperiora, ferretur autem ſi ſic dixiſſet an ſolius Ligarii ſpem falles cum mihi apud te locus ſit etiam pro altero deprecandi. Sed cum vim rerum retinendam cenſet, ſi durior res ipſa eſt, tractationem mutat. ſin tractationem retinet, rem in mitius vertit, quanquam neque in mitius vertitur, quanquam neque in hac oratione pręparat, & exorditur vltimam hanc deprecationis partem, quam non vt primam, ſed latius dicturus eſt. totius enim cauſæ fundamentum vt in ingreſſu tangendum eſt, ſic in exitu ampliſſime pertractandum videtur. captat igitur beneuolentiam a perſona Cæſaris ex viſceribus ipſius deprecationis. Cauſas apud te rogantium. Expolitio vel interpretatio eſt ſiue vtrũque. nam inter eas id intereſſe arbitramur, vt cum vtriſque eadẽ res ſit, & aliud atque aliud dici videatur, in interpretatione, vt nomen ipſum oſtendit, ad clarius deuenire plęrunque ſoleamus, & duorum membrorum numerum excedere non debeamus Expolitionem non interpretandi cauſa adhibemus, ſed vt immoratione locupletius atque politius quod dicitur reddamus, ac ideo certum membrorũ numerum non obſeruamus. Id rogantium cauſa nihil aliud eſt niſi neceſſitudo eius pro quo laborant, vel potius erga eum officium grati vultus Cæſari eorũ ſunt, qui ſui neceſſarii ſunt, ſed vis quoque correctionis ſubeſt, cauſas enim neceſſitudines rogantium quas habent cum his, pro quibus laborant gratiores eſſe dixit quam vultus, id eſt quam neceſſitudinem quam ſecum habeant in altero membro, alterum omnino negauit, nec ſpectare quam tuus eſſet neceſſarius is qui te oraret, ſed quam illius pro quo laboret. Itaque tribuiſti. Magna laus Cæſaris abſque adulatione, quoniam ex ipſa re commodiſſime oritur. Sed video tum apud. Redit ad illam ſentẽtiam vt iam abſoluat accommodatiſſimũ ad ea quæ ſequuntur exordiolũ, non enim argumenta ſolum & locos, quibus

quibus probamus ad cauſam,non cauſam ad locos oratores debent accommodare,verumetiam ea quibus cōciliamus,nam hic Cicero ſi qui pro Ligario laborabant ſumma neceſſitudine coniuncti cum Cæſare fuiſſent,non ita,ſed cum cauſas rogātium ipſum ſpectare oportere non negaſſet,tum multo magis,quod ſumma ſecum coniunctis neceſſitudine rem gratiſſimam faceret,nūc quoniam id dici non poteſt,id quod dici poteſt ita tractat,vt fieri debere videatur, & factitatum iam ab eo ſit,neceſſitudine magna coniunctos dicit,& iuſtiſſimo eos dolore commoueri,vt e viſceribus cauſæ trahatur exordium ex illa parte maxime quę de fratribus eſt, qui cum Ligario potius exules mallent,quam ſine Ligario Romę viuere,Poſſum fortiſſimos vi. Poſt breuiſſimum exordium,ita enim fieri neceſſe eſt interagendum,vbi vel nullum,vel breuiſſimum,& plærunque ſolutum exordium eſſe debet,locum deprecationis aggreditur a magnitudine animi eorū qui rogant,qui nonus cōmiſerationis in rhetoricis poſitus eſt. Et dolorem huius ti,multum mo uemus tamē fortes , & nobiles Viros in ſqualore eſſe oſtendimus, quid de fratribus dicam?a diſiunctione ſexto commiſerationis loco, vt quoniā fratres diſtracti viuere non poſſunt,aut Ligariū reſtituat,aut intelligat fratres eius,qui ſecum ſemper fuerunt,id ipſum exilium optare, vt cum fratre vitam agant,quam patria , quam domus , quam Dii penates, amplificat diſiunctionis dolorem repetitio commiſerationi accommodata. Si fraterne,ſi pie,ſi tū nō eſt, cum dolore mouetur dolus ab eadem dicendi formula ad quę adeo ſchemate cito recedēdum, nec omnino ideo adhibendum,nam qui ad dolorē impellere vult, & inſtare debet & mouere nimium,moram in adfectu requirit adfectus. idem eandem dicendi formam poſtulat,alterum commutationem flagitat, quare ni varia ſchemata id ipſum efficere poſſunt eodem ſchemate inſiſtēdum numero,ac tractatione commutandum,iam hic ſchema vnū videmus,repetitiones, tres tractationem variam,nā in prima præintellecto verbo cuncta redduntur,in ſecunda poſtpoſito,in tertia abſolutiſſima ſingula ſunt,quam non ſine cauſa ab. m. litera incæpit,eſt enim id elementum fletui potiſſimum accommodatum. Illa vno exiſtente, mirifice mouet poſt poſitum,nam & ſequentia excitat,& pręcedentia diſtrahit,& hiatu ploratum imitatur,ex quo facile videri poteſt,quantū in dicendo poſſit tam tractatio quam compoſitio. ſi quis enim ita dicat,nam Ligario exulante quoduis exilium his optatius eſt,quam vel patria,vel domus,vel Dii penates,& ſi dignitatem orationis detineat, non multum tamē commiſeratione commouebit. Valeat illa tua vox Seruauit verbi modum in quarto mēbro,vt in vocis curriculo impetu ferri videatur,vitauit repetitionem,ne multitudo faſtidium pariat, &

vt vi

vt ví rerum ferri non præmeditatione putetur. Ad hæc cum non mo ueat niſi mota oratio quadrimẽbris repetitio ab huiuſcemodi affecti bus quaſi firmior, alienior eſt bimembris, vix affectũ ſignificat, quas ob res eum numerum in membris retinuit quem & in repetitionibus obſeruauit. Te enim dicere audiuimus, attributio qua ex comparatio ne Pompeianorum benignitatẽ Cæſaris ab eo quod ſolitus eſſet di- cere oſtendit, dicere inquit te audiebamus quod nos Pompeiani .ſ. aduerſarios omnes putabamus, qui nobiſcum non eſſent, cum tu om- nes tuos putares qui contra te non eſſent, ex quo ſequitur quaſi a con trario multo magis putandos ſuos qui ſemper ſecum fuerant, nam ſi qui ſecum fuerat ei opponitur, qui ſecum non fuerat etiam ſi con- tra ſe non fuerat etiam, & eum qui contra ſe non fuerat ſuũ ducis, mul- to magis eum qui pro ſe fuerat tuum duces. Vide igitur hunc ſplendo rem, attributio comparationi deprecatiuę confuſa, attributio quoniã ſplendorem ac nobilitatem, comparatio quoniam merita rogantium in Cæſarem commemorat, ſplendorem tranſlatio augendi cauſa, hãc doctorum domum appellauit propter nobilitatem gentis, idque fere dicit nõ exornandi, ſed amplificandi cauſa, quod interpretationis eſt, Et vt euitaret ſacietatem quantum repetitionis vim minuit, tãtum ex iucunditate agnominationis mutuatus eſt. Hunc Lucium. Deſcẽdit ad ſingulos per articulum, potuiſſet & ſingulos enumerare, deinde re ferre vniuerſam doctorum domum, omnem ſplẽdorem, quo tractatio his locis conuenientior eſt, nec enim poteſt commoueri auditor cum eſt ſingulis ac minutiorib⁹ ad multitudinẽ, et ad maiora procedit ora tio, verũ quoniam hoſce omnes equites Romanos dicturus erat quod poſtpoſuit propter maiorem multitudinem equitum, qui Ligario fa- uebant, ne confuſio fiat, & vt varie diceret ab vniuerſis incœpit in ſin gulos cedendo deuenit, & tandem hoſce omnes equites Romanos ad- iunxit, quod ad totum hunc attributionis locum collectio quædam eſt, ſic & idonea loco tractatio reddita eſt, varietas atque diſtinctio ora tionis facilius animum authoris illabi affectum facit, atque his maxí me comparatione deprecationis oſtendit quantus amor Cęſaris partí um, & auget rogantium merita. Conſerua igitur tuis. Concludit com parationem quam præceſſit attributio in eodem orationis contextu, quoniam coniuncti loci maiorem vim habent Et ĩ demonſtratiua iu dicialibusq; , niſi quid ĩpediat cũ diſpoſitionis præcępta cõſcribemus præponi oportere demonſtrabimus, deprecatiuę autem cõparationis propriũ ẽ vt noſtris, aut noſtrorũ enũeratis ac adauctis oratione meri tis, maiora aut plura bñficia dicam⁹ quã delicta ſint q̃ cõmiſim⁹ . qua ex re illđ quodãmõ auditori ſubijcit debere ſi grat⁹ eẽ velit, ignoſcere

ſed plę-

ſed plerũque ne moleſti ſimus acrimonia loci tractatione minuitur, vt hic Cicero ad alterã cõparationis partẽ, quę ex attenuatione delicti cõſtat, occultius tranſit, immo ita tranſit, vt rem nullo pacto pertinentem ad ſuperiora dicere videatur, Nam his verbis omnino orationem ſeiunxit. Quod ſi penitus perſpicere poſſet, nec tamen attentationem occupat, ſed quod maius eſt conceſſionis vim per purgationem ex neceſſitate, coniectura ex fraterno adfectu animo ac voluntate Ligarij comprobata. ita auditor ad ignoſcendum impellitur ei, qui neceſſitate peccauit, cui etiam ſi conſulto feciſſet ignoſceret propter ſuorum merita, quare his omnibus ea vis quæ a maiore eſt cautius intruſa latet. Qui ſi conſilio id feciſſet. Subiecit vim a maiore nõ expreſſit oratione ne aſperior videretur, retinuit tamẽ tractationem loco aptiſſimam, vt eius vi, quod dicitur ex ſe ipſo iudex perſpiciat. Eſſet eorũ ſimilis mirifice, & vim a maiore ſubiecit, & orationem ad benignitatem, & clementiam Cæſaris retorſit, vt quaſi ab exemplo proprio, qđ & alijs ignouerit, Ligario quoque ignoſcere impellaẜ. Sed ierit ad bellum diſceſſerit minus dicit, vt attenuet. Virium etiam a fratribus, non veriſimile eſt adfectum fraternum, ſic ab eo cõtemptum ita quod dat cum amplificare videatur tunc potiſſimum eripit. At etiã memoria teneo. Cõparatio per cõmemorationẽ meritorũ Titi Ligarij, cui etiã vis attributionis ineſt. Etiam de alijs quæſtoribus extollit merita collatione, qui cum nihil aliud extollit magnopere ex animo ipſius. Nulla enim res eſt adeo parua, quã ſi ſtudio in amicum facimus, vel ab eo, vt boni viri iudicemur, plurimi exiſtimari non debeat is cuius cauſa facimus, admonitus huius euitauit, vt ſolet, comparationis acrimoniam. Fratres optimos & in te, ab euentu tenuiſſime, maiorẽ em̃ copiam res non ſuppeditabat. nunc quod in Rhetoricis de ratiocinatione diximus exemplo demonſtrabimus, deinde deprecationis huius genus conſiderabimus. Ratiocinatio igitur cũ trium partiũ ſit, bipertita plerumque inuenitur, non enim quemadmodum dialectici ſemper orator complectetur quæcunque ipſa in argumentatione continẽtur. verum id ſolum de quo dubitare auditor poſſet, diligenter plerũque exponet, quod in vniuerſum verũ eſt, aut veriſimile poterit præterire, vt auditor cũ ex ſe adferat, quod facile, aut fere ſine cogitatione animo ſtatim oboritur mollior ad conſentiendum ſit, & orator vna re tantũ occupatus copioſius eã explicet firmiuſque ſtabiliat, & oratio grauior ſit ac expeditiot cũ ea relinquũtur, q̃ ſuapte natura occurrũt. his de cauſis crebrius hũc modũ oratores ſuſcipiũt de quo nihil adhuc dixim⁹, qm̃ putauimus vno vel altero poſito exemplo cætera omnib⁹ aptiora futura. vt igitur quid dictum, quid relictum ſit pſpiciatur,

ratiocinationem de quæſtura Ligarij qualis in re ſit conſcribamus Omnibus Cæſar qui ſtudio in nos ſuo,quique vt boni viri a nobis iudicentur nos & dignitatem noſtram quantũ in eis eſt tuentur,ſi quid honeſtum ſupplices a nobis petunt,cõcedere debemus. Sed Titus. L. ſtudio in te ſuo ac vt bonus vir a te iudicari poſſet mirificus erga te & dignitatem tuam fuerat quæſtor,cuius ratio quod non ego ſolum memoria id teneo,ſed te quoque ipſum ſpero non eſſe oblitum, qui nihil obliuiſci ſoleas niſi iniurias.debes ergo huic cũ ſupplex petat fratris ſalutem cõdonare. Huius raciocinationis prima pars relicta eſt,& oratio excitatior,grauior,nec minus dilucida. Longior vero facta eſt, & propter rationis interiectionem, & propter comparationem ex collatione ad expolitionem locupletationemque argumentationis pertinẽtem. Huius & illud coniecturale eſt,quod non vt repetat,ſed vt ad miſericordiam impellat interiecit. Nam omnis enumeratio, ſiue tenuis,ſiue ampla ſit id habet proprium.vt quæ probata ſunt adferat nõ probet.hic quod adfertur in minuta ratiocinatione probatur,quam in integram ſic reducimus. Omnes homines Cæſar qui cõſpiratione ac pene conflatum inter ſe conſenſum retinent,niſi vi diſtracti diuerſas ſententias fortunaſque non ſequuntur.ſed Ligarij fratres tres conſpirãtem ac pene conflatum inter ſe conſenſum retinent.voluntate igitur tecum omnes fuerunt,tempeſtate arreptus eſt vnus,quod Ligarij huiuſcemodi eſſent,etiã ratione interſperſa probauit,quod nullus ſit qui hoc non nouerit.nullus qui nõ ſentiat,ſed de his hactenus. Genus autem & forma dicendi deprecationis commiſerationis genus eſt,quod conſtat breuioribus membris,clauſulis magnificis, firmis,atque conſtantibus,niſi vbi coniecturam in conceſſione de animo,& voluntate Ligarij adhibuit,quæ quoniam plurimum mouere poteſt in confirmationis fronte poſita,etiam in ſubſidijs collocata eſt.præterea quod maximum eſt,tota oratio diſiuncta varia compoſitione eſt,quæ varietas tamen habet quaſdam moras,& quaſi ſtatus commiſerationi ac commodatiſſimos.ad hæc circunductionis nulla fere,aut non magna vis,aſperitatem vero omnem,& acrimoniam rebus ipſis intercurrentem conſilio atque copia declinauit.ita genus commiſerationi ad vnguem quadrat.res acriores inſunt,quas nec omittere poterat,ne totam cauſam amitteret, nec eis genus ſuum accommodare ne auditorem concitaret, quod contra præcæpta eſt. Nam cum dicimus rebus orationem non orationi res accommodari oportet. Rei vocabulum toti cauſæ vſurpatione attribuimus. Fac igitur quod de. concluſio totius orationis. Nam deprecatio,& ſi in extremis collocata ſit,& a commiſeratione nõ aliena,nõ eſt tamẽ commiſerationis pars,

ſed totius

totius,ſed orationis huius,quod ſępius dictum eſt,ſtatus principalior
& radix.qui autem concluſionem putant ad hoc quod dictũ eſt, etiã
ignorant nihil alienius eſſe ab omni concluſione,quam exordium.
Hæc igitur concluſio breuiſſima eſt,nam quæ a ſuperioribus repeten
da erant ante deprecationem repetit,ita cõcluſa parte omni orationis,
quæ deprecationẽ repetit,tranſit ad deprecationẽ,qua breuiter tracta
ta reliquum erat idipſum inferre propter quod deprecabitur . igno=
ſcendum eſſe Ligario,vt cęteris.quamobrem ſtatim,& a gloria quam
conſecutus fuerat reſtituto Marco Marcello Cæſarem ad ignoſcen=
dum impellit.Nihil enim eſt tanquã bo.nulla eſt deũ, attributio ſin
gularis ad miſericordiam accommodata,vt eñ cõmiſeratio depreca=
tioni congruit,ſic deprecationis loci a miſericordia non alieni.Eſt au
tem poſtrema hæc orationis particula grauiſſimis ſententijs quatuor
conſtipata,quarum primam,& tertiam vniuerſalius protulit,ſecun=
dã & quartã perſonæ accõmodauit.Genus dicẽdi mẽbris illuſtribus,
& diſiunctis ac abſolutis,clauſulis amplis,locatione,& numero digni
ta[illegible]cõpoſitũ eſt,pulchritudinis quoque ac venuſtatis dignitas nõ pe
nitus omiſſa.Sed & iucunditas ſubſtãtiæ nõ extat,ne ſentẽtiarũ deij=
ciat grauitatem.Repetitoni eñ cũ quieta eſt,& varia venuſtatem ac
pulchritudinem facit tanto maiorem,quanto non nihil etiam iucun=
ditatis accedit,ſed duplicatur.At hic ſi negationẽ in tertia ſententia
propoſitionis parua mẽbrorum commutatione duplicabitur.Quare
cum vtilis,Magna laus Cæſaris qua ſeipſum conſulere non alios im=
pellitur.Tanto teipſum admo.ab euentu optimus orationis exitus e
magnitudine bñficij, ſi vnius ſalute plures cõſeruẽtur,a magnitudi=
ne calamitatis,ſi vnius dãnatione plures cõdemnentur.Nunc quę de
tota cauſa incipientes diximus latius repetantur.nam quoniam iam
ſingula expoſita ſunt,melius,atque facilius quæ communius conſi=
derata ſunt percipiẽtur.Fuit in Aphrica Cæſar,Ligarius,aduerſus te
fuit,veniam petit.dignus enim eſt vt ei ignoſcas,is qui cum fratribus
fuiſſet,ſi ei licuiſſet & Aphrica diſcedere,præſertim ,cũ ijs ignoueris
qui te,vt crudeliſſimi viri multo magis inſecuti ſunt,indignus qui
nos tradituros ţibi Aphricam ex prouincia repulit,quod & ſi pro fir=
mamento poſuimus,vt ius totius cauſæ videatur,tamen intentionem
etiam alteram appellauimus,nec enim Tuberonem firmaſſe cauſam
credendum eſt ea re,quæ ſibi dictu turpiſſima erat, ſed ſic potius in=
dignus, qui nos ex ſenatus authoritate venientes in Aphricam re=
pulit.Verũ quoniã hoc non cõſiſtit.nec eñ Cæſar ſenatus partiũ,ſed
ſenatui hoſtis erat,ſubijciebatur, tradituri eramus Aphricã, qđ quia

mordeant,quale hoc eſt quo in Varrum remouere videtur.his recte cognitis.ſi dicēdi copia ex elocutionis vi rite acceſſerit,orator iam erit qui hęc videt,& eloquitur,ſi quidē pronūciationē quoque idoneā ſingulis attribuit.ſin minus,attamē in ſcribēdo priſcis oratoribus conferendus.hęc igitur cauſa ita iudicatione,ac ſtatu coniuncta,& multiplex deprecationē,& ſeorſum actā,cōſiſtit enim apud imperatorē, & ſparſam per totam orationē habet,vt debet principalē ac fundamētū, & vt ita dicam ſuſtentaculum omniū ad eam cōceſſio antecedit,natura enim ſtatuū ſic poſtulat,vt in quarto Rhetoricorū innuimus,præterea cōceſſio ad deprecationem,& miſericordiam,vt plurimū adfert ſi admiſcetur,ſicut antecedit earum rerum fundamentum eſt.deprecationi recriminationem cōiunxit eam quæ eſt eiuſdem criminis, & cū recriminari cœpiſſet,neceſſe erat impetu orationis cętera huius cōiungere,vt re incitatus dicere non ſtudio ad ea deſcendere videretur. Coniecturam poſtea cōmodiſſime interſerit,quā ab alijs ſeparauit, quoniam ſimulatione ſibi non ſubiectione agenda erat accuſatio,ſparſit per totam orationem ita enim figurata quæ cauſam ſubſtinēt diſponi debent.hic hoc pacto diſtributis tandem repetitis quę vel ad iudicem valere poſſent ad deprecationem cui etiam cōiecturalem cōceſſionē iniecit,ita ſummus orator cunctis ingenio mirabili,artificio ſingulari,inuētis,diſpoſitis,dictis diuinam hanc orationē reddidit,exordio vniuerſæ cauſæ penitus accōmodato,narratiōe luculēta, vera,breuiſſima,ſeiunctione ,confirmatione, concluſione abſoluta exordij genere morato,adfecto vero narratōis delectu verborū,& numero pene illuſtri ſchematis,recto ac puro.confirmatione varietate,ac varia concluſione.Illuſtri pulchto,iucundo,quæ omnia ſic conſecutus eſt, vt nihil addi,aut minui,nihil tranſferri,nihil commutari,nihil aliter dici poſſet quam dictum eſt,quin ilico,vel mediocriter perito homini labefactari,ac ſordeſcere videatur oratio ,& quod admirabilius eſt. nullum fere verbum poſitum eſt , quod cæteris omnibus non conueniat , nullum vanum aut inane , nullum quod vel antecedentia non reſpiciat,vel ſequentia non proſpiciat,quæ res maxime declarat artificio non natura ſola,quod multi falſo arbitrantur præclaros oratores ſcripſiſſe.Nō dico hęc temere,nec ſuplatiōe vtor.verū ex ijs q̄ video tāta diuini illius tā igenij quā artis admiratiōe adficior,vt facile credā plura me atque maiora fugiſſe.nec tamē q̄cūque vidi ſcripta ſunt,multa ne oſtentatione ſcriberē.multa q̄a cōiſſima,ſunt nō nulla pōdere ac multitudine rerū oppreſſi reliquimus . nulla enim ferme oratio eſt,quæ vniuerſam artis doctrinam non flagitet.quare ſi quid addi poſſe quiſpiam arbitrabitur.ſi grati animi eſſe voluerit non

magis detrahet,quod quicquã,aut neglexímus,aut non vídimus quã probabit,quod non ſolum præcípiendo hæc ſtudia illuſtrauimus,veru etiam rem aggreſſi ſumus,quam nemo vel e priſcis illis atque doctiſſimis viris,cum eo multi otio abundarent,vt inutiles etiam fabulas conſcriberẽt,vel latine,vel græce adoriri auſus ſit.ſequẽtur igitur omnes qui his humanitatis ſtudijs dediti ſunt,quique maiorum dicẽdi copiam ſimul ac gloriam adipiſci cupiunt hanc certã exquiſitãque dicendi viam,nec aut multitudine,aut magnitudine rerum deterreantur,nec enim difficile eſt immortalitate dignum opus componere ſi quis cum natura valeat,quæ tamen benigniſſime omnibus fere ſe tradit,artem ita ſibi habitu facit innatam,vt a natura ipſa parum diſtare videatur,quod ſi cui arduum videatur,noſtro commonitus exemplo incumbat diligentius,qui & ſi multis aduerſæ fortunæ caſibus oppreſſi huic rei non tantum laborauimus quantum voluimus,& nunc ſi daretur ociũ alijs quoque doctrinis non nihil conferre poſſemus,tñ quoniam artificium ſequimur,quod ad communem vtilitatem cunctis edidimus,& quicquid vnquam ſcripſimus,& ſi non penitus accedere, attamen non longe fortaſſis ab oratoris vi,ſi quis ſyncere examinat fideq; abeſſe videbitur,quod ita eſſe,vt facilius ad hãc noſtrã pręceptionem omnes inducantur vnico exemplo demonſtrabo.ex agaſone ígitur noſtro illud ſumatur quo in aduerſariu m cum dedignatione feratur oratio. Verum hic loci factus non poſſum non dolere,quod in gręciam omnium bonarum artium inuentricem,in græciam deorũ olim domicilium, non Iouis dico,& Iunonis,non ad fabulas refugio, ſed multorum Heroum & ſanctorum virorum,ſiue vetuſtiſſimos a noſtra ætate conſideres,ſiue noſtræ,ideſt veræ religionis cultores, quos numero plures, doctrinis ſubtiliores,religione ſanctiores,quam ex reliquo terrarum orbe inuenies,in græciam inquam ſolus tu omniũ quo te inſcribis nomine digniſſimus, in Græciã inueheris.productio hęc ſpiritus varia nimium oratione,nobis compoſita eſt,varij enim affectus iræ præcipue,doloris,& indignationis concurrunt. Turbationẽ igitur animi magnam quidem,ſed quæ rationem non deijceret oſtendimus,itaque ſubito irruimus,quod veritatis,& repentinæ motionis eſt,quod in Græciã tu homo omnium,nam illud verum hic loci factus.non eſt præparatio,ſed trãſitus in adfectum,& auditoris exuſcitatio,præciſio vero ſtatim in ingreſſu iræ ac dedignationis ineſt, non ſuſpitionis.hoc enim cum ab oratore verbis notatur.Illud cũ abſque annotatione eſt,ſolet efficere.Repetiones tres inſunt breues atque occultiores.Bimembres enim fere omnes ſunt, nam & mora in eodem omnino ſchemate,etſi commotum, non tamen turbatum animũ oſtẽdit,&

dit,& velox ab eodem omnino ad aliud tranſitus,adfectum,qui morā flagitat nō exprimit,quare numero tres,forma vna repetitiōes adhibitæ ſunt.præterea magna ineſt varietas cū prima trimembris ſit vt ſtatim in aditu mora in adfectu exprimātur, membra dignitatis propter adfectum in prima clauſula clauſulæ oppoſitæ.quippe primas duas Pęon & Epitritus poſſident,quod facit, vt mobilitate viuere oratio videatur.alteræ duæ quæ ſequuntur minimo numero membrorum cōſtant,vt cum maiore indignatione proferantur,& occultiores ſint.nā ſi quis dixiſſet non Iouis dico,non Iunonis,non ad fabulas,acrior quidem eſſet,ſed tātam indignationem oratio nō oſtenderet,nec pulchre illud conſequeretur,ſed multorum heroum , & ſanctorum virorum quod cum dignitatis ſit indignationem auget,ad acrimoniam vix accommodatur,ſed varietas ac mobilitas etiam mēbris obſeruatur. Tres nāque repetiones inæquales membris ſunt,ita indignatio & dolor ac turbatio animi non conquieſcit primo,deinde vt iam exagitatus animus varijs cogitationibus quæ variam orationem faciebant , tandem adfectum ſuum confirmet,ac ſtabiliat,quinque membrē diſtributionē adiūximus,quæ multitudinę mēbrorū indignationi,breuitate dolori accōmodatur,& ne nimiū exaſperet auditoris animū ſimiles caſus,& ſimiles exitus leniūt. Reduplicatio in exitu ponit̄,quæ creditur & propter turbationē animi,& vt breuius cæſum vltimū relinquatur in Græciā inueheris deficiente iam ſpiritu,illud vero quo ceditur mirabile eſt.ſolus tu omniū quo te inſcribis nomine digniſſimus , nā & clementiā aduerſarij oſtēdit ſe ita inſcripſiſſe , & impetu quodam iræ ruit,cū tres primę dictiōes,vt auribus melius percipitur,vehemētius exagitēt. Illud apprime conſiderandū,quod ita cōpoſita oratio eſt,vt plures ineſſe videātur exornatiōes quā inſint,quod factum nobis eſt. quia in paucis re plura iniicere nō potuimus,quare vt elegātia cōſeruetur,& varietas inſit,& ſpiritus pronūciantis vndique cogatur, vt cōmoueri videatur,audientē cōmoueat,plura quā re ſint ſubijciunt auribus ſchemata.id ita laudamus,vt recte quis tā hoc quā illud fieri cū ſæpe multūque cogitauerit,iudicare poſſit.iā qđ p̄ciſionis ſpēm ſtatim adferet,quod in græciā homo tu omniū , in exitu tādē abſoluitur in gręciā inquā ſolus tu omniū quo te inſcribis nomine digniſſimus, cū vero e duobus maxime ſoleat in his cōmotionibus inuētio emanare ex pſona eius in quē inuehimur,& eius in quē peccatū eſt,& ſi vtrāque nos tetigimus,in altera tamē morā fecimus.ad illud eñ magis flectenda oratio eſt,quod magis mouet,& ſi magnā copiā adferre poteſt nō oia dicēda ſed potiora,nec eñ minoris artificij putandum ſi videas quid relinquēdū,quā ſi inuenias,quid ſit dicēdū, Verū de his hactenus.non

nus.non

nus,nõ eñ vt oĩa diceremus hæc adiũgere voluimus,ſed vt p̃cęptiõe noſtra poſſe recta ratione ad veterũ dicẽdi copiã peruenire,ſtudioſos admoneremus,& ne quis eorũ nos ſimiles putaret,qui dicũt ſumite a me,ſed eorũ exẽplũ aliũde petã,quique cũ aceruos ſe habere quos vẽdãt tritici p̃dicẽt.nõ poſſunt pugno habere exẽplũ.quod oſtendãt,qđ turpiſſimũ eſſe dicẽti Cicero ad Herẽniũ teſtatur.Hæc mi pater G. Trapezũtius alũnus tu⁹ tibi ad vtilitatẽ cõmunẽ petẽti ſcripſi.Quare vt quod cupis multi hic ꝓficere poſſint,ſi vtile opus iudicabis tuũ erit in lucẽ quãprimũ ædere,ego & ſi Rhetoricis noſtris & hoc opuſculo ſatis p̃ſentibus ac poſteris te authore feciſſe me arbitror,tñ & alia conſcribere nõ grauabor,niſi obtrectatorũ inuidia omni fructu laboris priuatus infœcundũ hũc mihi agrũ,vt ſteriles atque aſperos montes agricola deſeram. Verũ illud non omnino negligã, quod aduleſcẽtuli maxime quærunt,orationẽ hãc in graui figura verſari.multa nãque ſunt acerrima,nihil deiectũ,humile,grãdia fere omnia,elata rebus,verbis,clauſulis,& qđ ſemꝑ maximũ iudicauim⁹ cõpoſitiõe.Exordiũ tamẽ & narratio ita mediocria ſunt, vt ſermoni propinquiora ſint quã ſublimi figuræ.ſed ex maiore parte denominandũ,grauiſſima vero eſſe cuncta quę Cicero compoſuit nullus meo cõſilio negabit.Nam etiam ſi ſermonẽ occupes modo hoc loco,ac , vt oportet, facias,grauiſſimus eris orator.Illud præterea non p̃termittendũ omnia dicẽdi genera late patere.Ideoque in omni genere infimũ , mediocre, grande,inueniri,multumque intereſſe inter eos dicendi characteres, quas figuras appellamus,& cæteras orationis formas.Sic enim late figuræ patent,vt omnia complectantur,vt ſingulæ ſingula ſuſcipiant, itaque in mediocri figura verbi cauſa acrę genus,acrius, atque acerrimum inueniri poteſt,accõmodatiora tamẽ alijs alia eſſe nõ negamus.

FINIS.

¶ Ad lectorem.

INuenies nonnunquam lector humaniſſime in his Trapezũtij commentarijs Ciceronis verba imperfecto ſenſu citata,ſicuti interpretum fere omnium mos eſt. Nam idipſum nulla non pagina videre eſt apud Aſconium Pędianum . Libuit autem eius rei te rurſum cõmonefacere,ne protinus ibi putes nos dormitaſſe,vbi verba trunca, ac mutila leguntur.

Vale.

ANTONII LVSCHI VINCENTINI ORATORIS CLARISSIMI INQVISITIO SVPER VNDECIM ORATIONES CICERONIS AD FRATREM SVVM OPTIMVM, ATQVE CHARISSIMVM ASTOLFINVM DE MARLNONIBVS.

PRAEFATIO.

MAGNA RES EST ELOQVENTIA, FRATER INSIgnis atque optime, maiorque profecto quam illorũ capere ingenia poſſint, qui ſecus exiſtimãt. Qui facilem quandam dicẽdi copiam a natura profectã, vel exercitio comparatam nulla arte contineri putant, nec deſiderare aliquam ſingularem ingenij facultatem, elegantiamque doctrinę. In qua opinione fuiſſe nonnullos, & antiquos legimus. Et ſunt hodie fortaſſe multi, quorum hoc maxime loco refutandus eſt error, ne cum ij nullam eſſe artem in dicendo contendant, noſtra hæc artis inquiſitio, vel vana prorſus, vel inutilis videatur. Atque in primis, quantum ab antiquis oratoribus teneo, & aſſequi coniectura poſſum, vnde error iſte manauerit explicandũ eſt. Etenim cum fuerint homines excellentes ingenio, naturæ vi quadã ſine vllo artificio conſecuti, vt ornate & copioſe quæ vellent eloquerentur, quod eloquentiæ proprium eſt, qualem dicebat huius defenſorem ſententiæ Menedemus Antonium, quem inter principes Romanæ eloquentię floruiſſe conſtat. Et cum artis ſcriptores ij, quos Rhetoricos vocant

Exercitio qđ exercitationẽ Cicero vocat.

ricos vocant cognoſcerentur parum in dicēdo valuiſſe, facile a multis
eſt iudicatum, nullam eam prorſus eſſe artē, cuius expertes magni qui
dam oratores extiterint, abundantes vero, & præceptores nec medio-
criter quidem diſerti eſſe potuerint, hincque ducti ſunt Menedemus
& Lyſias, vt putarent eloquentiam naturæ eſſe, non artis, quod videli
cet omnibus hominibus etiam imperitis, ac barbaris a natura id inſi-
tum intelligerēt, quod in ſe habere compoſita, atque artificioſa dicere
tur oratio. Conciliare in primis, & blandiendo allicere eorum animos
a quibus aliquid impetrandum foret, narrare, Poſtea argumentis inſta
re, & refutare contraria. Poſtremo concludere & deprecari, quod in
Epilogis maxime facit orator. Traxit in hāc quoque ſententiam Me
nedemum, Cleanthem, atque alios ipſius artis deſcripta vis, & ius vo-
cabuli limitatum. Cum dicerent artem eſſe ab opinione, & varietate
ſeiunctam, nō diſcrepantem a certitudine rationum, ex multis rebus
diffinitis & cognitis ad opus aliquod conſtitutā. In dicendo vero om-
nia eſſe incerta & dubia, neque, quod in cęteris artibus cōſpiciatur, in
poteſtate conſiſtere artificis certum finem. Cum ſæpe orator falſis ad
ſentiat, ſæpe quod promiſerit ipſe non impleat. Addunt enim cuiuſli-
bet artificis proprium eſſe cum ſuum attigerit finem, id vero eloquen
tiam ignorare. Nonnulli autem cum huic dicendi ſtudio nullam cer
tam putarent ſubiacere materiam, quæ ſingulis ſit artibus attributa,
iudicauerunt nulla arte eloquentiam contineri, pręſertim vero cum
Lyſiam, & Coracem, & Gorgiam Siculos, primos (vt dicunt) artis au
thores plęrique perhibeant ſine vllis præcęptis in dicendo ingenia ex
ercuiſſe, vt oratio omnis nequaquā videatur ab arte eſſe profecta quæ
ante artes inuenta conſtiterit. Nec ſatis eſt huic pulcherrimæ atque
ampliſſimæ facultati titulum ſcientiæ, eripere, quem magni quo-
que Philoſophi, & in primis Ariſtoteles libris quos de ratione dicen-
di ediderat, inſcripſerunt, libroſque appellauerunt de arte Rhetorica.
Non ſatis eſt inquam titulum hunc, quem Philoſophi dant, auferre,
niſi inſuper eloquentiam conuicio proſequantur, & dicant eam abun
dare mendacijs, oppugnare ſeipſam, & plęrūque opus quod fecit euer
tere. Ideoque artis eam vacuam, quæ ſolum vera recipiat, ſibi ipſa con
ſentiat, quodque ſemel effecerit, perpetua ratiōe tueatur. Fuere qui no
men artis ab eloquentia ſubtrahentes honeſtius eam in virtutum nu-
mero collocarent quod Mneſarchum feciſſe apud Ciceronem in ora-
tore teſtatur Antonius. Sunt præterea multa in hanc ſentētiam vana
atque puerilia, neque digna quæ magnopere refellātur. Quibus omiſ
ſis, his, quę ſupra pro cōtraria opiniōe collecta ſunt, ſuo ordine reſpō-
dendum eſt, fuiſſe ſiquidem concedo nonnullos, quibus ingenij tanta
vis adfuit,

viſ adfuit,& ad orandum tam prompta ac pene diuinitus inſuſa natu
ra,vt magnam gloriam in dicendo nulla arte,ſed ſola freti exercitatio=
ne,& ingenio conſequi potuerint.Contra nõ nego multos in arte prę
ſtantes quos naturę vis illa deſtituit nõnullam dicendi elegãtiam cõ=
ſecutos.Sed velim aliquis hac mihi in parte reſpondeat,an veriſimile
ſit eos illos incomparabiliter futuros fuiſſe maiores,ſi artem ad natu=
ram adiungere voluiſſent.Si illos motus ingenij a natura datos duce
arte,ac magiſtra dirigere ſtuduiſſent,ſi denique copiam eam dicendi
ex vſu quotidiano redundantẽ conformaſſent,excoluiſſentque doctri
na.Nam eos qui ſola arte laborarunt,nullum elegans genus orationis
attigiſſe non miror.Non propterea tamen artem omnino ab oratione
ſegregandam puto,quoniam ita valet ars plurimum,ſi ad dicendum
apte fuerit adiuncta naturæ. Alioqui ſeſe habenti Rhetoris famam
dabit, oratoris dare nõ poterit.Natura vero ita demum parit atque ef
ficit illam ornatam,atque vberem illam vereq; magnificã atque mi=
rabilem in dicendo facultatem,quam nos eloquẽtiam appellamus.cũ
fuerit præſidio artis adiuncta,ſine qua in multam laudem forte perue
niet,& ſpeciem oratoris exhibebit,ſed profecto eam quæ in vero ora=
tore quæritur excellentiam non attinget.denique ſic habeto eloquen=
tiam maximã ſine arte eſſe nõ poſſe,ſine natura nullã prorſus exiſte=
re,veriſſimumque illud eſſe,quod ab eloquentiſſimis viris eſt tradi=
tum,tria reddere oratorem cõſummatum,atque perfectum. Ingeniũ
exercitium,& doctrinam. Quod vero de communi hominum locu=
tionis inſtinctu argumentantur Menedemus & Lyſias,facile conce=
dendum putarem,ſi quotidiani ſermonis conſuetudinem nihil differ
re ab eloquentia iudicarent.Neque enim nego quod Ariſtoteles con=
fitetur,omnes quodãmodo participare Rhetorica,& omnes vſque ad
aliquid exquirere,& ſuſtinere ſermonem,& defendere,& accuſare co=
nari.Sed altior res eſt eloquentia,& a vulgari ſermone remotior,quæ
licet plærumque in ambiguis communibuſque verſetur,ea tamẽ pro
prio quodam ac certo inſtituto cõtinetur,ſuis temperatur legibus,ſuo
fine dirigitur,quem ſemper attinget cum voluerit orator. Nam bene
ad perſuadendum dicere ſemper poteſt,qui finis eſt eius.Non ignora=
bit ſe bene dixiſſe cum dixerit,neque ita falſa recipiet,vt ea pro veris
amplectatur.Sed vt veriſimilia faciat audienti,quæ omnia artis eſſe
etiam mediocriter doctus intelliget.his vero qui nullam eloquentiæ
attributam materiam opinantur tantum abeſt vt adſentiar,vt eã præ
cæteris artibus vberiore,atque ampliore vti poſſe materia non negan
dum putem.Nam etiam ſi quis eã generibus ſolum his addixerit,quę
ei nemo vnquam eſt conatus eripere, & laudandis vituperandiſque

rebus

rebus,dicendæ ſentẽtiæ,& forenſibus cauſis adſtrinxerit,& in ſenatu foroue conduxerit,materiæ concedat ſatis. At multo plus largietur is qui profeſſum eloquentiam ęſtimabit quacunque de re poſſe ornate, & copioſe dicere,idque ad oratoris infinitum quaſi officium pertine re. Et profecto nihil eſt,vel a Philoſophia inuẽtum,vel ab aliqua alia arte tractatum,denique tam alicui proprium diſciplinæ in quo non poſſit orator ſub quodam iure verſari. Nam quid tam humile,tam ob ſcurum,tam a natura reconditum,quod ornatu & grauis erigere,& in lucem trahere,atque illuſtrare nõ poſſit orator? Quare nullo modo di ci poteſt non eſſe peculiarem materiam oratori,qui etiam cæterarum quæcũque ſit artium facere poſſit ſuam. Eos vero,qui ante prima illa. pręcæpta doctrinæ,vel in populo,vel in foro dixerint,vt non negaue= rim aliquid potuiſſe propter ingenij vim fortaſſis, ita nequaquam conceſſerim munus oratorium impleuiſſe. Et ſi aliquãdo vti menda cio videatur eloquentia non eſt,vt Quintilianus ait,turpe , tamen ex bona ratione proficiſcitur ideoque nec vicium. Nam & mendacium dicere,etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt. Bonarum autem ratio num plena ſit eloquentia oportet,quę ſolius oratoris eſt propria. Non eſt autem orator niſi ſit idem bonus,nec ipſa ſe oppugnat,ſed pugnan tes inter ſe cauſas ſecũ ipſa compoſita tuetur,& protegit. ſic ars ſupre= ma militiæ duobus plęrũque cõtrarijs ducibus vna eſt,ſic aduerſarijs gladiatoribus eadem eſt gladiatoria diſciplina. Sic gubernatoribus na uali pugna certantibus vna erit ars nautica. Nec quod fecit eloquen= tia opus euertit. Eſt enim hoc tertium,quod cum contumelia obiectũ erat. Nam (vt ait Quintilianus) poſitum a ſe argumentum non ſoluit orator. ſoluit forte,contrarius non eſt tamen,quod ea quæ vtrunque in ſtruit doctrina dicendum ſuum opus tollere videatur. Nam vtrũque ſuum eſt,aut confirmet,aut diluat. Reſtat nunc,vt Mneſarcho reſpõ= deam a quo virtus quędam non ars eloquentia eſt appellata , atque vt omnis ipſius quæ eſt apud Ciceronem ab Antonio in oratore relata. ſpinoſa quidem , & exilis oratio relinquatur,qua probare voluit ora= torem eſſe ſapientem. Cum eo teneamus eloquentiam eſſe virtutem. ſed ſic tamen,vt ars eſſe non deſinat,nã & ſi plęręque artes ſint quę ſta re cum virtute non poſſint,multæ ſunt tamen quas virtus amplecti= tur,atque ex illis multo reſultat ornatior,inter quas meo iudicio pri= mum eloquentia locum tenet. etenim cum in his rebus potiſſimum virtus ſit,in quibus homines cęteris animalibus antecellunt,vnde fit vt ponamus in ratione virtutem,cur non hæc eadem erit in oratione. per quam etiam multa animalia ſuperamus. Et ſi ad omnes virtutes quaſi ſemina quædam,atque principia dedit natura naſcentibus,quia

nulla poteſt

nulla poteſt extinguere,ac penitus extirpare malicia,Nam & in barbaris,& in omni prauitate corruptis hominibus apparent aliquando quædam quaſi ſimulacra virtutum,vt in pugnante ſicario fortitudinis ſimilitudo.Et in turba latronum ac piratarum,qui quod vnquam rapuerunt inter ſe ęqualiter partiuntur,imago iuſtitię.Si inquam ad virtutes omnes a natura mortalibus initia data ſunt,& nobis nonnullam facultatem,ac ſtimulos ad orandum pro bonis contra improbos quidam naturales animi motus preſtãt,quos vt perfecte id poſſimus ars perficit,profecto virtus erit eloquentia,ex qua excellens atque perfecta manat oratio.Denique ſi ſunt idem orator,& eloquens. Orator autem eſt vir bonus cum ratione dicendi,cõſequens ſit,vt ſit eloquẽs etiam bonus.Erit ergo quæ talem eum facit eloquentia cum virtute Nam in homine improbo eſſe poterit diſerta loquacitas,& ſæpe pernicioſa rei.Pub.Eloquentia eſſe non poterit. Quare dubitandum eſt eam nemini,vel virtutem eſſe,vel ſine virtute eſſe non poſſe.Ea itaque,quod dicebam incipiens,magna res eſt,eius ſiquidem magnitudinis argumentum capit hinc Cicero,quod omnibus eam ſeculis rari,Seneca vero,quod integram conſecuti ſunt nulli.Magnum vtrunque magnæ cuiuſdam ac pene diuinæ facultatis indicium a duobus illis non magnis modo,ſed maximis hominibus obſeruatum.Et profecto ſic eſt,vt ait Seneca,magna & varia res eſt eloquentia,neque adhuc vlli ſe ſic indulſit,vt tota contingeret.ſatis felix eſt,qui in aliqua eius parte receptus eſt,nec minus quod ait Cicero verum eſt,qui tantæ optimorum oratorum in omnibus ætatibus ac gentibus raritatis, cum in cæteris artibus multi magni excellẽteſque fuiſſent,veriſſimã cauſam conatus elicere,Maius eſt inquit hoc quiddam,quã quod homines opinantur,& pluribus ex artibus ſtudijſque collectum. Quid enim quis aliud in maxima diſcẽtium multitudine,ampliſſimis eloquẽtiæ propoſitis pręmijs eſſe putent,niſi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? At mea ſentẽtia &(vt opinor)omnium ſi quis vlla ætate,vlla in gente fuit vnquam,qui hoc,quo rariſſimi conſcẽderunt,oratorium culmen attigerint,Cicero ille fuit,cuius ſplendor eloquij cum in omnibus grauis philoſophiæ locis emineat, de dijs,de fato,de diuinatiõe,de mũdo,de legibus,de re.P.de ſenectute,de morte,de dolore corporis,de ægritudine mentis,de perturbationibus animi,de beata vita,de finibus bonorũ & malorũ,de probationibus ſtoicorum more ſentientis,de amicitia,de cõſolatiõe,de laudanda Philoſophia,de omni genere officiorum,de ratione dicendi,cum in quã eloquẽtiæ ſuæ ſplendor his locis effulgeats.In orationibus mirũ in modũ irradiat prorſus ac fulgurat. Nã in illis ſatis duxit oſtendere quã uir

dere quam vir grauis eſſet ornatuſque philoſophus. Qua ĩ re tam exũdanti non fuit opus eloquio. In his vero ceteriſque in locis ſimili ratione tractatis, vt inuectiuis, Verinis, atque Philippicis patefecit, quãtꝰ quamque mirabilis eſſet orator. In quo genere cum fuerint ſibi hominum animi ad iram, ad miſericordiam commouendi, quod eloquentię munus eſt maximum, totis neruis ingenij, omnibus artis vſus eſt viribus. Ita nihil eſt his oratorijs operibus elegantius, nihil vberius, nihil ornatius, & pręſertim illis orationibus quas ĩ varijs cauſis, atque temporibus egit, vt rerum cauſarumque ipſa varietas non nihil ornamenti videatur adferre. de quibus optime frater cum ſępius incidiſſet vt loqueremur (vt ſolemus plerũque de doctiſſimorum hominũ ſtudijs, deque omni genere literarum loqui) legenteſque nonnunquã, & artem, quæ in eis eſt acutiſſima, & copiam, & elegãtiã miraremur pluries egiſſe te memini, vt quod occultius eſſet artis in ipſis inquirerẽ, planeque detegerem. Nec enim dignum eſſe dicebas in re tam artificioſa locum aliquem artis incognitum prǽterire. Eos autem ſæpe altius latere, quam vt ab homine licet docto inter legendum notari poſſent atque deprehẽdi, & certe ſic eſt. Nam id maxime eſt artis, etiã artem non oſtẽtare dicendo, ſed tegere. Itaque (vt dici ſolet) laborioſam mihi prouinciam commiſiſti. Eſt enim eas res inueſtigare difficile, quas qui inuenit laborauit abſcondere. Sed gerendus fuit mos voluntati tuæ, fuit & tuis ſuaſionibus obſequendum, tibi denique nihil negandum, cum quo amicitiæ iure, quam ſumma ambo cum auiditate contraximus, omnia mea debent eſſe cõmunia, vel ſi ingenij ſint beneficia, vel fortunæ. Sed ne proœmio tantum quantum operi concedamus, inque eo peccemus, dũ de oratoria arte perquirimus, quod ab oratoria arte ſcimus eſſe damnatum, finem faciã ſi ſeriem prius operis ſequentis oſtendero. Primo ſiquidem loco argumẽtum ſingulæ orationis eſt poſitum, in quo breuiter tota cauſa comprehenditur. Secundo cauſæ genus inquiro, quod vniuerſalius eſt quam ſtatus. Tertio naturam ipſius ſtatus ſeu conſtitutionis cauſæ diſcutio. Et ita prius cognito generali, quod particularius eſt habetur. Eſt eñ iſta pręſtantior, & naturæ magis accommodata cognitio. Quarto orationis diſpoſitio inueſtigatur, ex qua partium orationis ordo, & numerus cognoſcuntur. Quinto ſingulares orationis partes, vt ex arte confectæ ſunt, quæque ſuo loco aperiuntur, & argumenta, & loci in confirmationibus, & confutationibus oſtenduntur. Sexto de elocutione tractatur, quæ eſt vna pars artis, quo loco exornationes quæcunque ſe mihi legenti ſemel obtulerunt aſſignantur. neque enim dicere auſim omnes collegiſſe. Sunt enim pene infinitæ, vixque locus aliquis

cus aliquis vacat exornatione,& relegens aliquando cognoui aliquas eſſe prę̨teritas. Etenim fieri vix poteſt aliter. Nam in re non valde vtili diligentia opus eſt maxima, quam intenti maioribus præſtare non poſſunt. Ex omni ſiquidem arte hoc vnum eſt inueſtigatu faſtidioſum, nec multum cognitu fructuoſum. ibi enim potiſſimum acuendæ ſunt curæ, vbi conflictatio fit locorum. Tantum tamen exornationum indagini impēſum eſt, vt meo iudicio, pauca fruſtraſſe oculos videantur. Verum quia exornationibus oratorum ſchemata tropique conueniunt, aliæque figuræ quas grammatici deſcripſerūt, cui exornationi, quod ſchema, qui tropus, quæ figura cōueniat nō omittendum duxi, ſed ſemel oſtendiſſe contentus non quoties de ſimili exornatione fit mentio. fuiſſet enim hoc opus inutile, & vanus labor.

ARGVMENTVM ORATIONIS POMPPEIANAE.

CICERO CREATVS PRETOR Romanus duo perſuadere nititur populo Romano, ſeu Quiritibus, apud quos nunc primum videtur orandi locum, atque aditum habuiſſe, vt ipſe teſtatur. cum reliquum anteactum tempus vitæ conſumpſerit in priuatis cauſis, & amicis defendēdis. Sed modo in hac populi, & totius Rei Publi. cauſa intendit duo. primum vt ſuſcipiat bellum contra Mithridatem & Tigranē reges, Cum Mithridates hoſtis Populi Roma. legatum Romanum excruciatum interfecerit, & per totam Aſiam mercatores & ciues Romanos interfici iuſſerit, qui Mithridates cum fuit a L. Lucullo imperatore Romano pulſus e regno, ſeſe contulit ad Tigranem regem, & ipſius fauoribus nationumque aliarum recuperauit regnum, & exercitum L. Luculli ad vltimum trucidauit. Et exinde videantur hi reges totam Aſiam velle. P. R. prouinciam occupare expulſo iam Ariobarzanæ rege ſocio & amico. Po. Ro. ſic ſummum adferant rei. P. detrimentum. ſuadet egregie Cicero, vt regibus illis bellum accuratiſſime inferatur, ſecundum quod nititur perſuadere, eſt, vt ſcilicet Gneus Pompeius illi bello cum ſummo imperio

præficiatur contra ſententiam Q.Hortenſij,qui negabat ad vnum Pom.deferri debere vniuerſam belli huius curam, & adminiſtrationem,& negabat dari debere legatum.L.Gabinium.Pom.ipſum ſpecialiter poſtulanti,qui Gabinius inuitis Catullo,& Hortenſio legem ante Gabiniam promulgarat,qua lege Pompeius pręfectus fuerat bello Piratico,vnde famoſam illam victoriam reportarat.contra horum ſententias Cicero mirabiliter perorat magnum Pompeium non humanis,ſed diuinis laudibus extollendo,& nomen ſuum a rebus quattuor imperatori neceſſarijs commendando.Scientia videlicet rei militaris,virtute,authoritate,felicitate .Quas res ſummas eſſe in Pō.demonſtrat,& arguit etiam pro Gabinio,vt detur legatus Pompeio,& exquiſitis rationibus diuina pene ac cæleſti eloquentia contraria argumenta confutat.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC ORATIO EST NOTABILITER in duobus cauſæ generibus conſtituta Deliberatiuo,ſcilicet & demonſtratiuo.deliberatiuum eſt quia cū in conſultatione P.R. poſitum videatur an ſit bellum illud Aſiaticum ſuſcipiendum an non.Cicero partem in hac oratione vnam videlicet adfirmatiuam nititur perſuadere.Demōſtratiuum eſt in ea generis huius ſpeciæ,quæ in laude verſatur, Cicero Gneum Pompeium ſummis ornat laudibus,vt illi bello potiſſimum præficiatur imperator.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

FVERVNT QVI CONSTITVTIONEM in huiuſmodi cauſis non quęrendam exiſtimarent, opinati conſtitutionem ad iudiciales tantum materias pertinere,vnde autem in hunc errorē incidere potuerit miror,cū omniū ꝓbatiſſimorū Rhetoricorum hanc rerum opinionem impugnet authoritas,i quibus Martianus, Quintilian⁹, & Cicero

& Cicero,& cum præſertim contra eos adeo manifeſta ſit ratio,vt qui eam non viderint,non errantes modo,ſed cæci eſſe videantur.Nemo etenim eorum dubitat deliberatiuum,& demonſtratiuum genus cauſam continere,& plęraſque cauſas deliberatiuas,& demonſtratiuas appellari.Si ergo huiuſmodi ipſis etiam fatētibus cauſæ ſunt,neque his vllam tribuunt conſtitutionem,oportet vt ſine ſtatu ſint cauſæ, ſine quo cauſa eſſe non poteſt.Sed hæc fortaſſis ita eſſe putauerunt, quod intellexerunt Ciceronem in arte noua conſtitutiones,& partes conſtitutionum ſolum exemplificauiſſe ſub genere iudiciali.demonſtratiuum vero,& deliberatiuum ſine conſtitutionum mentione tractaſſe: fecit id autem non quod ea duo genera non habere ſub ipſis putaret, ſed quod conſtitutionum exempla iam poſita reiterare ſub illis generibus ſuperfluum iudicaret.Cum dicat in veteri harum aliquā in omne cauſæ genus incidere neceſſe eſſe.Et parum infra arguens contra Hermagoram opinantem demonſtratiuam ac deliberatiuam ſub conſtitutione generis partes eſſe dicit,ac deliberatiua cauſa ſimul ex eadem parte eodem in genere,& coniecturalem,& generalem,& diffinitiuam,& tranſlatiuam ſolet habere conſtitutionem,& vnam aliquando,& plures nonnunquam.Ergo ipſa &cę.& immediate ſubiungit.idem in demonſtratiuo ſolet vſu venire &cę.Dicendum igitur in quolibet genere cauſarum cōſtitutionē cauſæ reperiri.Cum enim facti controuerſia in omnia tempora conferatur pręſens,præteritum,& futurum.Nam vt Cicero inquit in veteri.Quid factū ſit poteſt quæri hoc modo,occiderit ne Aiacē Vlyſſes,& quid fiat hoc modo.Bono ne animo ſint erga Rem P.Fregellani.Et quid futurū ſit hoc modo: Si Carthaginē reliquerimus incolumem,nunquid ſit incommodi ad rem P.peruenturum.Planum eſt,quod in his tribus quæſtionibus triplex coniectura eſt,quarum illa quæ præteritum tempus reſpicit,cadit ſub genere iudiciali.Nam ſcire debemus,vt Victorinus commentator ait, rem nullā in iudiciū,ideſt iudiciale cadere poſſe niſi de pręteritis.Quæ vero reſpicit tempus præſens cadit ſub genere demōſtratiuo.In hoc enim themate(vt idem Victorinus ait)demonſtratio cōtinetur. Nam deſcribendi nobis ſunt Fregellani,qui ſemper videbantur aduerſi. Altera autem quæ reſpicit tempus futurum cadit ſub genere deliberatiuo. Nam deliberat ſenatus an Carthagini ſit parcendum. Manifeſtum igitur,vt conſtitutio coniecturalis ſub omni genere inueniatur.Et Cicero in Philippicis in cauſa deliberatiua, & conſtitutione diffinitiua orationem habuit contra dicentes bellum quod gerebatur a Marco Antonio contra rem P.tumultum eſſe, non bellum. Oſtendit enim quid ſit tumultus, quid bel-

lum, nec non idem in Philippicis in genere deliberatiuo,& ſimul in iudiciali cōſtitutione verſatus eſt. ſeu legitima ex ſententia,& ſcripto cum probare niteretur ſtatuam debitam Seruio Sulpitio, qui legatus miſſus ad Antonium obiſſet in legatione. Erat enim lex quæ legatis ferro interēptis ſtatuam decernebat. Volebat aūt Cicero decerni hūc honorem Seruio Sulpitio, quem non ferrum, ſed legationis labor occiderat. Et Quintilianus libro tertio oratoriæ inſtitutionis capitulo de laude,& vituperatione teſtatur G. Cæſarem vituperando Catonē in genere demonſtratiuo, tribus conſtitutionibus vſum eſſe, vt Cicero ipſe notauerit. Sed cum in deliberatiuo,& demonſtratiuo generibus locus non ſit accuſatori,& defenſori, quemadmodum in iudiciali. Quis dicatur intēdere, quis depellere videamus. in deliberatiuo enim genere diſſuaſor partes accuſatoris videtur eripere (vt ait Martia·.us) Nam qui honeſtum, vel vtile id quod eſt diſſuadet aut dehortatur certo ipſum videtur accuſare negocium. Perſuaſor vero partes accipit defenſoris,& negocij tractatum qualibet obiectione contrarietatis abſoluit. Ex quo diſſuaſor intendere, perſuaſor depellere dicitur.

In demonſtratiuo vero laudator vicem defenſoris, vituperator accuſatoris videtur habere. atque ita illius depulſio, huius propria videtur intentio. his vero ita declaratis de ſtatu, ſeu conſtitutione dicēdum in quo ſeu in qua eſt hæc oratio conſtituta. Et primo pro vt eſt in genere deliberatiuo, deinde quantum ſpectat ad demōſtratiuum conſtitutiones cauſæ aperiamus. videtur itaque primo hic conſtitutio cauſæ eſſe cōiecturalis, cum deliberare de euentu videatur,& docere omiſſo atque neglecto hoc Mithridatico bello quantum incommodum ſit ad Remp. peruenturum. Et deinde cum orationem proſequitur in laudem Pompeij magnam adfert futuræ victoriæ coniecturam, ſi Pompeio commiſſum fuerit hoc bellum, vt coniecturalis conſtitutio non immerito poſſit appellari, quantum hoc genus poteſt.

QVOMODO, ET QVAE PARTES RHETORICAE IN HAC POSSVNT ORATIONE CONSIDERARI.

Inuentio prima

NVENTIO PRIMA QVAlis ſit, Si quis orationem totam bene conſideret clare videbit, & intelliget ipſam elegãter in oratiõis partibus cõſummatã. memoriȩ ratio non venit hic conſideranda, quia ipſa pertinet ad orationem debentem viua voce proferri. Pronunciatio ſimiliter non conſideratur hic quæ ad vocem viuam pertinet, ſed diſpoſitio hic eſt ab inſtitutione artis profecta in partibus orationis. Primo enim eſt exordium ſiue principium, deinde narratio, deinde diuiſio, deinde confirmatio, deinde confutatio, deinde concluſio, quæ quidem partes orationis ſingulæ ſunt conſiderandæ.

DE PARTIBVS ORATIONIS EXORDIVM.

QVANQVAM MIHI SEMPER conſpectus veſter &cȩ. Hic incipit orationis exordium in quo ſummatim aliqua conſideranda ſunt artificioſe tractata. Nam cum huius genus cauſæ honeſtum ſit, quia pro ſalute ſociorum, pro dignitate populi Romani, pro conſeruatione prouinciæ, ꝓ honore ſummi viri habetur oratio, potuiſſet exordio abſtinere ſe Cicero. Quare autem exordiendum duxit breuiter id pertractat, iuxta regulas ſuas in arte noua. Eſt pȩterea præterquam quod cauſa honeſta ſit in deliberatiuo genere breuiter pertractandũ, vt docet ipſe in partitiõibus, vt vbi, ait, illi qui audiunt ſunt ſua cauſa parati, vnde non videntur indigere conquiſita animorum apparatiõe, quæ per exordium fit. Itaque breuiter Cicero in hoc exordio exponit, quibus ſit de rebus dicturus, quia de laudibus Gn. Pom. & quã honeſta ſit cauſa breuiter etiam dicit, in qua deeſſe oratio nemini poteſt. Beneuolẽtiam elegãter hoc captat exordium, & ab oratoris, & ab auditoris perſona, & a rebus ipſis. Ab oratoris perſona, cum primo cõmemorat, qualis ipſe in Rem P. fuerit, & ĩ priuatis hominibus defendendis, laudans ſine arrogantia officium ſuum. Ab auditorũ perſona colligit beneuolentiam, cum eorum authoritatem extollit, & oſtendit quam in ſe ipſum benefici fuerint. A rebus ipſis, cum cauſam ſibi talem oblatam dicit, & attentos etiam facit, cum ſe pollicetur habiturũ

talemorationem,in qua ſit difficilius exitum quam principium inuenire,quaſi per hoc innuat ſe maxima eſſe dicturum. Et quia attentos facit,dociles etiã reddit.nam,vt ipẽ ait,docilis eſt,qui attẽte audit, & ſic vt viſum Tullio ſummo oratori hic complexus eſt exordium breue,ſed validum,quod quidem & ad demonſtratiuum.& deliberatiuum genus ſpectat,quia ad totam orationem quæ in his eſt generibus conſtituta.

NARRATIO.

ATQVE VT INDE ORATIO mea proficiſcatur &cę.Narratio huius orationis hic incipit notabiliter a Cicerone tractata ſecundũ artem ſuam,& regulas ab eodẽ de narrationis arte conſcriptas. Eſt enim breuis,dilucida,& veriſimilis. Breuis quia vnde eſt neceſſe incipit,ab vltimo initio repetit,& ſummatim non particulatim narrat,& vſquequo opus eſt proſequitur, & tranſitionibus nullis vtitur,nec deerrat ab eo quod cœpit expõere, & quæ prętereũda ſunt præterit,nec bis,aut ſepius idem dicit. Dilucida eſt,quia vt quidque primum geſtum eſt ita primũ exponit,& rerum conſeruat ordinem,& aperit,vt omnibus videãtur eſſe res geſtæ, nec perturbate, nec cõtorte, nec ambigue,nec noue dicit,nec in rem aliam impertinentem tranſit, nec longe proſequitur,nec quid quod ad rem pertineat pręterit,& etiã breuis eſt,vnde fit dilucida. Veriſimilis eſt,quia perſonarum dignitates,conſiliorum rationes,oportunitates temporum conſtant,quæ omnes res,vt vult Cicero breuem,& dilucidam,& veriſimilem faciunt narrationẽ. Et qũo ſint hæ res in iſta ſi quis eam diſcutiet apertiſſime videbit. Cumque narratio ſui natura breuis eſſe debeat, maxime cõuenit breuem eſſe eam quæ in oratione deliberatiua fit,vt Cicero ait in partitionibus,ibi enim aut nulla, aut breuis fiat narratio. Conſiliabile ſiquidem eſt de futuro,ſed narratio præteritarum eſt rerum. Ergo hac non vtitur in hac cauſa,niſi quantum ad conſequens factum faciat, & tunc breuis eſt vt hic.

DIVISIO.

Primum

PRIMVM MIHI VIDETVR &cę. Hic incipit diuiſio pars vna oratiōis magno cum artificio breuiter confecta. Nam vt vides enumerat & exponit ſuccinctę de quot, & quibus rebus ſit dicturus, vnde tota vtitur diſtributione, quæ diuiditur in has duas partes, enumerationem videlicet quæ non debet pluſquam trium partium numero contineri, vt ait Cicero, ſicut hic ab eo fit, & expoſitionē quæ fit cum orator res de quibus ſit dicturus exponit breuiter, & abſolute, vt hic liquido apparet factum, hæ enim tres de quibus ſe dicturum pollicetur, ſunt tres principales orationis partes integrales. Nam ſuper genere primum belli, deinde ſuper magnitudine ipſius, vt vides ea omnia fundat quæ principaliter ad deliberatiuū genus pertinent. Super parte tertia quæ eſt de duce deligendo fundat ea quæ principaliter pertinent ad demonſtratiuum genus. Et quando diuidendo dixit belli huius genus magnitudinem ſe dicturum impliciter, & breuiter viſus eſt polliceri ſe oſtenſurum vtilitatem ſuæ ſententiæ, tum quantum pertinet ad tutam, tum quantum ad honeſtatum rationem, ſicut ipſe in arte docet diuidi debere orationem deliberatiuam, vt eſt partim iſta de qua ratione tuta, atque honeſta in confutatione clarius apparebit. Ad demōſtratiuam cauſam pertinet diuiſionis pars cum deducere deligendo ſe dicturum ſpondet, quia ibi demonſtratiuo orat. Sic hæc diuiſio communis eſt ad totam orationem, quæ partes principales eius colligit, ſed particularibꝰ etiā vtitur diuiſionibus locis ſuis preſertim in parte tertia, cum demōſtratione orando agit de laudibus Gn. Pom. vbi apparet propria diuiſio quæ tractanda eſt, quando principaliter agitur genus demonſtratiuū. Exponit enim ibi quibus ſuper rebus ſit Gn. Pom. laudaturus &cę. ſeruanda diligentiſſime ſeruat, vt ibi oſtenditur.

CONFIRMATIO DELIBERATIVA IN GENERE BELLI.

Genus

GENVS ENIM EST EIVSMODI
Cõfirmatio ĩ deliberatiuo genere pertractata hic
incipit, de qua aliqua ſunt dicẽda, vt appareat quã
ta ars in hac potiſſimum parte verſetur, in qua par
te ſimul, & confutatione de qua poſt dicetur totam
ſpem vincendi, omnemque perſuadẽdi rationem
repoſitam eſſe vult Cicero. Et quoniã, vt ante di-
xi, in hac oratione notabiliter diuerſa ſunt genera, neceſſe eſt, vt di-
uerſæ ſint confirmationes, & argumenta, & loci. Aliter enim confir-
mantur in iudiciali, aliter in deliberatiuo, aliter in demonſtratiuo. Pri
mo ergo dicam de confirmatione generaliter pertinent ad deliberati-
uum genus. poſt dicam de ea quæ pertinẽt ad demonſtratiuum, & tra-
ctabo partem confirmationis, quæ ad genus belli refertur, deinde eam
partem quæ refertur ad magnitudinem belli. Nam, & ex genere, &
ex magnitudine bellum acurate ſuſcipiendum eſſe cõfirmat. nec mi
rum ſi in vna & eadem ratione propter diuerſitatem generis cõfirma-
tio ſit bimembris, & diuerſa, & vna eius pars ab altera ſeparata. quia e-
tiam in oratione vna, & vnius generis principalis, vt puta in iudiciali
diuerſæ ſæpe cadunt conſtitutiones, & diuerſæ iudicationes, ad quas
modus diuerſus cõfirmandi accommodatur, vt Ciceroni placet. etiã,
vt ipſe inquit in veteri & noua, & eadem conſtitutione plures ratiões
& confirmationes rationum, & propterea plures iudicationes fiunt.
Sed propoſitum ſequendo perſcrutemur diligenter hanc egregiam
ſummi oratoris confirmationem in hac oratione tractatam. Prima er
go pars cõfirmationis quæ refertur ad genus belli, eſt vſque ad eum lo
cum. quare videtur non dubitandũ. Vbi incipit concluſio ſiue epilo-
gus partis ipſius. Cicero orator ſummus, quod ĩ arte docet fieri hic ele
ganter operatur, & practicat. docet enim, eum qui ſententiam dicit in
deliberatiuo genere, debitum ſibi finem proponere, ad quem omnis to
tius orationis ratio conferatur. finis is autem eſt vtilitas. Ad vtilitatẽ
ergo omnis eſt cõfirmationis ratio referenda, ſed vtilitas ita (vt ait idẽ
Cicero) in ciuili conſultatione diuiditur in tutam, & honeſtam. Ar-
guit itaque in iſta oratione ex parte vtilitatis tutę, & ex parte honeſtę.
Et primo vt arguat ex parte tutę videamus, quod clare apparet cum li
quido ſuadet pro inſtantis, aut conſequentis periculi vitatione bellũ
eſſe ſuſcipiendum, cum ineſſe partem illam tutæ vtilitatis, quę vis ap
pellatur, doceat, ſignificando potentiſſimos reges toti Aſiæ cum ma-
gnis viribus imminere, & propter periculũ depoſiti, atque expeti Põ-
ducem, & periculum eſſe proditionis vectigalium. Cum oſtẽdat hic
eſſe partem illam tutæ vtilitatis, quæ dolus ſiue cõſilium appellatur,
quod verſatur

quod verſatur in ratione pecuniarum,pro quibus hic magnā mentio
nem & curam agit,nulli dubium eſſe poteſt quin ex parte vtilitatis
tutæ elegantiſſime confirmet.nunc qualiter confirmet ex parte vtili-
tatis honeſte videamus,& primo ex ea parte quæ cōtinet partes recti,
videlicet prudentiam,iuſticiam,fortitudinem,& modeſtiam.Et pri-
mo ex parte prudentiæ cui dubium eſt quin arguat eleganter,cū oſtē
dat vectigalium perditorum incommoda quanta ſint,quātaque ipſo
rum conſeruatorum ſint commoda,& ſubinde cohortatur,vt declina
tis incommodis commoda conſequantur,vt eorum ſapiētiæ propriū
dicit,vt videatur calamitatem ciuium a calamitate rei Pub.ſeiūctam
eſſe non poſſe,quæ argumenta de ratione prudentiæ ducta ſunt.dein-
de arguit egregie ex parte iuſticiæ,cum ſuadet ſalutem amicorum po
puli Romani omni ſtudio defendendam.Cum demōſtrat vlciſci ma
lemeritos oportere,Mithridatem ſcilicet,& Tigranem,qui multa de
decora,& iniurias detulerunt,vt patet hic in textu.quæ argumēta du
cta ſunt de ratione iuſtitiæ.deinde arguit ex parte fortitudinis. Cum
multis in locis oſtendit propter gloriam, honeſtatem, & dignitatem
Rei P.adeūda eſſe belli pericula.& labores,quod fortitudinis propriū
eſt,& arguit etiam ex parte modeſtiæ,cum cæterorum quos mittebat
in prouincias cupiditates,& flagitia deteſtatur,quibus vicijs, vt finis
fiat cū calamitatibus ſociorum mitti ſuadet. Gn.Pom.particula ta-
men iſta magis conuenit demonſtratiuo,quod genus poſtea plane per
tractat . In quo plane genere orationem poſtea agit. particulam ta
men hic ex eo genere demōſtratiuo breuiſſime,vt conueniebat, inſe-
ruit ſic.Si vt vides egregie confirmat hic Cicero,omnia ad finem de-
bitum referēdo, & ad vtilitatem tutam & honeſtam. Verum quia di-
uiſa honeſta res eſt,& in rectum,& laudabile,& clare monſtrauimus
qualiter arguit, ab omnibus partibus recti,quia a partibus pruden-
tiæ,iuſticię,fortitudinis,& modeſtiæ.Reſtat vt ſermonē de parte lau-
dabili faciamus,nō quod res aliqua honeſta poſſit eſſe, quin ſit ipſa po
tiſſimum hac ratione laudabilis,ſed vt Cicero noſter ait in dicendo ta
men ſeorſum tractādum eſt hoc laudabile ab illo recto,Neque enim
ſolum laudis cauſa rectum ſequi conuenit,ſed ſi laus conſequitur du-
plicata eſt recti appetendi voluntas.Separatim ergo Cicero demon-
ſtrat pręterquam quod bellum Aſiaticum ſuſcipi rectū ſit,etiam lau
dabile,quoniam dicit Romanos appetentes gloriæ,& auidos laudis p̄
ter cęteras gētes eſſe,& ob id delendā eſſe maculam Mithridatico bel
lo ſuperiore ſuſcęptam,vt turpis commemoratio detineatur,& conſe-
quens ſit honeſta,quod honeſti laudabilis proprium eſt. Et cum eos
ad maiores imitandos in gloria,& dignitate,& ad conſeruandum glo-
riam relictā

riam relictam ipſis a patribus. Et cum ad ſocios & ciues conſeru ãdos pro honore rei Pub. ſummis aculeis nititur inflammare, quid aliud vult quam Quirites admonere, & incitare ad honeſtum, laudabile cõſeruandum, & ampliandum? Sic apparet quomodo in iſta prima confirmationis parte quę loquitur de genere belli, Cicero vtilitatem tutã & ſub ea vim, & dolum ſiue conſilium partis tutæ, & honeſtum, & ſub ea rectum partes querecti, videlicet prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, & modeſtiam, & ſecundam honeſtę rei partem, ſcilicet laudabile orando mirabiliter ſit complexus.

EPILOGVS CONFIRMATIONIS PRAEMISSAE.

QVARE VIDETE NVM DVBItandum &cę. Hic eſt Epilogus huius primę partis confirmationis, quæ tractata eſt per rationem belli generis, ſuper quo Epilogo notandum eſt, quod eſt illa pars quam quidam volunt poni poſſe poſt nõnullas oratiõis partes, ſicut locis quatuor vti poſſumus Epilogo ſecundum iſtos, & adducũt textum Tullij lib. ſecundo artis nouæ in fine capitulo de concluſione in hac forma. Quatuor in locis vti poſſimus concluſionibus ſcilicet in principio, Secundum narrationem, ſecundum firmiſſimam argumentationem, in concluſione. Alij vero volunt neque hunc eſſe textum, neque ſententiam Ciceronis, ſed ſuperadditum literæ ab his qui contrarium opinantur, & Ciceronem ipſum in oppoſitum nituntur adducere in illa litera ſubſequente eodem capitulo paulopoſt, vbi de iſta cõcluſione loquens ſic ait. In qua curandum eſt, aut ne ab exordio, aut a narratione repetatur enumeratio orationis. ficta enim, & dedita opera comparata oratio videbitur eſſe, artificij ſignificãdi ingenijque vẽdicandi, & memorię oſtẽtãdę cauſa, qua propter initium enumerationis ſumendum eſt a diuiſione. Deinde ex ordine exponendæ res ſunt, quæ tractatę erunt in confirmatione, & confutatione. hæc ille, & hæc litera videtur priori eſſe contraria. Sed quicquid de hoc ſit, ad alium dicendi locum pertinet. Nam hic non docemus ipſam artem, ſed quo modo ars in Tullij orationibus conſummata eſt. Concluſio autem ſiue Epilogus eſt hic poſt confirmationem, & argumentationẽ firmiſſimam collocata, quod fieri poſſe immo debere dubitat nemo. Et cum huiuſmodi concluſio, vel Epilogus conſtet ex enumeratione, amplificatione, &

catione,& commiſeratione,hic vtitur enumeratione, quę hic videtur idonea,& quæ valet ad reformandam in dictis memoriam auditoris. Breuiſſime ſiquidem propoſitum ſuum concludens colligit in generali res,de quibus verba facit confirmando. Nam cum argumenta fecerit ad ſuſcipiendum bellum pro conſeruatione gloriæ nominis Romani, pro ſalute ſociorum, pro maximis vectigalibus cōſeruādis,pro fortunis plurimorum ciuium vna cum Re.Pu.defendendis.ea nunc argumēta in confirmando diſperſa recolligit,& pro his admonet auditores generaliter,& ſuccincte, quod huiuſmodi Epilogi ꝓpriū eſt.

CONFIRMATIO DELIBERATIVA EX MAGNITVDINE BELLI.

QVONIAM DE GENERE BELLI dixi &c.Hæc eſt pars confirmationis pro genere deliberatiuo,q̄ arguit ex belli magnitudine. hanc itaque partem confirmationis breuiter perſcrutemur . In hac enim arguit Cicero ex parte vtilitatis tutæ tantūmodo,& ex parte quæ vis appellatur quod clare liquet cum narratione hiſtoriæ inſerta, quomodo res fuerit a L.Lu.adminiſtrata,& quomodo nunc ſe haberet ex magnitudine adaucti belli periculum eius oſtendit,vt perſuadeat inſtantis,aut conſequentis periculi vitationem,& quoniā(vt ait ipſe)in arte noua vis decernitur per exercit⁹,claſſes,arm,atormēta,reuocationes hominum,& alias huiuſmodi res,& in hac cōfirmationis parte ex facti narratione oſtendit copulationem regum,nationum,& exercituum,apparet quomodo ad tutam vtilitatem,quæ in vi conſiſtit,referat argumenta.

EPILOGVS PARTIS IMMEDIATE PRAECEDENTIS.

MVLTA PRAETEREO CONSVLTO &c.Hic eſt Epilogus partis huius immediate p̄cedentis, in quo qualiter elegāter Cicero repetat cōcludēdo belli periculū,& magnitudinē,faciliter apparet intuenti orationem in hac parte.

BREVIS EPILOGVS TOTIVS SVPERIORIS CONFIRMATIONIS

P.j. Satis mihi

noua ſumme ipſum Pom.a rebus laudat externis,cum de ipſius felicitate,& educatione glorioſa ſub parte commemorat res. Iſta & ſimilia bona exteriora ſunt homini,ſed omiſſis his laudibus veniamus ad illã quæ homini ſumma eſt laus,& quę ducitur a virtutibus animi a quibus.Pomp.extollit,Cicero non vt hominem,ſed vt deũ.laudat enim ipſum mirabiliter a ſcientia rei militaris,& in omni bellorum genere exercitatum prædicat.Laudat ipſum mirabiliter a virtute, & labore in negotijs,& fortitudine in periculis,induſtria in agendo,& conſilio in prouidendo.laudat ab innocentia,fide,temperantia,facilitate,ingenio,humanitate,quæ laudes animi propriæ ſunt.laudat ab authoritate,quæ cum ex virtutibus comparetur,videtur ad animum pertinere & quomodo laudes iſtæ ſint ſummæ,& excelſæ in oratione reperies.

EPILOGVS CONFIRMATIONIS DELIBERATIVE ET DEMONSTRATIVE.

QVARE CVM ET BELLVM &cę. Hic eſt Epilogus generalis totius confirmationis tam deliberatiuę,quam demonſtratiuę,in quo epilogo Tullius propoſitum ſuum concludens recolligit generaliter,& ſuccincte ea quæ ſuperius late tractauit adiungẽdo,& facilitatem oblatam, cum Pompeius accipere faciliter poſſit exercitum pro Re.Pu.defendenda,vt hoc bellum dijs ducibus Pompeio committatur.Et ſic quod in arte docuit,hic exercet egregie.Dicit enim vtendũ eſſe enumeratione ad exitum cauſæ.itaque hęc in fine præcedentis cõfirmationis eleganter enumerat,& neceſſitatem belli, & magnitudinem ipſius,& virtutes eximias.Pomp.& ſic concludit,vt dixi facilitate coniuncta,cum etiam dicat Cicero in cauſa iſta concluſionibus breuibus eſſe vtendum,hoc ipſum exercet egregie in parte illa Cicero. Et quiſquam dubitabit,qui huic tantum bellum &cę.& ibi. Et quiſquam dubitabit quin virtute profecturus.In his duobus ſignanter breuibus illis concluſionibus vſus eſt,quas ego in aliarum numero non ſignaui,cum mihi non multum principales ſint viſæ, ſed ſic breuiter ad quaſdam particulas interiectæ.

CONFIRMATIO.

AT ENIM VIR CLARISSI-
mus &c.Cõfutatio contra Q.Catullum,&
Quin.Hortenſium eſt vſque ad eum locum.
Quæ cum ita ſint &cę.Vbi poſt incipit, ergo
generalis orationis interiectæ ſunt etiam con
cluſiunculæ,ſiue epilogi ad partes in hac con
futatione poſitas ibi videlicet. Quare nolite
dubitare &c.ibi iuxta principalem concluſio
nem Quare videte &c.Quomodo ergo hæc
confutatio pertractetur,& quibus argumentis
& rationibus aduerſariorum intelligenti facile eſt videre.Mei autem
propoſiti eſt literã non exponere,& ſecũdũ rõnẽ exponendi diuidere
quod eſt officium commentantis.ego enim quod poſſum artis exqui
ro,non expono orationem.Sufficiat ergo confutationem. Tu quæ
argumenta confutet intelliges ſtatim oratione perſpecta.Et licet hic
ſit illa confutatio ſeparata,tamen etiam multa ſunt per orationem di-
ſperſa,quæ ſunt de ratione confutationis,vt argumẽta multa quæ fie-
ri conſueuerunt contra tacitas interrogationes,& etiam cõtra expreſ-
ſas.Etenim qui aliena confutat,ſua valde confirmat,vnde fit vt ſæpe
confirmemus,& confutemus ſimul,hoc eſt in confirmatione confuta
tionis particulas inducamus.

GENERALIS CONCLVSIO ORATIONIS.

QVAE CVM ITA SINT &cę.Hic eſt
concluſio generalis,& ſexta pars orationis,quæ eſt
artificioſus terminus ipſius,in qua Cicero pro tota
oratione concludit approbando legem.C.Manilij
quam ferre nitebatur de bello præficiendo Pom-
peium.Eam ergo legẽ vehemẽtiſſime cõprobãdo
concludit generaliter ſe laudaturum ſuſcipi bellũ,
& Põpeium præfici in imperatorẽ,propter quæ duo oratio tota facta
eſt,& dicit magna cum arte ſummo,cum ingenio ſe ſic oraſſe tantum-
modo cauſa rei P.& deos adducit teſtes,vt populus omnia alia ſuſpi-
tione liberatus orationi,& voluntati ſuæ facilius condeſcendat,& ſic
de huius orationis partibus breuiſſime dictũ ſit.

ARGVMENTATIO.

Nũc reſtat

NVNC RESTAT VT DE ARgumentatione, quę licet non ſit, vel pars principalis vlla artis, vel inſtrumenti artis, tamen in partibus inſtrumenti hoc eſt in confirmatione, & confutatione tractatur, vnde ipſius regulas tradens Cicero poſt exactas has ꝑtes loquitur de ipſa in arte. Reſtat inquam ergo de argumentatione huiuſmodi aliquid nunc inſerere, vt ex hac volenti argumentationes inueſtigare, quę in oratiōibus crebrę ſunt, modus ſit facilior cognoſcendi, & ſit quidem hic in cōfirmatione ad gen' belli pertinente perfectiſſima diſtributa in partes quinque. videlicet propoſitionem, rationem, confirmationem, rationis exornationem, & complexionem, vt clare apparet. Nam propoſitio incipit in principio primæ partis deliberatiuæ per quā ſummatim oſtendit, quid ſit quod probari velit ex genere belli arguendo. probare ſiquidem vult genus id eſſe belli, quod animos Romanorum maxime incitare & inflammare debet. Et eſt hæc propoſitio ab eo loco qui incipit. Genus eſt em̄ huiuſmodi &cę. vſque ad particulam ſubſequentem, ſcilicet tradita eſt &cę. vbi incipit ratio quæ demonſtrat verum eſſe id quod intendit breui ſubiectiōe. Nam cum tradita dicat, & agatur ſalus ſociorū cum agantur certiſſima, & maxima vectigalia, & cum agantur bona multorum ciuium, non eſt dubium quin verum appareat, quod intendebatur. Et quoniam ſemper appetentes laudis &cę. Hic eſt confirmatio rationis, quæ pluribus argumentis corroborat breuiter expoſitam rationem. Nam hic apparet quomodo eam valde corroborat per multa argumenta quæ hic ponūtur vſque ad eum locum qui incipit. Sed veſtri imperij dignitate atque gloria &c. vbi eſt exornatio qua vtitur rei honeſtandæ, & collupletandæ cauſa confirmata argumentatione. honeſtat enim, & ampliat, & exornat cauſam ſuam, & rationem cōfirmatam comparando, & inducendo exempla maiorum, & de periculis & imminentibus incommodis admonendo, vt patet hic in litera. Quare videte num dubitandum &cę. Hic eſt complexio argumentationis, quæ cōcludit breuiter colligēs partes argumētatiōis. Nā colligit incūbendū eſſe omni ſtudio ad bellū illud, & ſic repetita eſt propoſitio, & etiam partes reliquæ argumentationis collectę ſunt per verba ſequentia, ſi bene conſideras. Nec enim conuenit, quod iſta particula quę eſt cōplexio argumētatiōis alio etiā loco ſignata ꝓ epilogo primæ partis confirmationis. Quoniam cum argumento confirmatio

mera ſit argumentatione,ſiquidem confirmamus poterit eſſe & Epilogus confirmationis ipſamet complexio argumentationis.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT VIDEAMVS de reliqua parte Rhetoricę,quæ Elocutio nominatur quomodo in hac oratione ſit illuſtris,& ſplẽdida.Et primo de genere elocutionis cõſiderandũ eſt. Cum enim in Elocutione tria ſint genera, tres figuræ,tres ſtili,grauis ſcilicet mediocris,& attenuatus,hæc inſignis elocutio in graui eſt,& altiſſimo ſtilo confecta,quoniam conſtat ex verborum grauium magna ornataque cõſtructione,& res habet quas omnis perfecta elocutio habere debet,ſcilicet elegantiam,compoſitionem,& dignitatem,quarum rerum primam in rectiſſima latinitate,& clariſſima explanatione conſiderabis.Secunda etiam nota eſt,quia vitia illa ceſſant,quæ ipſam habent impedire,cum partes omnes ſint ęqualiter perpolitæ.tertia ſimiliter eſt quæ dignitas appellatur,quę conſiſtit in ſententiarum,& verborum exornatione,de quibus hic accuratiſſime videndum eſt,vt hæ ſcilicet ſint exornationes in hac oratione diſperſæ,ipſi orationi elocutionis dignitatem ampliſſimam,& ſuauitatem dulciſſimam adferentes. Dicit tamen Cicero in oratore, in laudando Pompeio temperata oratione ornandi copiam fuiſſe perſecutum, quod eſt contra id quod ſupra dicitur,hanc ſcilicet orationem eſſe in altiſſimo ſtilo confectam.Sed illi eloquentiæ principi,& quaſi diuino homini Ciceroni viſum fortaſſe fuit hoc tẽperatum, & mediocre dicẽdi genus,quod omnibus videtur altiſſimum.Et mea quidem ſententia omnes eius orationes in ſupremo ſunt ſtilo,licet aliquãdo particulæ in ipſis temperatius,& humilius exprimãtur ratione materiæ id exigẽtis,vt eſt in Miloniana illa ſimplex mutatio Milonis.& vxoris ſuæ comparatio ibi calceos,& veſtimenta mutauit &cę. Totum enim eum locum non ſolum temperate,ſed humiliter tetigit,& ſic in alijs orationibus ſæpe facit.

COLORES.

Multo

MVLTO IVCVNDISSIMVS &cę.
Hic eſt color qui dicitur ſimiliter cadẽs.plura em̃
ſimiliter ijſdem caſibus efferuntur,videlicet iucũ
diſſimus,ampliſſimus,ornatiſſimus. Conuenit cũ
ſchemate homoptoto . Bithyniæ quæ nunc ve=
ſtra prouincia eſt &cę.Hic eſt color qui dicitur diſ
ſolutum.hæc enim particula narratiua cõiunctio
nibus verborum ſublatis e medio,partibus ſepara=
tis effertur,vt vides.poteſt etiam notari color ille ſententiæ, qui bre=
uitas appellatur.hic eſt enim ipſius,ipſa tamen verbis neceſſarijs ex=
pedita,vt diſſolutum eſt. Conuenit cum ſchemate dialyto, & aſyn=
theto,vt autem breuitas conuenit cum ſchemate Brachylogia,vel
cum breuiloquentia. Cauſa quæ ſit videtis &cę. Hic eſt color qui
tranſitio nominatur.hic enim cum oſtendat breuiter,quod dictum ſit
proponit item breui,quod conſequatur,cum dicit nunc quid ſit agen=
dum conſiderate. Excitare atque inflammare &cę . tralatio eſt.tranſ=
fertur enim hoc verbum ad animum & recte audiendi cauſa .'Agun=
tur certiſſima populi Ro.vectigalia &cę.hic eſt color repetitio.ſumi
tur enim bis principium ab vno & eodem verbo.poteſt etiam diſſolu
tum notari,quia dictiones incopulate proferuntur,vt agitur,aguntur
vt eſt repetitio conuenit cum ſchemate anaphora. Regnat,vt regnat
&cę. Hic color eſt conduplicatio.eſt enim ratione amplificationis
eiuſdẽ vnius verbi iteratio,vt enim ait Cicero vbi in arte noua de iſto
colore pertractat,vehementer auditorem commouet eiuſdem redite=
gratio verbi,& vulnus magis efficit in contrariũ cauſæ,quaſi aliquod
telum ſæpius perueniat in eadẽ parte corporis.Ipſo itaque colore op=
portune hic vſus eſt,vbi magis animorum commotio expediens vi=
deatur.Conuenit cum ſchematibus anadęploſi, & epanalepſi . Ma=
iores noſtri &cę.Hic eſt color contentio ſententiarum cum interroga
tione permixta.hoc enim modo interrogatio ſententię cõtrariæ ex cõ
paratione refertur vſque ad locũ qui incipit , videte ne vt illis &cę.
Vel melius poteſt dici,quod hic eſt color contrarium.nam hic ex re=
bus duabus diuerſis alteram breuiter,& facile confirmat.poteſt etiam
repetitio connotari propter reaſſumptionem iſtius pronominis vos,
& exemplum propter allegatam maiorum authoritatem,vt vel con=
tentio,vel contrarium eſt. Si venit antitheton,vt autem exemplum
eſt cõuenit cũ tropo paradigmate.Regno expulſus eſt Ariobarzanes
&cę.Hic eſt color diſſolutum.plures enim orationes ſine coniunctio
nibus præferuntur vſque ad locum illum . Eiuſmodi in prouinciam
homines &cę. vt eſt videre perfacile , quoniam hæc exornatio acri=

moniam habet in ſe, ea loco idoneo vſus eſt Cicero cupiens populum Romanum ad iracundiam incitare. Tantam temperãtiam &cę. Hic eſt articulus grauis. Plures enim dictiones incopulate proferuntur. videlicet temperantia, manſuetudine, humilitate. Conuenit cum ſchemate Dialyto, vel aſyntheto, quemadmodum cõuenit diſſolutum. Quæ ſi propter ſocios &cę. Hic eſt color contrarium. ex rebus enim duabus diuerſis, atque contrarijs alteram breuiter, & facile confirmat. In hac exornatione ſemper includitur argumentum per locum a maiori, vel a minori, & eſt exornatio efficax ad breuiter concludendum. per hanc ergo hic egregie infert Cicero, quod intendit. Poteſt etiam hic color exemplum denotari propter maiorum allegatã authoritatẽ & articulus eſt ibi. Cum Antiocho, Philippo &cę. propter dictiones ſine copula prolatas. Itaque tres colores denotantur vſque ad eum locum, præſertim cum de maximis. Tamen pecora relinquuntur &cę. Hic eſt color diſiunctio. Nam hic eorum de quibus dicitur vnũquodque certo verbo concluditur. Et eſt etiam diſſolutum, quia vſque ad eum locum. Ita neque ex portu &cę. Orationes plures ſine copula proferuntur, nec conuenit in eadem conſtructione exornationem vtranque comprehendi, vt diſiunctio eſt cõuenit cũ ſchemate, quod Hypozeuſis dicitur. Quo tandem animo &cę. Hic eſt color interrogatio, quæ cũ ſit grauis, & cõcinna ſubdit inferius, quæ propoſitum ſuũ confirment, ibi cum duo reges &cę. vt in textu Ciceronis. Etenim ſi vectigalia &c. Hic eſt color concluſio. breuiter quidem conficit, quod neceſſario conſequatur. hoc eſt ordinem exercẽtium vectigalia recte dicit firmamentum ordinum cæterorũ. cõuenit cum ſchemate, quod Epilogus dicitur. In quo gloria nominis veſtri &c. Hic eſt color frequentatio. Nam res diſperſæ coguntur vnum in locum. Superius em̃ confirmauit bellum accipiẽdum propter gloriam nominis Romani, ſalutem ſociorum, vtilitatem vectigalium. fortunas plurimorum ciuium, & dignitatem rei Pu. Et argumenta iſta diſperſerat, quæ modo recolligit in epilogo præmiſſæ confirmationis. Notãdum quod hæc exornatio quæ frequentatio dicitur valde eſt ad naturam concluſiõis accommodata, vbi ſtrictim recolliguntur, quæ fuerint late præmiſſa Immo epilogus, & frequentatio realiter idem ſunt, ſed differunt ſecũdum appellationem Græcam, & Latinam, & ſchema epilogus ſic conuenit cum frequentatione quemadmodum cum concluſione. poteſt etiam hic color articulus denotari, quia plures dictiones ſine copula proferuntur vſque ad eum locum. Quare de genere belli &c. Quoniã de genere belli &c. Hic eſt color tranſitio. oſtendit enim breuiter vel quicquid ſit dictũ proponit, item breui quid conſequatur, vt per hãc

exornationem

exornationem commoneat quæ antedixit,& ad reliquum comparat
auditorem,ad quæ duo hæc perficit exornatio,vt ipſe Cicero teſtatur
in arte,vbi de iſto colore pertractat. Quum L. Lucullus virtute &cę.
hic eſt color articulus cum dictiones hic aliquæ proferantur incopu-
latę,vt virtute,aſſiduitate,conſilio &c. Primum ex ſuo regno ſic Mi-
thridates &c. hic eſt color ſimilitudo. traducit enim aliquid ſimile ex
re diſpari ſimilitudinem faciẽs, de fuga mulieris ad fugam regis ante
oculos ponẽdi cauſa per collationem. Cum fuga per omnia compare-
tur ad fugam,vel hic poteſt color exẽplum deſignari,quia eſt propo-
ſitio facti cuiuſpiam cum nomine authoris. Cũ de Medeę fuga mẽ-
tionem facit. Cõuenit cum tropo,qui dicitur homozeuſis,& proprijs
ſuis ſpeciebus icone videlicet & parabola. Hic iam plura non dicam,
&c. Hic eſt color ſignificatio. nam plus in ſuſpitione relinquit, quam
ponatur in oratione cum loquitur de maturo reditu militum Roma-
norum,& eſt ſignificatio per ambiguum. poteſt enim accipi in varias
ſententias,quod dicit de maturo horum reditu ab eis quæſito, vel po-
teſt hic color occupatio denotari,cum dicit ſe plura non dicere etiam,
tamen ſubiungit fuiſſe extraneum, vt ex his locis reditus magis matu
rus quam progreſſio longior a militibus quæreretur, vt occupatio eſt
cõuenit cum tropo,qui apoſiopeſis dicitur,ſed magis proprie quoniã
eſt ſignificatio per abſciſſionem. Sinite hoc loco Quirites &c. Hic eſt
color occupatio. nam cum dicat ſe præterire velle calamitatem rei P.
eam maxime dicit adſerens cauſam fuiſſe tantam, vt eam ad aures L.
Luculli imperatoris non ex prælio nuncius,ſed ex ſermone rumor ad
ferret. Multa prætereo conſulto &c. hic eſt color occupatio. nam ſub-
iungit,quod præterire ſe dicit. Quantum videlicet bellum. Quod cõ
iungat reges potẽtiſſimi &c. hic eſt color diſſolutum,plures enim ora
tiones ſublatis e medio verborum coniunctionibus efferuntur vſque
ad eum locum. Satis mihi multa &c. eſt hic præterea color frequenta
tio. Nam res diſperſæ ſuperius vnum hic in locum colliguntur. ſupe
rius enim diſperſe monſtrauerat belli magnitudinem ex regum potẽ
tiſſimorũ coniunctione,& quia ad nationes agitare remouẽt, & quia
gentes integre ſuſcipiant,& quia vetere expulſo exercitu nouus bellũ
id imperator accipiat. Et modo per hanc exornationem hæc omnia ſi
mul epilogat &c. Satis mihi multa &c,hic eſt tranſitio. Nam oſtẽdit
breuiter quid hic ſit dictum,& proponit breuiter, quid conſequatur,
& hoc agit vſque ad eum locum vtinam Quirites &c. Antiquitatis
memoriam &c. hic eſt color denominatio. Nam res non eſt ſuo voca-
bulo appellata. Cum intelligatur ſuperaſſe homines,qui antiquitatis
memoria celebrentur &cę. Conuenit cum tropo qui dicitur metony-
mia. Scientiã

mia. Scientiam rei militaris &c. hic eſt color articulus. nam dictiões hic plures ſine copula proferuntur, videlicet ſcientiam rei militaris, virtutem, authoritatem felicitatem &cę. Qui e ludo, atque pueritia diſciplina &c. hic eſt color repetitio propter replicationem iſtius relatiui qui. Qui ſæpius cum hoſte conflixit &c. hic eſt color diſſolutum. Nam orationes plures ſine coniunctione proferuntur vſque ad eum locum cuius adoleſcentia &c. Ciuile Aphricanum &c. Hic color articulus propter nonnullas dictiones incopulatas. Labor in negocijs, fortitudo in periculis &c. hic item eſt color articulus, eſt inſimul ſimiliter cadens, & ſimiliter deſinens, cum hic aliqua nomina, & verba ſimiliter terminentur, vt patet intuenti, vt eſt ſimiliter deſinens cõuenit cũ ſchemate homio oteleuon. Teſtis eſt italia &c. hic eſt color repetitio propter replicationem iſtius nominis teſtis &c. Cinctam periculis &c. hic eſt color tranſitio ornandi cauſa, vt planum eſt. Explicauit &c. aut ab omnibus imperatoribus vno anno, aut omnibus annis ab vno imperatore Romano confici poſſe &c. Hic eſt color commutatio. Nam hic ſententiæ ex trãſitione efferũtur, vt a priore poſterior contraria priori proficiſcatur. conuenit cum tropo, qui Antimetabola nominatur. Fuic hoc quondam fuit &cę. hic eſt color conduplicatio propter verbum fuit conduplicatum, vel iteratum ratione amplificationis. Quid ad nos cum ab exteris nationibus &c. hic eſt color ſubiectio vſque ad locum illum atque hæc qua celeritate. Quærit enim late hoc textu quid dici poſſit. deinde ſubiecit quod ſibi adiumento futurum ſit. Cum probata moleſtia quam a prædonibus patiebantur, velit oſtendere eam. Gn. Pompe. virtute remotam conuenit cum cataprolepſi. Siciliam adijt, Aphricam explorauit, ſed Sardiniam cum claſſe venit &c. hic ſunt hi colores, breuitas, ſimiliter cadẽs, diſſolutũ, vt plane patet intuenti. Extrema hyeme apparuit &c. hic ſunt colores ſimiliter deſinens & diſſolutum. Quibus in rebus temperãtiam &c. hic eſt articulus vt patet intuẽti. Nomino neminem &c. hic eſt agnominatio literis commutatis. conuenit cum ſchemate proſonomaſia. Non auaritia ab inſtituto &c. hic eſt articulus, & ſimiliter cadens, vt planum eſt. Nunc denique incipiunt, hic eſt color repetitio propter replicationem iſtius aduerbij nunc. Itaque nõ ſum prædicaturus &c. hic eſt color occupatio, quoniam ea ſe dicit non prædicaturũ, quæ breuiter poſt ſubiungit. Non modo ciues adſenſerint, & hic eſt diſſolutũ propter has tres rationes inconiunctas. eſt quoque diſiunctio, quoniã ciues, ſocij, hoſtes certis ſingulis verbis concluduntur. Quare cum & bellum ita ſit neceſſarium &c. hic eſt color frequentatio. res enim ſuperius diſperſæ breuiter hic coguntur vſque ad illum locum, quod ſi

Gn. Pompeius,

Gn.Pompeius.In quo ſit eximia belli ſcientia &cę.Hic eſt articulus
propter aliquas dictiones incopulatas.vt in his ipſis locis. Repetitio
eſt,item diſſolutum.repetitur enim hæc dictio,vt & dictiones incon
iūctæ ſunt aliquæ. Honoris,fortunæ,virtutis,ingenij,hic eſt color ar
ticulus.Quid tū ꝑ deos imortales &cę.hic eſt color interrogatio.Cū
populi Romani legati &c.hic eſt color qui repetitio nuncupatur.Ita=
que vna lex &c.hic eſt articulus.Gabinio dicam Pompeio &c.hic du
bitatio.Nam hic quærere videtur vtrum ſic potiſſimum obtrectatū
conueniat,cum ita ait. Vtrum ille qui poſtulat &c.Hic eſt iterum
dubitatio vſque ad eum locum de quo legādo &c.quare videtur vtrū
de his potiſſimum dicat.Non dico hoc loco &c.Hic ſunt hi colores
repetitio propter replicationem illius aduerbij non.Diſſolutum pro=
pter orationes ſine coniunctione prolatas.occupatio cū dicat ſe nō di=
cere,quod maxime dicit.Idem cum in Iugurtha &c.Hic eſt color re=
petitio & articulus.Singulari innocentia,grauitate,virtute &cę.Hic
eſt articulus & diſſolutum propter aliquas dictiones,& orationes inco
pulatas.Nouerūt enim ſociorum &c.diſſolutum eſt.Manus,oculos,
animum &c,articulus eſt.Et quam putatis authoritatem,coniunctio
eſt.Eſt vobis author &c,Hic eſt repetitio propter replicationē iſtius
verbi eſt.Integritate,virtute,conſtantia &c.Articulus eſt. Quicquid
ineſt.Repetitio eſt,Studij.conſilij,laboris &c. articulus eſt. Autho=
ritate,fide,conſtantia &c.Hic eſt color articulus.

ARGVMENTVM ORA=
TIONIS MILO=
NIANAE.

TITVS ANNIVS MILO CIVIS
Romanus ſibi infeſtiſſimum, & inimiciſſimum
Romanum ciuem P.Clodium habuit,multęque
inter hos duos altercatiōes in Re.pub.ſæpe fuerūt
Præcipue vero cum Milo conſulatum illius anni
peteret,cuius anni præturam P.Clodius adfecta=
bat,adeo ira,& odio motus fuit,vt Milonis compe
titores modis oībus quibus poſſet iuuaret,ad hoc
vt Milone repulſo eum conſulatum alij conſequerentur.Nam(vt di
cit Cicero)non potuiſſet abuti prætura,vt cupiebat conſule inimico
ſuo Milone,qui eius furores,& rabiem compreſſiſſet.Itaque ſummo

proprium & diſtinctum finem habeat, coaſſumit tamen interdum fines alios aliorum generum, vt declarat Ariſtoteles primo ſuæ Rhetoricæ. Ita vnaquęque cauſa licet habeat proprium, & diſtinctum genus coaſſumit, & alia genera, vt enim finis directiu9 eſt generum, ſic gen9 directiuũ eſt cauſæ. Genus ſiquidem alterum finium trium principaliter ſpectat, videlicet honeſtum, aut turpe, iuſtum aut iniuſtum, conferens, aut nociuum ſecundum Ariſtotelem. Et ſic cauſa alterum triũ generum ſpectat principaliter, videlicet aut demonſtratiuum, aut deliberatiuum, aut iudiciale, vnde dicendum eſt quod genus huius cauſæ eſt ſimplex ſcilicet iudiciale, quod iſtud eſt principale in quo conſicitur hæc oratio, dum videlicet accuſatus Milo defenditur, & duo reliqua genera accidentaliter commiſcẽtur, ſicut fere fit in omni iudiciali cauſa. Nam ſemper in conſultationẽ videtur ante iudices poni, an condemnandus, an abſoluendus ſit accuſatus, & plurimum accidit quod laudetur, aut vituperetur accuſatus, vel accuſans. Sed illud principale & verum genus cauſę in quo principaliter orator, vel defendit, vel accuſat. Aut in quo pricipaliter laudat, vel vituperat, aut in quo principaliter conſulendo ſententiam dicit principaliter, at hic Milo ab accuſatore defenditur, de peraccidens etiam commendatur Milo, & Clodius vituperatur, quia iſta omnia referũtur ad virtutem defenſionis, vnde purum genus iudiciale dici debet. Quod vero in oratione Pompeiana dixeram in duobus illam deliberatiuo, & demonſtratiuo generibus eſſe confectam. his dictis non videtur obſtare. Nam illa oratio principaliter intendit ſententiam de bello accipiendo ſuadere, quæ pars ſpectat ad deliberatiuum genus, & principaliter etiam intendit commendare Pompeium, vt Imperator illi præficiatur bello, quæ pars ſpectat ad genus demonſtratiuum. Ideo cum dixi de orationis illius genere, fui locutus ipſam orationem eſſe notabiliter in duobus generibus conſtitutam. hac autem dico in ſimplici genere principali. Et ſic quotieſcunque loquar de genere in quo ſit aliqua oratio habita & conſtituta, loquar vt intelligar de genere principali loqui. de reliq̃s vero quæ incidunt in cauſam non faciã mentionem, niſi illa forte notando pro vt accidunt, ne forte error iſte deciperet, vt crederetur, quod incideret, eſſe principale genus.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

NOTICIA CONSTITVTIO=
nis habetur ex prima intentione accuſatoris,
& depulſione defenſoris ſecũdum Ciceronẽ,
& alios, vt ſi dixerit accuſator occidiſti . defen
ſor reſpondeat, nõ occidi. Coniecturalis con=
ſtitutio nata ſit, q a tũc cõtrouerſia ſit de facto,
vel nõ facto & diligẽter aduertẽdũ ẽ ad cogno
ſcendum conſtitutionem ex intentione, & ex
pulſione, quia aliquando videtur negatio fa=
cti eſſe, & per conſequens coniecturalis cõſti=
tutio. & eſt ſolum negatio nominis, & per conſequens conſtitutio legi
tima diffinitiua, vt ſi ſic intẽdat accuſator homicidiũ feciſti, & defen=
ſor dicat, nõ feci homicidium, poteſt hic verſari quęſtio nominis etiã
& facti. Quæſtio nominis hoc modo, quia velit forte defenſor dicere
ſe non feciſſe homicidium, quia Tyrannum hominem iugulauerit.
Cum tyranni interfector homicida non debeat appellari, & tunc in
definitione huius nominis homicidium quæſtio fit, & ſic dfeinitiua
conſtitutio locum habet. Quæſtio autem facti in hoc ipſo caſu eſt hoc
modo, quia defenſor velit dicendo ſe homicidium non feciſſe ſimpli=
cem adferre negationem, vnde quæſtio facti fit, & coniecturalis con=
ſtitutio locum habet. Itaque talis eſt ſæpe depulſio ad accuſationem
quæ non facit conſtitutionem ſubito manifeſtam. Sed quomodo di=
cet aliquis in tali intentione, & depulſione nunquam conſtitutio co=
gnoſcetur cuius noticia eſt neceſſaria. Dico, quod conſtitutio cogno=
ſci poterit iſto modo, videlicet, cum accuſator dixerit rationem ex
qua & eius infirmatione naſcitur iudicatio, quę quidem ratio eſſet hu
iuſmodi in hoc caſu, quia qui Tyrannum interficit, homicidium nõ
committit. tunc ſtatim apparet conſtitutio, quæ prius erat ambigua.
apparet enim quod eſt definitiua, aut nullam adfert rationem defen=
ſor, ſed ſimplici negatione conſiſtet, & ſtatim ſimiliter conſtitutio no
ta erit, quia coniecturalis. Nunquam in cõiecturali ratio, & infirma=
tio rationis adfertur. Ideo iudicatio in illa naſcitur ex intentione, & de
pulſione ſimul cum ipſa conſtitutione. Sed his omiſſis ad ſpecialem
conſtitutionem cauſæ accedamus, quæ ex intentione Clodianorum,
& expulſionẽ Milonis naſcitur, ſimulque cognoſcitur. Intẽtio enim
cõtra Milonẽ erat huiuſmodi. Iniuria Clodiũ occidiſti. Milõis vero
depulſio talis erat iure occidi. Vide vt hic ſtatim ipſa cõſtitutio clare
apparet, q̃ eſt iuridicialis. Factũ eñ cõuenit, ſed iure, an iniuria factũ
ſit, quæritur. quod conſtitutionẽ iuridicialẽ reddit, vt vult Cicero. Fa

cetur certe Milo Clodium occidiſſe,ſed eũ iure occidiſſe contendit. Quia vero iuridicialis diuiditur in duas partes,abſolutã videlicet,& aſſumptiuam,videamus in qua parte hæc verſetur oratio. verſatur ſiquidẽ in aſſumptiua,quæ cũ per ſe defenſio infirma eſt,ſed aſſumpta re extranea comprobatur(vt ait Cicero)nõ enim abſolute ſe Milo dicit iure Clodium occidiſſe,ſed rem aſſumit extraneam,vt puta Clodianas inſidias,quibus Clodius vitam Miloni volebat eripere. Aſſumit & vtilitatem quam oſtẽdit hic Cicero ex morte Clodij Rempublicam conſecutam. Sed cum aſſumptiuę quatuor partes ſint,videlicet conceſſio,remotio criminis,tralatio criminis,cõparatio. Diligenter conſiderandum eſt in qua iſtarum parte hæc agatur oratio. Quod antequã faciamus,pro pleniori noticia dicendorum aliquid de iudicatione dicendum eſt,quod quidem nihil eſt aliud quã quaſtio iudicij ex ratione defenſorum,& ex firmamento accuſatoris nata,quã Græci Crinomenon vocant,nos iudicationẽ appellamus(vt ait Cicero) & ad eam velut ad punctum cauſę in quo tota eſt omnis orationis vis eſt referẽda. Iudicatio iſta quãdoque in vna cauſa ſimplex reperitur,quãdoque multiplex. Simplex eſt quando ad vnam defenſionem ſolum vna ratio adfertur,& tunc ex illa ratione,& ipſius infirmatione vna tantũ naſcitur iudicatio,vt videre faciliter poſſumus in caſu Oreſtis,vbi accuſatus Oreſtes,quod iniuria occidiſſet matrem,depulit ita occidi,& iure occidi. Attulitque hanc rationem. illa enim patrem meum occiderat,quam ſic accuſator infirmauit. Attamẽ a te filio indemnatã occidi non oportuit. Ecce quomodo in cauſa iſta vnica iudicatio nata eſt. iſta videlicet cũ dicat Oreſtes ſe patrem vlciſcendi cauſa matrem occidiſſe. rectum ne fuerit ſine iudicio a filio Clitẽneſtrã occidi. vna enim fuit ratio. debuit itaque ſimplex emanare iudicatio. Quia vero ſæpe accidit,quod vna defenſio rationibus pluribus roboratur,quas etiam pluribus firmamẽtis accuſator infirmat. Plures hic in cauſa vna iudicationes oriuntur,vt ne longius aſcendamus,exemplum poſſumus in hac noſtra oratione proferre. Milo enim dicens ſe iure Clodium occidiſſe. Ad hoc duas attulit rationes,vnam quia vitę ſuæ inſidiabatur pro tunc Clodius,Alteram quia vexaſſet bonos,& Rem. P. ſeditionibus conturbaſſet. quas rationes ſi Clodiani ita infirmarent. primam ſic. Attamen non oportuit a te Milo,ſed a iudicibus damnari Clodium & puniri. Secundam vero ſic. At honeſtius,& vtilius fuit Rei Pub. viuere Clodium,vt de eo iudices iudicarent quã per ſcelus occidi. Iudicationes duæ ex his rationibus Milonis,& Clodianorũ infirmatiõib9 naſcerenť,iſtę videlicet. cũ dicat Milo ſibi inſidiãtẽ Clodiũ occidiſſe,rectũ ne fuerit a Milõe ſine iudicio puniri

Clodium. Item cũ dicat Milo ſe Clodium vexaturum, bonos, & Rẽ Pu. ſeditionibus turbaturũ occidiſſe honeſtius ne & vtilius Rei. Pu fuerit a Milone ſine expectatione iudicij Clodiũ occidi, An vitam re linqui, & iudiciũ expectare. Et notanter dixi ſub conditione, ſi Clodiani ita infirmarent, quia vt inferius apparebit non ita omnino infir mauerunt Milonis rationes. ſed exempla ponimus, nõ quia vera ſint ſed quia quod verum eſt oſtendunt. Manifeſtum eſt ergo per prædi cta, quod, & quomodo, & qua ratiõe in vna cauſa iudicatio quãdoque ſimplex eſt, quandoque multiplex. Sed viſo quomodo in cauſa vna hoc fiat, cum ſæpe vna & eadem cauſa innitatur conſtitutionibus, videamus vlterius an in vna ſimplici conſtitutione plures poſſint eſſe iudicationes. Et dicendum eſt quod ſic, quia cum pluralitas iudicatio num ex rationum pluralitate ſequatur, & cauſæ reperiantur, quæ habeãt in conſtitutione ſimplici plures rationes, neceſſe eſt vt habeant, plures etiam in vna & ſimplici cõſtitutione iudicationes, factum eñi vnum atque idem poteſt pluribus rectum, atque probabile demonſtrari. Et hoc clare Cicero teſtatur in veteri, ibique exemplum ponit in conſtitutione, quam ibi generalem negocialem vocat. Ego vero quia in declaratione conſtitutionum in quibus agũtur Ciceronis ora tiones, ſequor modum artis nouæ, altero vtar alterius conſtitutionis exemplo, vt res clarius videatur. Sit igitur, quod Horeſtes defenſioni ſuæ duas rationes attulerit, primam ſcilicet ſupradictam, & hãc vltra illam. Illa enim adultera cum Egiſto domum meam infami ſtupro commacularat. Et hanc rationem accuſator ſimiliter infirmarit. At tamen a te filio indemnatam occidi oportuit? Nata erat altera iudicatio, hæc videlicet, cum dicat Horeſtes ſe matrem adulteram ſtupro domum commaculantem ſuam occidiſſe. rectum ne fuerit ſine iudicio a filio Clitemneſtram occidi. Et ſic duæ iudicationes hic erũt nõ ſolum in vna cauſa, & vna cõſtitutione, videlicet iuridicialis, ſed etiã vna ſpecie conſtitutionis illius videlicet tralatiua. Nam in hoc caſu non negatur factum, ſed iure factum dicitur, & crimen in matrem vtraque in ratione tranſfertur. Sic apparet quomodo conſtitutio vna poſſit continere iudicationes. Non autem vna iudicatio poteſt pluribus diuerſis conſtitutionibus cõtineri, immo (vt inquit Cicero) ſi plu res, aut conſtitutiones, aut partes conſtitutionum, Iudicationes quoque plures erunt in vna cauſa. his præmiſſis, quæ deinceps ad propoſi tum vtilia nobis erunt, deſcendamus ad cognitionem ſpecialis, & particularis conſtitutionis cauſæ Milonianæ. Cum itaque ſuperius dictum ſit conſtitutionem hanc eſſe iuridicialem aſſumptiuam. Et ipſi⁹ aſſumptiuę quatuor partes eſſe, videlicet cõceſſionẽ, remotionẽ

criminis

criminis,tranſlationem criminis,& comparationem, videamus quæ
nam harum in hac cauſa ſit. Dicendum eſt quod hic eſt conſtitutio
criminis tranlatiua. Trāſſertur enim crimē huius cædis in Clodiū,
quia dicitur per inſidias Milonē occidere voluiſſe, Sic quod alieno,
ideſt Clodij peccato coactus Milo dicitur hoc feciſſe. Et eſt etiam cō-
ſtitutio comparatiua, propterea quod diſputat hic Cicero, vtrū ſatius
fuerit vtiliuſque Rei P. id factum eſſe, quod Milo reus ſe feciſſe fate
tur, an quod Clodiani accuſatores dicāt fieri oportuiſſe. hoc ē an fue-
rit vtilius ciuitati a Milone occidi Clodium, an in vita relinqui. Cu
ius comparationis Cicero partem vnam hac oratione artificioſe defen
dit. hic itaque partes iſtæ duæ iuridicialis aſſumptiuæ tranſlatio, ſcili
cet & comparatio ſunt, & per conſequens iudicationes ſaltem duæ hic
notari poſſe debent, cum ſuperius dictum plures eſſe iudicationes in
cauſa, ſi plures ſunt cōſtitutiones, aut partes cōſtitutionum. Et eſſent
illæ propriæ iudicationes, quas ſuperius in huius cauſæ exemplo prę
miſi, ſed quia in omni cauſa vbi ratio defenſoris adfertur, aut ipſa ra-
tio infirmatur ab accuſatore ſecundum ſupradictum modum, aut to-
taliter negatur, & non bona ideſt ad defendendum, ſed non vera eſſe di
citur, conſiderandum eſt in vnaquaque defenſione, an negetur totali-
ter, an infirmetur ratio defenſoris. Si infirmatur aperta eſt ſtatim iudi
catio, ad quam ſubito accommodet vim ſuæ orationis orator. Et ſic nō
fit hic. Si vero negatur ratio' neceſſe eſt, vt altera incidat conſtitutio,
videlicet coniecturalis per quam probet defenſor rationem quam at-
tulit veram eſſe, quia ratione per quam ſuam cauſam tuetur non pro-
bata, ſi negatur perinde eſſe ac ſi nullam attuliſſet rationem ſine qua
nec parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem (vt ait Ci
cero) & ita fit hic. nam Clodiani non videntur infirmare rationem
Milonis in facto inſidiarum, ſed negare ſimpliciter Clodium inſidi-
as feciſſe Miloni. Et videntur oppugnare contra Milonem, quod in
ſidiatus fuerit Clodio. vnde conſtitutio coniecturalis hic incidit, an
Clodius Miloni, an Milo Clodio inſidiatus fuerit, vnde Cicero pri-
us confutatis aliquibus cum rationē inſidiarum factarum a Clodio
attulerit confirmando, vt infra ſuis partibus apparebit. Vertit ſubito
ſe ad probandum illam rationem adductam propter conſtituionem
cōiecturalē, quæ quidē cōſtitutio accidentalis eſt non principalis in
hac cauſa Milonis. nam principalis eſt iuridicialis, vt ſupra oſtēſum
eſt. conſtitutiones em̄ quandoque ſunt propriæ, quādoque accidētales
cauſarū, vt de peraccidens coniecturalis hic incidit. iuridicialis vero
propria eſt, Accuſatio ſiquidem principalis eſt in Clodij cęde, ob quā
principaliter cauſa eſt, quę quidem cædes nō eſt a Milone negata, ſed

 iure eam

iure eam a ſe factam eſſe confeſſus eſt Milo,& non eſt etiam dubitan=dum Clodianos rationem alteram Milonis de vexatione patriæ ſim=pliciter negauiſſe,vnde in ea probanda Cicero loco ſuo multa addu=cit argumenta. Præterea vltra tranſlationem criminis,& comparatio nem,hic eſt vna pars conceſſionis videlicet deprecatio,ſecũdum quã Ciceroni artificioſe erat in fine poſtulandũ,vt miſereanť Milonis,& velint talem ac tantum ciuem in vita,& ciuitate ſeruare. ſic apparet quod principalis conſtitutio huius orationis eſt iuridicialis,eſt aſſum=tiua per tranſlationem criminis,comparationem,& conceſſionem,pro quanto illa in altera ſui parte videlicet deprecatione verſatur. incidẽ=ter autem coniecturalis conſtitutio locum habet in confirmatione ora tionis,& etiam iuridicialis abſoluta incidit in confutatione,& legiti=ma cum duabus ſuis partibus videlicet tranſlatiua,& diffinitiua,vt in ferius oſtendetur. videtur tamen Quintilianus libro tertio de Inſtitu tione oratoria ſentire contrarium,& dicere quod ſtatus,id eſt conſtitu=tio principalis cauſæ Milonis ſit coniecturalis,vult enim ſtatum cau ſæ primum in eo eſſe quod potentius ſit in cauſa,vnde quia maior vis in cauſa eſt ſuper inſidijs Clodianis,quarum ratio pendet a ſtatu con=iecturali, principalem cauſæ ſtatum coniecturalem faciat. Ego vero ſalua tanti viri authoritate non ita,nam conſidero intentionem Clo=dianorum cum depulſione Milonis,ex quibus proprius cauſæ ſtatus accipitur,vt placet Ciceroni,& quia principalis intentio veriſimili=ter talis fuit,taliſque depulſio,iniuria Clodium occidiſti. iure occidi. Taliſque ratio rei Milonis. Ille eñi me per inſidias tunc volebat occi=dere. apparet quod potius conſtitutio ſeu ſtatus principalis in cauſa ſit iuridicialis,vt ſupra dixi. Deinde quia Milonis ratio veriſimiliter ve ra eſſe negabatur a Clodianis,oportuit ſtatum alium incidere ad cau=ſam videlicet coniecturalem. Si tamen vellemus cogitare, quod alia fuiſſet intentio Clodianorum,aliaſque Milonis depulſio. Iſta videli cet,inſidiatus es Clodio. Non inſidiatus ſum Clodio. poteſt principa lis conſtitutio coniecturalis dici,nam ſemper ea a prima intentione, & depulſione dependet. ſed Martianus in Rhetorica ſua aperte ſen=tit principalem ſtatum cauſę Milonianę eſſe,vt ego aſſero,iuridicia=lem,& coniecturalem incidere. Nam capitulo de demonſtratiuo ge=nere cauſæ oſtendens quando ſimplex,aut multiplex queſtio eſt,dicit ſimplex eſt cum vnum aliquid in tota actione diſquiritur,vt Clodiũ Milo,an ne iure necauerit,vnde videtur velle hanc ſimplicem princi palem eſſe cauſæ quæſtionem,in qua vt patet ſtatus cauſæ eſt iuridi=cialis. deinde ſubiungit. Illud vero quod per iudicationem priori lo=co diſquiritur vter vtri inſidias compararit, non eſt ſingulare,ſed iũ=

ctum ex

ctum ex duplici coniectura, quam Græci Anticategoriam nominant, ſed incidens quæſtio genus cauſæ non mutat &cę. vnde apparet de Marciani mente fuiſſe principalem conſtitutionem cauſæ quã ſupradixi iuridicialem. Et eam non mutari per incidentem coniecturã liquido adfirmat.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE MEMORIA pronunciatione hic nõ eſt dicendũ, vt ſupradictũ eſt in oratione Pompeiana, ſed videamus diſpoſitionem ſiquidem in partibus orationis hic eſt non ab inſtitutione artis profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo enim ponit exordium, deinde diuiſionem, deinde narrationem, deinde multiplicem confirmationem, ſecundum quod in multiplici conſtitutione verſatur oratio. Deinde concluſionem in fine orationis.

DE PARTIBVS ORATIONIS, EXORDIVM.

ET SI VEREOR IVDICES, &c. Hic incipit oratio, & orationis exordiũ, quod eſt pars vna inſtrumenti Rhetorici pręparãs animos auditoris. Quæ quidẽ pars ita tractanda eſt prout exigit genus cauſæ. Aliter enim in honeſta materia, aliter in turpi, & aliter in humili exordiendum eſt, vt Cicero eleganter docet in arte. ideo conſideremus genus iſtius cauſę, & videamus quomodo ſit in cauſa exordium pertractandum, & debite accommodatum. Genus quidem cauſę dubium eſt. nam partem habet honeſtatis, partem turpitudinis. Pars honeſtatis hinc eſt, quod Milo vir fortiſſimus, & honeſtiſſimus ciuis ſe defendens ab inſidijs inimici, dicitur oc

cidiſſe eum qui ipſum volebat occidere. Quod non honeſtum modo ſed neceſſarium dici debet. Pars autem turpitudinis hinc eſt, quod ciuis ciuem, & nobilem, in antiquis monumentis familiæ ſuæ, hoc eſt in via Appia trucidauerit, quod per ſe cõſideratum non ſolum turpe, ſed turpiſſimum videri debet. Ad maiorem ſiquidem cædis turpitudinem, & Milonis inuidiam excitandam, vt Quintiliano placet, Miloni inter cætera obiectũ eſt, quod ab eo Clodius in monumentis maiorum ſuorum eſſet occiſus. Itaque dubium genus eſt cauſæ, ergo orator hinc debuit adferre exordium beneuolentiæ captiuum, vt illa pars tupitudinis beneuolentiæ merito iam captatę nihil poſſit obeſſe. Et ſic a Cicerone ſummo oratore factum eſt. Cicero ſiquidẽ volẽs captare beneuolentiam ab aduerſariorum perſona. primo diſtinxit, qui cauſę ſuę fautores eſſent, & qui contrarij, vt aduerſarijs cognitis eos, vt facit, in odium poſſit adducere. Dicit enim vnum dumtaxat genus hominum eorum, quos furor P. Clodij rapinis, incẽdijs, & omnibus publicis exitijs pauit, ſibi eſſe aduerſum, & infenſum. ſic ipſos a cęteris diſtinguendo eos, vt vides, in odium rapit ipſorum perfidioſe, crudeliter, flagitioſe facta generali ſermone commemorans. Qui etiam ipſos his iudicibus adducit in inuidiã, cum incitatiões & clamores eorum hac ipſa pro cauſa ſignificat, quaſi oſtẽdat eos in eorum ſuperbia & tumultuoſo clamore pluſquam veritate confidere. Item beneuolẽtiam captat a perſona Milonis iudices admonendo, vt ſi quis forte clamor oriatur, eum ciuem meminerint cõſeruare, qui ſemper genus illud hominum, & clamores maximos pro eorum ſalute neglexit. Hic eſt enim. Oſtẽdit breuiter qualis fuerit in Rem. P. Milo, & in eos qui audiunt, cum dicat pro ſalute ipſorum illum peſſimorum impetum neglexiſſe, & notanter, & ingenioſe hic Cicero diſtinctionem illam fecit fautorum ſuorum, & aduerſariorum, quia cum aſſiſtens multitudo armatorum eſſet forte ne iudices cogitarent illam gẽtem aduerſam eſſe Miloni, & forte etiam ob id pro Milone trepidi redderentur, voluit eos iudices certos facere, quod arma illa non erant contra Milonẽ parata, ſed ad pręſidium, vt ſine timore poſſent quieto animo iudicare Pertinet enim multum ad exordij rationem metum e iudicibus amouere, iuxta illud Quintiliani inſtitutione oratoria libro quarto capitulo de exordio. Metus etiam nonnunquam eſt amouendus, vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeij diſpoſita contra ſe putarent laborauit. Cæteros vero ſpectantes dixit virtutis Milonis eſſe fautores, vt audacius iudices pro Milone iudicarent. cunque dicat eos iudicium expectãtes putare in hac Milonis cauſa decertari de ſeipſis, de ſuis liberis, de patria, de fortunis &cę. Tacite captat beneuolentiam a perſona Milonis

ſona Milonis,de quo cum ſit iudicandum non de eo ſolo videtur, ſed
de vniuerſa patria iudicari,quaſi ipſa in eius ſalute ſeruetur,hoc dicit
etiam vt eam opinionem inducat quæ facit ad cauſam, iuxta Quinti
liani ſententiam libro quarto capitulo de exordio, qui ait ad cauſam
etiam pertinet tempus.vnde pro Clodio locus,pro Deiotaro habitus,
pro Milone opinio,itaque eos hortatur,vt timore depoſito fortiter iu-
dicent,oſtendendo quod ſi locus,& poteſtas vnquam fuit pro beneme
ritis ciuibus ab electis iudicibus libere iudicādi, nō eſt pro hoc captās
beneuolentiam a perſona iudicum,& Milonis,prædicans tales eſſe ta
cite eos,ſcilicet electiſſimos.ipſum vero ciuem optimum,& de patria
benemeritum.ac ſumma cum arte proponit formā futuri iudicij diſiū
ctiuam,cuius pars vna honeſta ſit.altera vero turpis,pro hoc ſuam ex
tollendo cauſam,& aduerſam deprimendo a reipſa ſibi tum comparās
beneuolos auditores,vbi etiam beneuolentiam captat egregie a perſo
na ſua,& Milonis,oſtendendo quales ipſi fuerint in eos, qui audiunt,
quia ſcilicet ſemper eorum authoritati dediti. Captat quoque beneuo
lentiam a perſona aduerſariorum,eos in odium adducendo cum ipſos
perditiſſimos ciues vocat. Captat quoque ab auditorum perſona cum
per eorum fidem,virtutem,& ſapiētiam poſtulat recreari. Captat itē
a ſua,& Milonis perſona,ſuæ in Rē publicam ſolicitudinis,& exer-
citationis officium commēdando. Captat item ab aduerſariorum per-
ſona,eos in inuidiam,& odium rapiēdo,cū dicit eos adductos ad rem.
P.ſpe ampliſſimorum pręmiorum,metu crudeliſſimorum carere nō
poſſe. Innuit enim eorum crudelitatem, vim,potentiam, factionem.
Talia enim in ciuitatibus timeri ſolent. Captat deinde a perſona Mi-
lonis,cum dicit eū ſemper ſenſiſſe pro bonis cōtra improbos, ideoque
putaſſe illi ſemper ſubeundas tempeſtates,& procellas popularium cō
cionum. Captat vltimo ab auditorū perſona aperiendo,quę de ijs exi-
ſtimatio ſit,cum dicit ſe nunquam exiſtimaſſe in eo iudicio,vbi am-
pliſſimi viri,& electi ex cunctis ordinibus iudices iudicarent,nō mo
do ad extinguendam ſalutem Milonis,ſed nec ad gloriam infringen-
dam in inimicos Milonis ſpem habituros fuiſſe. Sic,vt vides,hic Ci-
cero artem ab eo traditā in cōficiendis exordijs ſolēniter practicauit.

DIVISIO.

Quanquam

QVANQVAM IN HAC CAVSA iudices. Hic eſt diuiſio pars vna rhetoricæ orationis, quæ ad hoc potiſſimum comparata, vt auditor intelligat ſummam cauſę, & vt velut quadam admonitione prędentiat, ſuper quo ſit orandum. Itaque ſpecies vna diuiſionis hæc facit aperiẽdo quid nobiscum aduerſarijs conueniat, & quid in controuerſia relinquatur. Ita dico ſi nobis vtilia conuenire poterũt. Sed quędam altera diuiſionis ſpecies hoc idem facit enumerando de quot. Altera ſpecies facit hoc exponendo, de quibus rebus ſit dicturus orator. Et ita vult Cicero in arte, qui hic ipſam elegãter exercens vſus eſt illa diuiſionis ſpecie, quæ expoſitio nũcupatur. Exponit etenim ſuꝑ quo potiſſimum ſit oraturus, dicens ſe non velle Milonis feliciter res geſtas ei pro ſalute Rei. P. opitulari, niſi viderint oculis inſidias Miloni a Clodio factas. Nec ſe eſſe deprecaturum, vt hoc crimen Miloni propter ſua merita condonetur, nec poſtulaturum, vt mors. P. Clodij potius virtuti Milõis adſcribatur, quam felicitati Populi Ro. ſed obſecraturum, obteſtaturumque iudices ſi inſidiæ Clodianæ luce clariores fuerint, tunc ſaltem impune ſe liceat defendiſſe. Sic breuiter, & abſolute exponit, quid acturus ſit, quia videlicet ſe deprecaturum pro ſalute Milonis ſi oſtẽderit luce clariores inſidias inimici. Et ſicut hic exponendo denunciat, ita orando exquiſite perficit.

CONFVTATIO.

SED ANTEQVAM AD EAM rationem &cę. Hic eſt confutatio pars vna orationis, cum Cicero ad parandos auditorum animos debitum exordium præmiſiſſet, expoſuiſſetque breuiſſime quid eſſet acturus, antequam ad narrationem veniret voluit vti cõfutatione. Quædam enim erãt a Clodianis oppoſita Miloni, quę prius diſſoluenda videbantur. his enim non ſolutis, & confutatis nullus poterat eſſe locus defenſioni. nam cum Clodiani dicerent fas non eſſe eũ qui a ſe hominem cõfiteretur occiſum intueri lucem, niſi Cicero hęc primitus confutaſſet, & clariſſime demõſtraſſet iure hominem poſſe occidi, ſuperfluum, & inutile fuiſſet oſtẽdere inſidias fuiſſe a Clodio factas Miloni, & ſic fuiſſet inutile ante narrare rem, & manifeſtare crimen inſidiarum Clodij, ſtante ſcilicet illa ſentẽtia Clodianorũ. Hãc ergo primo confutat, vt vides, & manifeſtis exemplis, & rationibus

oſtendit

oſtendit aliquando iure hominem poſſe occidi. propter enim hãc cauſam non immediate ſubiecit exordio, aut diuiſioni narrationẽ. Quod fieri debere aliquibus viſum eſt, hac motus ratione, vt teſtatur Quintilianus lib. iiij cap. de narratione, quia cum procemium idcirco comparatum ſit, vt iudex ad rem accipiendã fiat conciliatior, & intentior. Et probatio niſi cauſa prius cognita non poſſit adhiberi protinus iudex noticia rerum inſtruendus videtur. Sed vt elegãter ait ipſe Quintilianus hoc quoque interdum mutat conditio cauſarum, niſi forte Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Miloẽ ſcriptam reliquit male diſtuliſſe narrationem videtur tribus præpoſitis quæſtionibus, aut profuiſſet exponere, quomodo inſidias Miloni feciſſet Clodius ſi rerum qui a ſe hominem occidiſſe fatetur defendẽdi omnino fas non fuiſſet, aut ſi iam præiudicio ſenatus damnatus eſſet Milo, aut ſi Gn. Pom. qui propter aliam gratiam militibus armatis clauſerat tanquam aduerſus exiſtimaretur hic Quintilian⁹. etiam ſubijcit, quod hæ quęſtiones in confutatione diſcuſſæ vim procemij obtinebunt, quia videlicet præparatoriæ ſũt ad reliquam orationẽ, quod per procemium fieri ſolet. Et quia Cicero in confutatione huius primæ obiectionis nihil aliud intendebat, quam generaliter probare contra illorum dicta poſſe aliquando hominem iure occidi vti habuit locis, & argumẽtis conſtitutionis iudicialis abſolute, in qua cõſtitutione quæritur abſolute, vtrũ res aliqua ſit quomodo iure fieri poſſit, licet hominis ſpecialis occiſio defendi nõ poſſit in abſoluta iuridiciali, eo quod neceſſe eſt adſumi aliquid ab extra, propter quod iure quiſpiam dicatur occiſus. incipiens enim eſſe ſi quis cum hominem occidiſſet ſe ita defenderet iure occidi, quia hominem licet occidere, & ſic ſtare vellet in pura abſoluta. ſed tamen cum generaliter venit ad quæſtionem, an vllo pacto hominem occidere liceat, & vna pars dicat nullo pacto vnquã liceere, altera vero dicat quodam caſu aliquando licere. Videtur eſſe ſine dubio conſtitutio iuridicialis abſoluta. hic enim quæri conuenit iure ne aliquando fieri poſſit, nec obſtat ſi dixeris eſſe aſſumptiuam, quia per comparationem tralationem criminis relationem criminis, & cõceſſionem quæ ſunt partes aſſumptiuæ dicatur cædes hominis iure facta. hoc enim caſu non venit aliqua illarum partium in quæſtionem, quia non quæritur an merito tralationis criminis, vel alterius partis occiſio iure ſit facta, ſed quęritur generaliter an ſi adhuc iſtę quatuor aſſumptiuæ partes conſtitutionis concurrerent, poſſit cædes aliqua iure facta eſſe defendi, & quia vna pars negat omnia, altera contradicit, & ambe in iure ſolum, & iuris partibus puta, vel natura, vel lege, vel æquo & bono conſuetudine iudicato ſe fundat, nec transferunt, nec referũt crimẽ

ferunt crimen,nec comparent,nec purgant,nec deprecantur & per cō ſequens non concedi poſtulant.ideo potius in hac generali quæſtione naturam,& ſtatum iuridicialis abſolutę,iuridicialis adſumptiuę verſari dicamus.& propterea Cicero illam Clodianorum generalem ſen tentiam confutando locis atque argumentis abſolutę iuridicialis hic vtitur. Arguit enim primo propoſitum per locum a iudicato cū oſten dit qualiter fuit in facto.M.Oratij,qui ſororem interfecerat.P.Ro. Comitijs iudicatum,& vt rite Quintiliano placet in hoc loco a iudicato cadit.exemplum maius minoris,quod non eſt inefficax ad perſua dendum.Item arguit per locum a conſuetudine,cum oſtendit in quæſtione homicidij ſolere,aut negari factū aut iure defendi,qđ roborat per reſponſum Scipionis,qui reſpondit Tribuno interroganti, quid ſentiret de morte Tiberij Gracchi,eum iure eſſe cæſum , & roborat etiam per aliqua non tota narrata,ſed ſolum ſignificata exempla quorumdam ciuiū,& ſenatus,qui ſceleratos ciues occiderūt,quod ſi eſſet nefas,vt aſſerebant Clodiani eſſent ciues illi ſenatuſque nefarij, quod non eſt dicendum.Item arguit per locum a iudicato,cum oſtēdit matris interfectorem, vel interfectorem patris vlciſcendi cauſa non hominum modo,ſed deæ ſapientiſſimæ ſcientia liberatum . item arguit per locum a lege cum dicit.xij.tabulas ex lege permittere caſu aliquo hominem iure necari,vt latronem quoquo noctu , interdiu vero ſi ſe telo defenderit.Et oſtendit quod ſi cauſa aliqua leges hoc concedunt maxime hoc eſſe permittēdum,cum vis illata ſit,defenditur.Item arguit per locum a iudicato caſu aliquo iure hominem poſſe occidi , cū oſtendit qualiter.G.Marius iudicarit in cauſa militis adeleſcētis qui occidit tribunum volētem ſibi eripere pudicitiam,in quo loco eſt rei geſtæ exemplum non ſignificatum,ſed narratum.Et cum monſtrauerit per locum a iudicato iure aliquos eſſe occiſos,cōcludit inſidiatori,& latroni iniuſtam necem adferri non poſſe.Item arguit per locum a lege,vel ab eius intentione cum dicit,quod nō liceret hominibus ha bere gladios,ſi non liceret ipſis gladijs iure vti.vnde apparet quod caſu aliquo iure gladio liceat vti,& hominem iugulare.item arguit per locum a natura cum dicit hanc legem eſſe naturæ,quam ab ipſa natura nō ſcripto diſcimus,vt ſi vita noſtra in latronum,aut inimicorum inſidias incidat,honeſtum ſit quoquomodo ſalutē noſtrā conſeruare Arguit item per locum ab æquo,& bono cum dicit id quod ad verita tem,& communem vtilitatem videtur pertinere,vt ſcilicet nō ſit expectanda punitio legum contra latrones & cę.Quia leges ſilent inter arma,nec ſe expectari iubent,cum ſi quis voluerit expectare,ei ſit inſidijs moriendum.Item arguit per locum a lege cum oſtendit eam tacite poteſtatem

cite poteſtatem dare defendi ſe. Et ſic per argumenta quæ ipſe docet in arte tractari in conſtitutione iuridiciali abſoluta. Princeps oratorum Cicero confutata illa generali ſentētia Clodianorum in huius partis confutationis finem concludit inſidiatorem iure interfici poſſe,

SEQVITVR ILLVD QVOD A MIlonis inimicis &cę. Hæc eſt pars confutationis, in qua cōfutat Cicero vnam obiectionem Clodianorum qua velle videbantur oſtendere nullo alio iudicio opus eſſe, niſi vt Milo raperetur ad pœnam, cum iam ſenatus iudicaſſet cædem illam contra Rem Pu. eſſe factam, vel hic adſerebāt, vt in iudicando iudices ſenatus ſententiam ſequerentur. Et pars iſta pro parte verſatur in conſtitutione legitima tralatiua proquanto Clodiani niti videntur, vt hæc cauſa ad ſenatus ſententiam transferatur, dicentes a ſenatu iudicatum eſſe contra Milonem, vt patet in litera orationis. Quod volens Cicero confutare, monſtrauit primo illam cædem ſenatui placuiſſe, quam ſenatus ſtudijs comprobauit. Oſtenditque quęſtionem iſtam ſenatum non conſtituiſſe, eo quod iudicarit cædem contra Rem Publicam eſſe factam. Et ad hoc declarandum vtitur conſtitutione legitima diffinitiua demonſtrans quid ſit aliquam rem factam eſſe contra Rem Pu. Itaque non negat remipſam vbi ſit vis aliqua cōtra Rem P. ſed tamen dicit de crimine eſſe quærendum, vt quia cum res in ſe ſit mala, circunſtantiæ tamen, & cauſæ poſſunt eſſe probabiles, & honeſtæ. Quinetiam ex Pompeiana ſententia quæri debere, an iure Clodius cæſus ſit, & ſic nititur quantum poteſt, vt in cauſa iudicetur, ne vt Clodiani velle videbantur ſine alio iudicio puniatur Milo. Cunque pars iſta confutationis in legitima tralatiua verſetur, vt dixi, oſtendit Cicero legibus, ac moribus bono & æquo, qui loci tractatur legitima tralatiua cauſam hanc Milonis tranſferri non debuiſſe a conſueto iudicio ad ſenatum, vel populum, cum de cædibus clariſſimorum ciuium nihil ſit nunquam eo modo quæſitum. Et oſtendit, ſi qd in hac cauſa a Pompeio præter mortem factum ſit adſignandum eſſe non cauſæ, ſed tēpori. Cōfutat etiā illā obiectionē qua dicebatur oēs iudices in hac cauſa amicos Ciceronis electos eſſe. Et hoc ita cōfutat, vt ſimul beneuolos faciat iudices, quod in omni parte orationis licet, & prodeſt. nam vt eſt apud Ciceronem in oratore hoc agendo melius efficitur, quam rogando, & eſt illud quod in totā orationē confunden

dum,& ipſe valde commendat,vt vides. Sic tota hæc cõfutatio,vt plane patet in duabus,quæ ad cauſam hanc incidunt,cõſtitutionibus pertractatur,videlicet abſoluta iuridiciali,& legitima,duabuſque partibus legitimę videlicet tralatiua,& diffinitiua,& hęc cõfutationis particula,vt Quintiliano placet,vtique neceſſaria fuit ante narrationem, vt in ea diuelleretur,quod de ſenatus pręiudicio erat obiectũ,& oſtenderetur non aduerſum eſſe Pompeium.

EPILOGVS CONFVTATIONIS

QVAMOBREM IVDICES &cę. Hic eſt confutationis Epilogus conſtans ex enumeratione,per quam colligit,& commonet quib⁹ de rebus verba fecerit, cũ ordine refert breuiſſime quicquid eſt dictum,ſecundum quod ipſe docet in arte fieri debere,quando partem aliquam orationis concluſione,quę conſtat enumeratione,concludimus Etenim concludens hic Cicero,quod ſi non eſt facti confeſſio inuſitata,ſi non eſt aliter,vel leuius quicquã a ſenatu iudicatum,ac ipſi iudicarint.Si lator ipſe legis nulla facti exiſtente controuerſia iuris diſcreptationem eſſe voluit,Et electi iudices,& præpoſitus quæſtioni ad diſceptandum ſunt,Reliquum nihil aliud ſit,quam vt inueſtigare debeãt vter vtri inſidias fecerit. Summatim repetijt,& ad memoriã reuocauit omnia,quæ diffuſe in cõfutatione ſunt dicta. Et propoſitum ſuum concluſit,vt ſcilicet de inſidijs quæreretur, quas expoſuit ante ſe velle ex parte Clodii luce clariores oſtendere,ſimulque ad narrationem inmediate ſequentem iudices facit attentos ac dociles,quod omni parte oratiõis efficere bonum eſt.nam vt in Oratore apud Ciceronẽ inquit Antonius,quæ pręcepta principiorum,& narrationum eſſe voluerunt,ea in totis orationibus ſunt conſeruanda.

NARRATIO.

PVBLIVS CLODIVS CVM STATVISSET &cę. Hic eſt narratio pars vna orationis. Poſtquam Cicero egregie confutauit Clodianorum obiecta volentium per illa præcidere Miloni locum defenſionis,& ita concluſit confutationem,vt nihil eſſet quærendum aliud, quam vter vtri feciſſet inſidias,Se contulit ad planam rei geſtę narrationẽ

ſtæ narrationem, vt clare per eam manifeſtare poſſet validius confir-mari ſuam cauſam. Et profecto iſta narratio Ciceronis, artificij plena eſt, vt facile eſt videre. Conſiderauit enim Cicero quod iam ante reli-quis obiectionibus confutatis tota vis huius cauſæ conſtabat in proba tione inſidiarum Clodij. Quæ tota probatio erat tractanda in conſti-tutione coniecturali, atque ideo ita narrauit, vt in cauſa coniecturali narrari decet in arte, in qua cum aliter inſtruatur accuſator ad narratio nem, aliter vero defenſor, Narrauit hic Cicero vt accuſator, quia licet in tota cauſa eſſet Milonis defenſor, hac tantum in patre erat merus ac cuſator inſidiarum Clodij, ideo, vt dixi, narrauit vt accuſator. Narra-tio ſiquidem, vt vides, habet ſuſpitiões interiectas, & diſperſas, vt niſi hil actum a Clodio, vel dictum, nuſquam vetum, aut habitum, nihil denique factum ſine cauſa eſſe videretur, quæ omnia propria ſunt nar rationis accuſatoriæ in cõiecturali cauſa tractatæ, vt vult Cicero, qui cum dicit in arte tria narrationum genera eſſe, vnum videlicet cum exponimus rem geſtam, & vnumquodque trahimus ad vtilitatem no ſtram vincendi cauſa, quod genus pertinet ad eas cauſas de quibus iu-dicium eſt futurum. Alterũ vero intercurrit aliquando, aut fidei, aut criminationis, aut tranſitionis, aut alicuius cõparatiõis, aut laudatiõis cauſa, & tertium quod eſt remotum a cauſa ciuili iudiciali, primi gene ris narrationem hanc habuit in qua narratione geſtam rem exponit, & vnumquodque trahit, vt vides, ad vtilitatem ſuam cauſa vincendi. Et quia omnis laudabilis narratio debet eſſe breuis, dilucida, & veriſimi-lis, vt Cicero dicit in arte. hanc ipſam notabiliter facit huiuſmodi vt poſſimus aperte videre. Primo enim non ab vltimo repetens, vnde neceſſe eſt incipit. Narraturus ſiquidem non incipit ab antiquis offen ſionibus Clodij, quę per anteacta tempora multę fuerant. Sed incipit a noua cauſa, & intentione quibus Clodius mouebatur ad cædem Mi lonis, ſummatimque narrauit, nõ particulatim eouſque quo opus erat proſecutus, vſque ad Clodij mortem, nulliſque vtitur tranſitionibus, ſed vt ſucceſſiue geſta eſt narrat nunquam deerrãs ab eo quod incępe-rit exponere, & omnino non modo id quod obeſt, ſed etiam id quod non obeſt, nec adiuuat prætərit. Nihil enim infructuoſum, nec bis aut ſæpius idem dicit, vt poteſt quilibet intelligens, qui orationem vi derit iudicare. Et omnia hæc ſupradicta eleganter breuem reddunt narrationem, quæ ideo dilucida dici debet, quia vt quicquid pri-mum geſtum eſt, ita primum exponit. Primum quidem motiuas animi Clodiani cauſas, & rationes exponit. Deinde quid propter has geſſit, & quicquid breuiter de parte in partem conſecutum

eſt dicit,propterea rerum ac temporum cõſeruat ordinem,vt geſta ſit res ſcilicet,vt quid fecerit Clodius.Primo vt ad ſui libitũ prætor eſſet Deinde quid fecerit,ne Milo conſul fieret.Deinde quid fecerit,vt vidit ipſum conſenſu omnium conſulem eſſe futurum,Et ſic per ordinem omnia quæ fuerunt narrat vſque ad mortem Clodij.Nec perturbate,nec contorte,nec noue,nec ambigue quicquã dicit.neque in aliã rem tranſit,nec ab vltimo repetens nimis longe proſequitur,vt ſuperius dictum eſt,nec certe prӕterit rem aliquam pertinentem,& breuẽ facit narrationem,vt ſuperius eſt oſtẽſum,vnde redditur dilucida. Et cum omnis laudabilis narratio veriſimilis eſſe debeat,talis illa potiſſimum eſſe debet,ſuper qua fundatur cauſa coniecturalis.qualis eſt iſta narratio,per quam narratur Clodium inſidiatum eſſe Miloni,quod ſequenter per conſtitutionis coniecturalis argumenta validiſſime eſt confirmandum.itaque narrationem iſtam multum facit Cicero veriſimilem,dicit etenim vt mos,vt opinio,vt natura poſtulat.Nam ſecũdum mores,& naturam Clodij præſertim irritati,iram& odiũ contra Milonem.Et ſecundum opinionem etiam quæ de ipſo habebatur cõmuniter omnia effecta dicit.Et narrando clariſſime demõſtrat fuiſſe ſpacium temporis ad conſtituendas inſidias,cum Clodius pridie,ante quam Milo,ab vrbe receſſerit.Fuiſſe item opportunitates locorum, cum Milonem ante ſuum fundum inuaſerit,& de loco ſuperiore fecerit in eum impetum.fuiſſe item rationes conſiliorum cum accenſus Clodius fuerit inuidia,& odio propter futurum Milonis cõſulatum. Fuiſſe item dignitates perſonarum,cum inſtructus ad inſidias Clodius multis rationibus demõſtretur,Milo vero incautus ex modo eũdi, improuiſus oſtendatur,ſic vt profecto refelli non poſſit aut ſpacium parum temporis fuiſſe,aut cauſam nullam,aut locũ idoneũ nõ fuiſſe, aut homines ipſos facere,aut pati non potuiſſe,quæ omnia digeſta ſecundum artem narrationem hanc ita reddunt veriſimilem,vt nihil veriſimilius eſſe poſſit.nam vt ait Quintilianus lib.iiij.de inſtitutione oratoria capite de narratiõe a Ciceroniana ſunt quidem vtiliſſima prædicta omnia per quæ Miloni Clodius,non Milo Clodio inſidiatus eſſe videatur.plurimum tam facitẽ illa callidiſſima ſimplicitatis imitatio.Milo cum in ſenatu fuiſſet eo die quo ad ſenat⁹ eſt dimiſſus domum venit,calceos,& veſtimenta mutauit pauliſper,dũ ſe vxor,vt fit cõparat cõmoratus eſt,quã nihil feſtinato,nihil ꝑparato feciſſe videtᷣ Milo,quod nõ ſolũ rebus tꝑis vir eloquẽtiſſimus,quib⁹ moras & lẽtũ ꝓfectiõis ordinẽ ducit,ſed verbis etiã vulgaribus,ac quotidianis & arte occulta conſecutus eſt,quæ ſi aliter dicta eſſent,ſtrepitu ipſum iudicem,

iudicem deinde patronũ excitaſſent,hæc a Cicerone cõſeruata Quintilianus inquit,vt credibilis eſſet iſta narratio.

CONFIRMATIO.

HAEC SICVT EXPOSVI ITA geſta ſunt iudices &cę.Hic eſt confirmatio pars vna orationis in qua quidem confirmatione Cicero primo colligit collectionem illam.inſidiator ſuperatꝰ vi victa vis eſt &c. quæ quidem collectio eſſe ſolet in argumentis nunc expoſitioni artificioſe cõiuncta, vt Quintiliano placet,adducit per colorẽ, qui dicitur occupatio,rationem vnam quare dicat Clodium iure cæſum propter videlicet vtilitatem Rei Pu.& bonorum. Et aliqua repetit argumenta ex locis iuridicialis abſolutæ conſtitutionis,quæ argumenta ante tractauerat in confutatione,cum voluit contra Clodianos oſtendere aliquo caſu iure hominem poſſe occidi,vt patet ſupra.oſtendit enim per locum a ratione,& neceſſitate naturæ,& per locum a conſuetudine gentium,quod aut liceat ſe defendere quocunque modo contra latrones,aut ſi nõ liceat oporteat perire in eorum inſidiis,aut iudicum ſententiis,quorum certe vtrumque videri debet abſurdum,& caute ſignificat optabilius fuiſſe Miloni a Clodio iugulari,quam quia non ſit iugulatus ab eo a iudicibus condemnari. Aſſerens tamen,quod ſi ita non ſentiunt, videlicet vt Milo potius debuerit iugulum Clodio præſtare,quam tueri ſe in vita non ſit abſolute quærendum,an Clodius ſit occiſus. Quod plane fatentur Miloni.ſed an iure ſit occiſus. Laborauit enim huc vſque Cicero multis & validis argumentis.vt non ſimpliciter quæretur,an Clodius eſſet occiſus,ſi enim ita quæreretur nulla eſſet defenſio pro Milone confeſſo iam ſe Clodiũ occidiſſe,ſed quæreretur ſolum an iure potuiſſet occidere.Hac enim in quæſtione iuris optime Milo defenditur,quã quæſtionem dicit a ſenatu Pompeio eſſe datam.Ideoque cõcludit nihil aliud eſſe quærendum quam vter vtri inſidias fecerit,quæ quæſtio in coniecturali conſtitutione verſatur.

CONFIRMATIO CONIECTVRALIS.

QVONIAM IGITVR PACTO probari poteſt &cę. Incipit hic illa confirmationis pars quæ nititur probare illam Milonis rationem, quæ erat fundata in inſidijs Clodianis, quam rationem Clodiani non modo negare videbantur, ſed contradicere quod Milo Clodio feciſſet inſidias. Diſcernendum ergo cum eſſet vter vtri fuiſſet inſidiatus opus in hac cauſa fuit non ſolum ſimplici coniectura, ſed duplici. vna per quam Milo inſidias Clodij manifeſtet, altera per quam a ſe id crimen reijciat, vnde hic pro Milone Cicero tali vtitur coniectura. Studet enim oſtendere inſidias Clodij, & ad id crimen a Milone ſuo reijcit. ſic iſta confirmationis pars verſatur in conſtitutione cõiecturali. Ex cuius conſtitutionis locis Cicero vt debuit argumenta ſumma cũ eloquentia, & arte capit, vt plane videbitur. volens etenim ipſe oratorum princeps per locum a probabili cauſa monſtrare fuiſſe cauſam Clodio cur inſidiaretur Miloni prius oſtendit per locum a probabili a vita minimas etiam cauſas illum Clodium in omne facinus impellere potuiſſe, cum dicit in tã audaci, & nepharia bellua ſatis eſſe docere magnam ſpem, magnam cauſam, magnas vtilitates in Milonis morte propoſitas fuiſſe, quaſi dicat facile eſſet docere, oſtendens illud Caſſianum cui bono fuerit &cę. habere locum in talibus qualis erat Clodius, his videlicet qui paruo emolumẽto impelluntur in fraudem, in quam boni nullo præmio capiuntur, artificioſiſſimum enim fuit in primis per locum a probabili a vita roborare locum per probabile a cauſa. quem locum immediate ſubſequenti tractaturus erat. ipſe etiam docet in arte omni modo quo poſſumus commaculare perſonã, vt cauſæ ad peccandum impulſiue quæ eſſent forte in alio leues in ea tali perſona grauiſſimæ videantur. Deinde validum incipit argumẽtum a probabili cauſa commodorum appetitione, & incommodorum vitatione, cum plane ſignat, quid ex morte Milonis Clodius adſequebatur commodi, quid incommodi declinabat, dum videlicet futurus prætor eſſet non ſolum Milone non conſule, quo cõſule nihil ad ſuũ libitum facere licuiſſet, ſed his conſulibus, qui aut non vellent, aut nõ poſſent eum a ſceleribus ſuis cohibere. deinde oſtendit per locum a rumore publico fuiſſe in Clodio hanc commodi appetitionem cũ quęrit a iudicibus an ſoli ignorent, quod omnes prædicarent leges videlicet nouas a Clodio factas eſſe, quas volebat imponere ciuitati. Deinde ad Sextum Clodium ſe cõuertit, & poſtulat, vt leges has exhibeat quas eum dixit ex incẽſa domo Publij Clodij rapuiſſe, & illum Sex. Clo. valde & caute vituperat. dum eum conciliare videtur. Deinde

oſtendit

oſtēdit quod propter præturam P. Clodij vniuerſus populus Milonē conſulem adfectabat, vt duo exhinc ſuſcipiant argumenta, vnum cō-tra Clodium, alterum pro Milone contra Clodium oſtendendo pro-pter hoc ſibi fuiſſe magnam cauſam, vt nō ſolicito modo niteretur cō-tra Milonem ad ſuam dignitatem defendendam, ſed modo quodam feruentiori ſic per probabile a cauſa innuit, vt fieri docet in arte Clo-dium inſidias feciſſe Miloni. Argumentum vero pro Milone hinc tale eſt quale docet Cicero debere ſumi ex parte defenſoris in hac con-ſtitutione, negando, ſcilicet fuiſſe cauſam criminis ei qui defenditur, aut eam vehementer extenuando. Ciceroni ſiquidem cum vt dixi ſu-perius ipſe habeat oſtendere coniecturatiue Clodianas inſidias, & id crimen a Milone reicere opus eſt, vt aliquando accuſatoris, aliquando defenſoris locis vtatur. Defendit hic igitur non ſolum negando cau-ſam fuiſſe Miloni, vt Clodio inſidiaretur, ſed quod eſt fortius oſtendē-do cauſam fuiſſe Miloni, vt Clodius viueret, cum dicit morte Clodij Milonem illam ſuam ſingularem gloriam, quæ erat in frangendis fu-roribus Clodianis amiſiſſe, & caute eos adeptos nequem ciuem ampli-us metuant, ſed Milone exercitationem virtutis ſuffragationem con-ſulatus fontem perēnem gloriæ perdidiſſe oſtendit. itaque quod mors Clodij non ſolum non proſit Miloni, ſed noceat, vt nos in arte docet in hac conſtitutione defendere. Multum ſiquidem in hac confirma-tione Tullius accuſando Clodianas inſidias vtitur partibus defenſo-ris, quia cum cōſtaret inſidias eſſe factas. & ſolum in dubium vertere-tur ab vtro factæ fuiſſent, ſed id crimē in defendendo a Milōe reijcit. Nonne accuſando iacit in Clodium? Et econtra. in vtroque autem oc-patus eſt, vt oſtendit videlicet nō inſidiari Milonē voluiſſe debuiſſe, & potuiſſe, ſed Clodium. Et poſtquam cauſam inſidiarum fuiſſe in Clodio. In Milone vero non ſolum non. fuiſſe, ſed oppoſitam fuiſſe monſtrauit. Et hoc in ambobus per commodorum appetitionē, & in-commodorum vitationem. Adhuc demōſtrat inſidiatum Clodium non Milonem per locum iterum a probabili cauſa cum oſtendit irā nec odium fuiſſe ex parte Milōis fuiſſe autem hic ſumma hic ex par-te Clodij, ira autem, & odium cauſæ videri debent maxime inſidiarū. In eo igitur in quo hæ paſſiones fuerunt acriores merito inſidiarum debuit acrior cauſa eſſe. arguit deinde per locū a probabili a vita oſten-dens a re ſimili Clodium nūquam abſuiſſe, cum dicit ironice reliquū eſſe, vt Milo coarguatur ex natura, & conſuetudine, & ex his Clodius defendatur. Quia videlicet nil per vim vnquam Clodius omnia per vim Milo. Et cum exempla connumerat violentiæ Clodianæ in ſe-ipſum primo. Et in quoſdā alios bonos ciues adſerēs, vt purgator atq;

defenſor nihil a Milone vnquam ſimile factū eſſe. Facit enim ex arte vt vita Clodij ſpectetur ex anteactis, ſicut propter peccata ſimilia iudicatur fuiſſe prompta ad inſidiandum, & Milonis vitę integritatem, honeſtatemque collaudat cum eius vim ſolummodo in eo fuiſſe aſſerit occupatam, ne violentiſſimus ciuis Clodius Rem Pu. occuparet. Deinde vt opus erat crimen inſidiarum a Milone reijceret, vt totum verteret ut in Clodium. arguit per locum ab vna parte ſigni, quę pars appellatur occaſio, qua hic vtitur, ait defenſor cū oſtendit non has Milonem inſidias veriſimiliter conſtruxiſſe, cum ipſe occaſiones meliores multas, vel res, & aptiores ad Clodium occidendū prætermiſerit. quas occaſiones multis locis atque temporibus fuiſſe commemorat, & concludit, quod nullum quem cum omnium gratia voluit interficere, nunc non ſit veriſimile, cum aliquorū querela occidere voluiſſe, & quē iure, loco, tempore, & impune nō fuerit Milo auſus occidere, eūdem modo iniuria iniquo loco, tempore alieno, periculo capitis interficere non fuerit auſus. Itaque ratio iſta pro Milone artificioſe deducta eſt per locum ab occaſione idonea præterita vel omiſſa. In qua quidem ratione cōſiſtit enthymema ex pugnātibus multiplicatū, vt ait Quinilianus lib. v. ca. de enthymemate. Deinde iterum, vt defenſor inſidiarum crimen remouens a Milone arguit per locum a probabili a cauſa cum ſignificat multiplici ratione maxime in petitione conſulatus non ſolum non futurum vtile, aut expediſſe Miloni Clodium per ſcelus occidere, ſed vehementiſſime nociturum, & vt accuſator contra oſtendit, quod vt non fuerit in Milone credibile inſidiari, ita non fuerit in Clodio dubitandum in ſpe commodi, cupiditatem eius oſtēdens, cum eum dicit putaſſe ſe regnaturum interfecto Milone. Deinde arguit per locum a parte ſigni. hoc eſt per locū a ſpe perficiendi propter impunitatis cōfidentiam, quam fuiſſe in Clodio maximam. in Milone vero non fuiſſe demonſtrat, cum Milonem dicit facti, aut præclari, aut certe neceſſarij fieri reum, Clodium ita contemptorē extitiſſe iudiciorum, ac pene vt nihil illum delectaret, aut quod per naturam fas eſſet. aut per leges liceret. deinde arguit pet locū argumento prout ſumitur argumentum pro vna ex illis ſex partibus in quas eſt coniecturalis conſtitutionis ratio diſtributa. arguit enim inſidias Clodianas certioribus argumentis, & magis firma ſuſpitione firmat & hic a parte præteriti cum oſtendit Clodium dixiſſe. M. Fauonio triduo Milonem periturum, & poſt diem tertiam fuiſſe rem geſtam, quem quidem locum ab argumēto corroborat atque firmat per locum a teſtibus cum teſtes appellat. Q. Petilium, & Catonem, quibus aſſerit illud Clodii dictum Fauonium retuliſſe, deinde accuſans

Clodium

Clodium,defendenſque Milonem clare & aperte demonſtrat multis & apertis indicijs Clodium viam Milonis ſcire facile potuiſſe. Mi- lonem vero Clodij reditum ſcire nullo modo potuiſſe,vnde per locũ a collatione videt argumentum cum rem eandem vnũ ſcire potuiſſe alterũ non potuiſſe demonſtrat. Deinde per locũ a teſtib9 ſe, ipſumq; Milonem defendit ab obiectis cum ex dictis ipſorum teſtium Clo- dianorum liquido concludit,nec ſe,nec Milonem ſcire,aut ſuſpicari de Clodij ad vrbem reditu potuiſſe,cunque id demonſtrauerit imme diate ſuperius per locum a teſtibus Clodianis, ne ſi dicta tamen eorũ firma relinqueret,appareret nec ipſum Clodiũ inſidias conſtruxiſſe. Per locum cõtra teſtes ipſa dicta dehinc vellicat,& infirmat.cũ oſtẽ dit fieri non debuiſſe,quod dicant,vt ſcilicet Clodius propter mortẽ Circi vellet eo tempore remeare,cum cauſæ nullæ ſubeſſent propter quas tali properatione opus eſſet. Deinde confirmat adhuc per locum ab occaſione idonea præterita,vel omiſſa Milonem non fuiſſe animo inſidiandi,& ſi ſciuiſſet Clodiũ reuerſurum,vt ad id melior occaſio quæreretur,tum loci ipſius natura,tum ſpe perficiẽdi,tum etiam ſpe celandi, cum oſtendit, aut occultum fuiſſe futurum facinus, aut in alios veriſimiliter flectendum. Et ſic interrogando cur meliores occa ſiones omiſerit Milo ab eo per locum ab occaſione prẹterita crimen tol lit,totumque id vertit in Clodium,& omnia ſummo ingenio,& inac- ceſſibili eloquentia,& mirabili facit arte.

EPILOGVS PARTIS CON FIRMATIONIS CONIECTV- RALIS.

VIDEO ADHVC CONSTARE omnia &cẹ. Hic eſt huius ſuperius in conſtitutio- ne coniecturali peractæ partis cõfirmationis Epi logus. videns enim multis ex locis varia argumen ta ſumpſiſſe,tum ad Milonem excuſandum,tum ad Clodium accuſandum, Ne iudices horum acer uatione confuſi memoria prẹdictorum,hic neceſ- ſario eſt vſus Epilogo,eaque potiſſimũ parte epi- logi,quẹ enumeratio nuncupatur,quẹ ad hunc ſui effectũ in hoc loco ſibi neceſſaria

ei neceſſaria videbatur, vt ea quæ ſuperius late dixit, ad memoriam reduceret auditorũ, Per eam ergo ſummatim collegit, & ordine, vt ex arte ſua debuit omnes locos retulit, quibus eſt vſus probando inſidiatorem eſſe Clodium, & id crimen a Milone remouendo ita argumentũ cõparans argumento, vt breuiter reuocata non redintegrata videatur oratio, quo certe nil efficacius eſt ad memoriam reuocandam.

PROSEQVITVR CONIECTVRALEM CONFIRMATIONEM.

VIDEAMVS NVNC ID QVOD caput eſt, & locus &cę. Dehinc Cicero proſequẽs confirmationem ſuam in cõſtitutione eadem ſcilicet coniecturali arguit per locum ab vna parte ſigni. quæ pars locus dicitur, oſtendendo locum ad inſidias Clodio fuiſſe aptiſſimum. Miloni vero non aptum, cum ironice dicit dubitandũ eſſe vter ad inſidiãdum locus fuerit aptior, vel Clodio, vel Miloni, cum ante fundum Clodij geſta ſit res, in cuius fundi inſanis ſubſtructonibus poterãt millia hominum collocari. Et cum dicit ironice illum locum electum a Milone, vt de excelſo poſſet inuadere, immo verius locum illum altum electum a Clodio fuiſſe, cuius loci ſpe facere impetum cogitarat. Hac ſiquidem argumentatione ex loco vehementiſſime vſum Ciceronem in hac oratione memorat Quintilianus libro quinto inſtitutionis oratoriæ capitulo de argumẽtis &cę. Nam, vt ipſe Quintilianus ibidem, ait hęc & ſimilia frequentius ad coniecturam pertinent. Deinde arguit per locum ab occaſione demonſtrans, vtrum occaſio fuerit magis idonea ad rem adoriendam, an in Clodio, an in Milone, locum hunc roborans ad perficiendi ſceleris ſpem, quam eſſe potuiſſe in Clodio vult intelligi. In Milone vero non, propter eius inapparationem, cum ipſe veheretur pęnulatus in rhedula, vna ſederet vxor, ſic quod illum omnia, quæ erãt ſecum, faciliter impedirent. Et rem quaſi ante oculos iudicum oſtendendo arte cum maxima arguit. Deinde Clodianas inſidias per locum ab argumento a parte pręteriti, cum demonſtrat ſubitũ egreſſum eius ex villa

percontatur

percontatur,cur fecerit quicquam præter conſuetudinem in alieno tē
pore neceſſitate ipſum aliqualiter non vrgente,dicens.Quid veſperi?
cur neceſſe eſt tarde?quid cōuenit præſertim id temporis &c.arguit=
que per eundem locum a parte præteriti cum oſtendit fuiſſe Clodiū
in villa Pompeij pręter rationem,quam,ne adduci poſſit,aut de viſita
ſione Pompeij,aut de villæ ſpectatione,ſufficienter euacuat, & demō
ſtrat Clodium locum illum tergiuerſando,& morādo relinquere vo=
luiſſe,donec Milo cui inſidiabatur accederet. Deinde iterum arguit
per locum ab occaſione etiā roborata.ea magis fuerit ad rem adorien=
dam idonea,in qua non perficiendi ſpes fuiſſe monſtratur,in eo etiam
maior arguitur fuiſſe voluntas iuxta ſententiam Quintiliani lib.iiij.
cap.de argumentis,vnde eleganter Cicero per apparationem Clodij
ſpē monſtrauit,vt volūtas fuiſſe argueretur ex ſpe.permiſcetque etiā
argumentum per locum ab argumēto a parte pręteriti cum oſtendit,
& comparari poſtulat Clodij apparationem cum apparatiōe Milonis
& dicit Clodium pręter conſuetudinem ſine vxore fuiſſe, ſine exo=
letis,& græculis,& reliqua turba voluptuoſa , ſine qua nunquam ire
conſueuerat.Milonem vero tunc pręter conſuetudinem ancillarum
greges,& pueros ſymphoniacos adduxiſſe,ſic enim manifeſtam Clo=
dij apparationem facit,inapparationem Milonis. Argumentum, vt
vides,capit per locum a ſpe perficiendi,per quam ſpem roboratur lo=
cus occaſionis idoneæ,cum vero Clodium,& Milonem quicquā præ
ter conſuetudinem feciſſe demōſtrat, argumentum accipere per locū
ab argumento a parte præteriti, ſi artem bene conſideras , tibi facili=
ter notum erit.

CVR IGITVR victus eſt &cę.Cicero ſu
ſpitionem in Clodium ſuperinduxerat vali=
dis argumentis, & pręſertim ex apparatione
Clodij,& in apparatione Milonis,quia obiici
poſſet,& diceret,ergo ſi inapparat⁹ erat Milo,
Clodius apparatus, ille vicit,ille ſuccubuit,
atque occiſus eſt? obiectionem hanc egregie
diluit atque infirmat.Infirmatque etiam quę
ſibi poſſent obijci de manumiſſiōe ſeruorum
vt nihil appareat ex conſilio antecedenti ad
inſidias factum eſſe,quod pandi per ſeruos timeret ſi eos in ſeruitute
reliquiſſet,cum omnia fateatur quæ poſſent per ſeruos,& oſtendit eos
non propter cogitatum maleficium,aut timorem aliquem confeſſio=
nis,ſed propter beneficium in tali caſu domino pręſtitum fuiſſe a gra=
to domino

to domino manumiſſos. Deinde quia quædam quæſtiones habitæ de ſeruis Clodianis, ex atrio libertatis videbantur eſſe contra Milonem contra etiam quæſtiones & teſtes. Hic arguit cum quęſtionem hāc vituperat, eo quod ſit contra mores, & a plana corruptela vituperat, & teſtes, & teſtium productores, & quæſtiones illius modum, communes etenim loci ſunt, vt dicit in arte, tum defenſoris, tum accuſatoris a teſtibus contra teſtes, a quæſtionibus, cōtra quęſtiones. Contra ergo teſtes & quæſtiones hæc dixit, vt defenſor Milonis. Supra enim eſt dictum quod aliquando hic vtitur Cicero locis accuſatoris, aliquando defenſoris, cum conſtitutio coniecturalis hic conſtet ex duplici coniectura, & etiam mixta ſunt multa de ratione confutationis, per quam loci contrarij diſſoluuntur, in hac confirmatione, per quam ſua argumenta exponuntur, vt debent cum adſeruatione. Nam cum ſemper diſſolutio locorum contrariorum noſtrorum faciat firmamentum, in hac potiſſimum cauſa confutatio Clodianorum obiectionum Milonis roborat cōfirmationem, quia cum aut hic, aut ille inſidias fecerit, & hoc conſtet, qui ſe tantum a crimine inſidiarum purgat neceſſario culpam flectit in alterum, vnde fit in hac confirmatione quadam, quæ illam roborat confutatio artificioſiſſime miſcentur.

QVOD SI NONDVM SATIS cernitis &cę. Dehinc vlterius confirmādo arguit magnam Milonis innocentiam per locum a conſecutione oſtendens ſigna innocentiæ, quæ ſequi ſolent. Et hęc loco hic vtitur, vt defenſor ſicuti defenſorem vti docet in arte, cū non pertimuerit re9. nam ipſum innocentia fretum negat eſſe commotum. Dicit enim & rogat, vt recordentur celeritatis ſui reditus ingreſſus in forum curia, tunc maxime ardente magnitudinis animi vultus orationis oſtendens eum ſeſe propter innocentiam commouiſſe, & tradidiſſe iudicio. nam id non feciſſet, niſi de innocentia ſua cōfiſus fuiſſet, cuius vim maximam eſſe dicit &cę. adſerens nō ſine ratione ſenatum cauſam Milonis probaſſe videndo pręſentiam animi ſui, & conſtantiam defenſionis. Deinde locum hunc ipſum a conſecutione corroborat per locum contra rumores, cum dicit rumores aliquos ſparſos de Milone a populo, quos fuiſſe falſos re ipſa docente demonſtrat, adſerens eos futuros vero niſi habuiſſet Milo, quod poſſet vere, & honeſte defendere. itaque improbatio rumorum falſorum facta per locum cōtra rumores detegit, atque aperit Milonis innocētiam per locum a cōſecutione maxime comprobatam. Deinde ne Clodiani locum a conſecutione,

ſecutione,quem tetigit poſſent euellere,aut infirmare per locum etiã a conſecutione,attributum accuſatori contra reum,qui ſe dixerit propter ſpem,& vim innocentiæ non fuiſſe commotum. Quia accuſatoris locus eſt cum dicat reum vſque adeo præmeditatũ fuiſſe,quid ſibi eſſet vſu venturum,vt cõfidentiſſime reſiſtens reſpõderet,quæ ſigna ſunt confidentiæ non innocẽtiæ. Ne igitur iſto loco vti poſſent Clodiani contra Milonem Cicero ſumma cum arte argumentum, & eodem loco quo prius, videlicet a conſecutione ex parte rei ſuam innocentiam defendentis accepit,ſed non contra hoc crimẽ inſidiarum ſed contra alia quædam crimina obiecta Miloni,oſtendit enim quomodo illa ſuſtinuit,& contempſit ac pro nihilo putauit, vt cum illa crimina manifeſta fuerint reperta falſa,quæ ita contẽpſerit videatur etiam hoc de inſidijs falſum eſſe,quod ſimili modo contemnant,& ſic non cõfidentiæ,ſed innocentiæ ſignum eſſe. Præterea ſummo cũ ingenio exaggerat illa alia crimina dicens ea fuiſſe, quæ nullus nocens animo maximo,nullus etiã innocens niſi idem fortiſſimus vir negligere potuiſſet propter hoc innocentiæ Milonis accumulans fortitudinem ſingularẽ,quæ illo caſu criminum obiectorũ in homine nocẽte eſſe non potuiſſent,eſſe autem potuit in Milone,qui erat fortis,& innocens,& dehinc crimina illa connumerat,quæ dici non delata ſolũ, ſed pene credita,nec ante repudiata quam quæſita,vt oſtendat eorum falſitatem,nullo alio modo niſi inquiſitione detecta ne poſſit opponi vera fuiſſe,ſed non quæſita,& inueſtigata. Ideoque Pompeij diligentiam in tali inquiſitione ſignificat,quam Pompeij diligẽtiam ne illũ prꝗſentem,& audientem notaret oſtendens eum fuiſſe diligentem cõtra Milonem. eleganter excuſat,& laudat eo quod regẽtes Rempublicam non audire multa non poſſunt,& oſtendit eundem in alijs fuiſſe diligentem,ne ſpecialiter contra Milonem videatur diligentiam exercere. Et item de alio crimine reprehẽſum Milonem a ſenatore quodam dicit quia ſcilicet cum telo eſſet occulto,nec Miloni ante creditum quam nudatus ipſe monſtrauit falſum eſſe,vt ſcilicet ſemper appareat Miloni nihil aliud quam puram innocentiam profuiſſe, cum ſemper de his de quibus accuſatus fuerit,fuerit diligentiſſime perquiſitum,præterea poſtquam incidit in commendationẽ diligentiæ Põpeianę,& in ipſum Pompeium ſermonem vertit magna cum iduſtria & elegantia orationis,vt videlicet eum Miloni multa ratione concilietcũ poſſit maxime opitulari,vel vt ſi qua eſſet ſuſpitio,quod Põpeius prꝗter iuſticiam eſſet Milonis adiutor,hãc diluat apud multitudinem, oſtendendo quodammodo ſe vereri,quod a nonnullis ſuis prꝗdicetur. Ne Põpeius ſcilicet hæc arma parauerit cõtra ſuſpitionẽ,& me

tum, videturque multũ in horũ purgatione laborare, vel vt oẽs audiẽtes intelligerent legis Põpeianæ ſententiã, quã ita vt ipſe ſentit, tulit vt Milonẽ abſolui oporteret, vtq; oẽs ſaltẽ cõfiterẽ liceret. Cũ enim ante monſtrauerit nec debuiſſe, nec potuiſſe eſſe ſuſpitionẽ, aut metũ, Quia gentes illas Pompeius armaſſet, oſtẽdit in fine cauſam illam nõ fuiſſe illorũ armorũ ſupitionẽ, aut metũ. Cum dicat Pompeiũ Publici iuris, moris maiorũ, rei denique. P. peritiſſimũ &c, Nõ fuiſſe expectaturum armis ſibi datis iudiciũ in eius cõſilijs iudicandis, qui iudicia ipſa tolleret. Quaſi dicat ſi de Milone ſuſpitionẽ, aut metũ excepiſſet, cũ arma haberentur a ſenatu data pro cõſeruatione Reipublicę eũ merito puniſſet, nec in ſuis inſidijs iudicãdis iudiciũ expectaſſet, & merito quia talis eſſet vir, qui tolleret ipa iudicia, & ſic, vt etiã quodam loco ſupra ſignificat, arma illa eſſe parata non ad terrorem inferẽdum, ſed ad pręſidium, vt in hac cauſa iudices poſſint libere iudicare.

CONFIRMATIO IN CONSTITVTIONE IVRIDICIALI ASSVMPTIVA COMPARATIVA.

HAEC VERO ME IVDICES Clodianum crimen &cę. Poſtquam Cicero (vt viſum eſt) confirmauit cauſam Milonis ex fundamento illius rationis, videlicet quia Clodium vitæ Milonis inſidiantem iure occidiſſet. Eamque rationem comprobauit in cõſtitutione cõiecturali, vt ſuperius eſt oſtẽſum. Incipit nunc confirmare cauſam eandẽ ex vi alterius rationis, videlicet quia eum iure occidere potuit Milo, qui bonos erat cõtumelioſe vexaturus, & rẽ publicam ſeditionib⁹ turbaturus. Hæc enim eſt illa oratio propter quam dictũ eſt cõſtitutionẽ alteram videlicet iuridicialem comparatiuam in hac cauſa verſari, videtur ſiquidem hinc diſputatio talis oriri, an fuerit vtilius ciuitati a Milone occidi Clodium, an in vita relinqui? cuius partem vnam videlicet quod vtilius fuerit occidi, Cicero hac eleganti oratione, & in hac orationis parte defendit. Quæ quidem pars (vt dixi) in iuridiciali comparatiua tractatur, & quia non habet tantam difficultatẽ hæc conſtitutio comparatiua, quantam habet cõiecturalis, quę, vt ait Cicero, tractatu difficillima eſt, breuius hæc ꝑs, & facili⁹ abſoluetur.

Et notandum

Et notandum eſt quod Cicero non vtitur abſolute non ratione, quam ſupra dixi, dicendo quod illa ratione occiderit Clodium Milo. ſed ea vtitur ſub conditione oſtendendo, quod ſi adhuc non vellet aliter diluere crimen, vt diluit, poſſet Milonem iure defendere &c. Nam vt Quintilianus libro quarto capitulo de partitiõe egregie Cicero ꝓ Milone inſidiatorem primum Clodium oſtendit, tum addit ex abundãti etiam ſi id non fuiſſet, talem ciuem cum ſumma virtute interfectoris, & gloria necari potuiſſe. Non enim Tullius in hac defenſione tantum ponebat quantum in prima, & ideo hãc ſolum rationem propter conditionem adduxit incipiens, vbi ait. Si adhuc non vellet diluere, &c. tamen impune. Miloni palam clamare, & glorioſe mentiri liceret occidi, occidi &c. vbi adduxit exemplum minus maioris. hinc eñ oſtendit fuiſſe vtilius ciuitati Clodium eſſe occiſum, cum Milonem inducit quaſi clamantem, & confitentem ſe occidiſſe Non. S. P. Melium, non. T. Gracchum, quorum mors fuit vtilis reipublicæ, ſed occidiſſe eum ſcilicet Clodium, qui multo pernicioſior illis fuit. Quod vt ſit liquido manifeſtũ multa ſcelera Clodij aceruat, vt appareat quãtum vtile fuerit patriæ tam nepharium ciuem de vita, & vrbe tolli, & quantam ille perniciem bonis intuliſſet ſi fuiſſet adeptus præturam, qui mala tot, & tanta iam fecerat. Exindeque arguit fuiſſe vtilius occidi, cum rationem, quæ eſt fundamẽtum huius partis, adducit, oſtendens quantum bonos homines, & patriam ille manu tyrannica laceraſſet ſi vixiſſet, cum audientes interrogat, quo nam modo ea quæ aderant, & impendebant ipſi depellere potuiſſent, aut ferre eius imperium ſi ille fuiſſet, quod optabat, adeptus. Et calamitates oſtendit in quas illi incidiſſent, viuo Clodio. Vnde concludit, quod ſi cruentum gladium tenens Milo vocaret ciues, & diceret ſe Clodium occidiſſe propter vtilitatem Reipublicæ, cum ab eorum ceruicibus repuliſſet ſeruitutem, non eſſet tantum timendum quo nam animo id ferret ciuitas, cum omnes nunc ſentiant. T. Annium Milonem cæde Clodij plurimum reipublicæ profuiſſe, nec vnquam in ciuitate tantam lætitiam extitiſſe ſignificat. Et vt bene appareat vtilitas, quam ſit ex Clodij morte res publica conſecuta, dicit viuo Clodio nunquam bona illa in republica fuiſſe cernenda, quæ euentura ſperat. Cum ea quæ priuate tenerent propria eſſe eorum non potuiſſent dominante homine furioſo. ita oſtendit clariſſime rationem illam ſuam antedictam de turbatione patrię, & vexatione bonorum &c. propter quam vtilius fuiſſe perſuadet, vt occidere͂, quã vt relinqueretur in vita. Deinde purgata obiectione breuiſſime q̃ opponi poſſent a Clodianis, eũ videlicet iſta dicere propter odium, non negat fuiſſe odiũ, ſed propter ipſius Clodij

 vitia ſibi

vitia ſibi fuiſſe commune cū omnibus,& vt clarius oſtēdat fuiſſe vtilius eum perire, quam viuere, adducit ad iudices illam quæſtionem quæ in hac confirmatione conſtitutionis comparatiuę tractanda eſt, cum dicit, vt fingant animo abſolui Milonē, ita ſi Clodius reuiuiſcat, & abſque eo quod quærat vtilius eos, oſtendit ſolum hac conditionis imagine fuiſſe territos, vt appareat quā dānoſum fuerit eū viuere,& per conſequens quā vtile trucidari. Quod ſimiliter etiā monſtrat authoritate Pompeij, qua dicit ſi ferendo legem &cæ. potuiſſet Clodium ab inferis vocare, nunquam legem de eiꝰ nece fuiſſe laturū. Et hoc propter Reipublicæ vtilitatem, vnde aſſerens eos iudices eius mortis vltores ſedere, cuius vitā, ſi putēt per eos reſtitui poſſe, nolint, &c. Adducit (vt ait Quintilianus) libro quinto capitulo de enthimemate probationem ex pugnātibus, quam quidam ſolum enthymema vocant. Et deinde quod Milo concludit, confiteretur alacriter, nec pœnam timeret ab eis quos liberauiſſet &c. Deinde monſtrata vtilitate, quam eſt ex morte Clodij Reſpublica conſecuta. Adducit exēpla Græcorum, qui ſumme honorauerunt illos qui ciues peſſimos aut Tyrannos occiderunt, vt Milonem etiam perſuadeat honorari. Confeſſurumque audacter dicit fuiſſe Milonem ſe feciſſe libertatis omnium cauſa. Et hic nota, vt ſemper defenſionis huiuſmodi ſibi conditio naturaliter attribuat propter iam dictam cauſam, & adfert magno animi ingenio multiplicem rationem quare confiteri poſſet hæc Milo, quod ad ſalutem publicam factum eſſet. deinde multis argumentis oſtendit hoc beneficium Clodianæ cædis fortunæ populi Romani & dijs eſſe tribuendum, vt Milo qui ipſorum deorum miniſter in ea cæde fuit nullo dignus ſupplicio, ſed honore ampliſſimo iudicetur. deinde aggregans iterum Clodij ſcelera, & oſtendens quæ vlterius eſſet facturus in vitā ſuam, ſi eam vlterius pertraxiſſet, ſignificat fuiſſe vtile Reipublicæ, vt occideretur ab illo qui ſolus eum poterat a furoribus ſuis cohibere. pręſertim uero cum oſtendat aliter, nec Rempublicam nec ſenatum vltionem de eo fuiſſe capturum, & clarificat calamitates in quas incurriſſent, ni dij Clodiū perdidiſſent, nihil aliud vult quā oſtendere, quod fuerit vtilius eum occidi, quam in vita relinqui, quod multa quidē, & varia, & eleganti hic ratione corroborat, & omnia ſpectant eo, vt mors Clodij videatur vtilior, & eligibilior Reipublicæ quam eius vita, & per cōſequens eius occiſor magis laude dignus, quā ſupplicio iudicetur, cum fecerit id quod ſit vtilius ciuitati. qui finis ſemper intenditur ab eo qui ſe defendit in cōſtitutiōe iuridiciali comparatiua, vult enim talis ſemper perſuadere vtilius, aut honeſtius fuiſſet, quod fecerit, & ſic fit hic.

Deprecatio

DEPRECATIO.

SED IAM SATIS MVLTA DE cauſa &cę. Poſtquam Cicero confirmauit Clodiũ iure cæſum in conſtitutione iuridiciali per tralationem in Clodianas inſidias, eaſque vt ipſa tralatio haberet locum accurate cõfirmando probauit in conſtitutione cõiecturali. Et deinde iterum iure cæſum Clodium demonſtrauit in cõſtitutione iuridiciali comparatiua, ne quid intactum, quod cauſæ ſuæ prodeſſet in hac oratione relinqueret, modo ſe vertit, & confirmationem ſuam ad aliam conſtitutionem ſeu partem conſtitutionis iuridicialis, quæ conceſſio nominatur, per cuius conceſſionis partem, quæ deprecatio nuncupatur, nititur ſumma arte abſolutionem Milonis impetrare, & bene ſicut ſupra in diuiſione ſeu expoſitiõe, quæ diuiſionis eſt ſpecies prędixerat, videlicet ſe deprecaturum pro ſalute Milonis ſi prius oſtẽdiſſet luce clariores inſidias inimici non niſi demonſtratis clariſſime Clodianis inſidijs deprecatur, & quoniam deprecatio fere i iudicium non poteſt vſu venire, niſi quando pro eo dicimus cuius multa recte facta conſtant, vt Cicero dicit in arte, ideo cum poſſit multa præclara Milonis opera memorare, vt facit in cauſa iſta iuridiciali nõ indigne depræcatione fuit vſus in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur (vt Cicero inquit) in veteri qui docet, ſi pro aliquo claro, & forti viro dicamus ſub conditione vtendum eſſe deprecatione ſic, vt non videaris. Et vti tamen hoc modo. Quid ſi iudices hic pro ſuis beneficijs, pro ſuo ſtudio, quod in vos ſemper habuit tali ſuo tempore multorum recte factorum ſuorum cauſa huic delicto, vt ignoſceretis poſtularet tam dignum veſtra manſuetudine, quam virtute huius eſſet. O iudices a vobis hanc rem hoc impetrari poſtulante, itaque in hac oratione, vt ignoſceretur Miloni, & ſi non totaliter ſub conditione, vt in exemplo prępmiſſo, tamẽ effectum ſimili poſtulauit, cum dicit, non Milonem veniam poſtulare, ſed ſe. Hic enim modus ſibi fuit viſus honeſtior, vt poſtularet veniam quaſi inuito Milõe, ne per hoc ſiquidem, cum ſignificat virum fortem etiam in iuſtitia, & veritate plene confidere. Deinde etiam vt Milo miſericordia dignior videatur propter animi ſui conſtantiam expoſcit Cicero, vt non minus eius miſereãtur, qui non ploret, &cę. Et probat ex hac ſua fortitudine animi magis dignum venia exiſtimari, & adduxit deinde Milonem

voces fortiſſimi viri proferentem. Deinde per exclamationem commemorat beneficia, quæ patriæ ſuæ feciſſet, quo loco in deprecatione maxime vtendum eſt, & iccirco in eo mira exornatione ſe exercet ſic, vt ſaxis poſſit lachrymas extorquere. Deinde oſtēſo quomodo ſecum Milo fortiter colloquatur, ipſe cum Millone colloquitur. Et oſtendit quod quanto ille ſit fortior, tanto ab eo durius diuellatur, vt habeatur cara Milonis nobilitas atque virtus, qui locus in deprecatione artificioſe verſatur. Deinde ad iudices verſus eos ſibi magna arte conciliat, & rogat, vt ſi quid ipſos offenderit poti9 luat Cicero ipē quā Milo, & ſic vſque in finem multis ac varijs exornationib9, miſericordia, arte ſumma, & elegantia nititur peruenire.

CONCLVSIO ORATIONIS.

SED FINIS SIT &cę. Hic eſt concluſio pars vna orationis, & artificioſus terminus ipſius, cum enim Cicero orationem ſuam in deprecatione concluderet, vti maxime debuit concluſione, quæ ex connumeratione conſtaret. Concludens etenim hic miſericordiam captat, cum oſtendit ſe loqui non poſſe præ lachrymis q̱bus defendi Milo non vult, vt eum ſemper oſtendat in iure confidere, & virum fortē eſſe, & ſe ſubijcit in eorum poteſtatem, quorū miſericordiā vult captare, cum orat, & obteſtatur, vt iudicent, quia virtutem, fidem, iuſticiam ſuam probauit is maxime, qui optimum, & ſapientiſſimum quenque legit. Per hoc etiam eos ſibi concilians audaces ad iudicium facit ex voluntate Pompeij, qui ipſos iudices in hac cau ſa delegerat. Et ſic breuiter cōcludit hanc totam orationem qua nihil pulchrius, nil ſuaui9, nil ſubtilius, nil denique altius, atque artificioſius fingi poteſt.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELLqua parte Rhetoricæ, videlicet orationis elocutione videamus, de qua plane per omnia ſic dicendū, vt diximus in oratione Pompeiana ſuperius, & de huius ſimiliter eſt exornationibus perſcrutādum Illa arma centuriones, & cętera. Hic eſt color articulus,

ticulus,cum dictiones hic aliquæ incopulate ponantur. De liberis,de patria,de fortunis,&cę. Articulus. Si vnquã,&c. Repetitio eſt. Marci Oracij fortiſſimi viri,&cę. Exemplum eſt P. Aphricanum,&cę. Aut Hala ille ſeruilius, & quæ ſequuntur, Exempla ſunt, proponunt enim facta aliqua,cum authorum nominibus,vt planum eſt. Pudicitiam cum eriperet,&c. Exemplũ eſt. Didicimus,accepimus,legimus,&c. diſſolutum eſt. Arripuimus,hauſimus,expreſſimus,&c. diſſolutum eſt. Erant enim leges,erant quæſtiones,diſſolutum eſt. Incẽdium curiæ,oppugnationem,odium,cædem hanc vnam,&c. articul⁹ eſt. Crimen iudicio reſeruaui,rem notaui,&c. diſſolutum eſt. Quid ergo tulit,&c. ſubiectio eſt,vſque ad locum illum. videt etiam . Nunc igitur vlla quæſtio,&cę. Hic eſt ratiocinatio. in hoc enim Scipionis exemplo Cicero poſcit rationem quare quicquam dicat, vt patet Caruit foro, &cætera. Repetitio eſt, & diſſolutum . Inſidiator erat in foro,&cætera. Frequentatio eſt vſque ad locum illum. niſi forte. Qui Aphricanum Pompeium,noſmetipſos,&c. articulus eſt. Non fuit ea cauſa iudices non fuit,&c. Conduplicatio eſt. Niſi iuſticiam,grauitatem,humanitatem,fidem,&c. Articulus eſt. Quamobrem iudices,vt aliquando ad cauſam,&c. Frequentatio eſt vſque ad locum illum,quod quo facilius,&c. Conuocabat tribus,&c. Diſſolutũ eſt. Miſcebat,conualeſcebat,&c. Similiter deſinens eſt. Fortiſſimum virum, Articulus eſt. Significauit hoc ſæpe in ſenatu,dixit,&c. Diſſolutum eſt. Solemne,legitimum,neceſſarium,&c. Articul⁹ eſt. Domum venit,&c. Diſſolutum eſt. Obuiam fit ei Clodius,&cæ. In hac maxime parte vſque ad finem narrationis iſtius color demõſtratio eſt: Nam ita verbis res exprimitur, vt geri negotium, & res ante oculos videatur eſſe,cum a rebus conſequentibus,& circunſtantibus non recedat. Poteſtque etiam color idem per totam narrationem adſignari cum per eam totã res verbis ſimiliter exprimatur,& quę ante & poſt, & in ipſa re facta ſint comprehendi poſſint,poſſet dici quod conuenit cum ſchemate, quod dicitur hypotipoſis & iſti ſchemati proprie magis conuenit color notatio, vel effectio. Inſidiator ſuperatus, vi victa vis,&c. Diſſolutum eſt. Vel potius oppreſſa virtute audacia eſt,&c. Hic eſt color correctio. Tollitur enim quod dictum eſt,& pro eo quod magis videtur idoneum reponitur,conuenit cum tropo, qui athacaſis dicitur,& conuenit cum ſchemate,quod epidioceſis nominatur. Nihil dico,&c. repetitio eſt propter replicationem nihil. Et occupatio eſt cum dicat ſe nihil dicere de eo quod dicit,vt patet ĩ textu. Magnam enim cauſam,magnam ſpem &cæ. Articulus eſt. Exhibe quæſo Sexte, Clodi exhibe &c. cõduplicatio eſt. Tu. P. Clodij,&c.

repetitio ē. Itē diſſolutū ē. Imaginib⁹, exequijs, pōpa, &c. Articul⁹ ē.
At valuit odiū, fecit iratus, &cę. diſſolutū eſt. Diē mihi cedo dixe=
rat, &c. Diſſolutum eſt. Item ſimiliter deſinens. Vidi em̄ vidi, &cę.
Conduplicatio eſt. Hęc inſidiata Pōpeio eſt, &cę. repetitio eſt. Potuit
ne, potuit ne, &cę. repetitio eſt. vltor ſceleris illius, &cę. Articulus eſt.
Ipſe cunctę Italiæ cupienti, &cę. Denominatio eſt ab eo quod conti=
net id quod continetur, nam contenti in Italia intelliguntur. Quem
igitum cum omnium gratia, &cę. Repetitio eſt. Item contrarium eſt
vſque ad eum locum illum, pręſertim iudicis, &c. Hunc iniuria ini=
quo loco alieno tempore periculo capitis, &c. Articulus eſt. Reſpira=
ui liberatus ſum non vereor, &c. Diſſolutum eſt. Video adhuc conſta
re omnia iudicis, frequentatio eſt vſque ad locum illum. Videamus
nec id quod caput eſt, &c. Notandum quod exornatio iſta hic aptiſſi=
me, & artificioſiſſime eſt a Cicerone collocata, nam vt ipſe inquit in
arte. Hęc exornatio plurimū in coniecturalibus cauſis opitulatur, cū
ſuſpitiones quæ ſeparatim dictæ minutæ, & infirmæ erant vnum in
locum coactæ rem videntur perſpicuā facere non ſuſpitioſam, vt hic
optime factum eſt. Cum penula irretitus, &c. Articulus eſt. Adde, ad
de, &c. Repetitio eſt Pranſi, poti oſſitantis, &c. Articulus eſt. Ne indi
caretur: ne dolorem, &c. Repetio eſt. Conſeruatores domini vltores
ſceleris, &c. Articulus eſt. Item ſimiliter cadens. Quis eos poſtulauit
Appius, &c. Hic eſt color complexio, nam idem repetit, & ad idē po=
ſtremo reuertitur. Conuenit cum ſchemate, quod epinalenſis dicitur,
cum quo ſchemate conuenit etiam conduplicatū, vt ſuperius dictum
eſt. Res ipſa, & tam claris argumētis ſigniſque luceat, &c. Tralatio eſt
ante oculos ponendi cauſa. Nullo ſcelere imbutum, &c. articulus eſt.
Item repetitio. Item ſimiliter cadens. Neque vero ſe populo ſolum,
&c. Hic eſt color gradatio, quia non ante ad conſequens verbum de=
ſcenditur, quam ſuperius eſt conſenſum, vt hic patet. Conuenit cum
tropo, quod dicitur methalenſis, & cum ſchemate, quod eſt climax.
Cui ſenatus totam Rempu. omnem Italiæ pubem, &c. Articulus eſt.
Præſertim omnia audienti, &c. Articulus eſt. Item ſimiliter cadens.
Facti rationem præſentiam animi. &c, Articulus eſt. Cederet æquo
animo legibus, diſſolutum eſt. Erumpet, occupauit, diſſolutum eſt.
Vt ſuſtinuit dij immortales ſuſtinuit, &c. conduplicatio eſt. Imo ve=
ro, vt contempſerit, &c. Hic eſt color correctio. nam tollit id quod di=
ctum eſt, & pro eo id quod magis videtur idoneum reponit. Tuas in=
quam ſuſpitiones. Conduplicatio eſt. Si meliorem, ſi hunc &c. Repe
titio eſt. Inſtituta, vel iniuſticia parata intenta, &cę. Articulus eſt.
Gneum Pompeium iuris publici, &c. Articulus eſt. Occidi, occidi,

conduplicatio

conduplicatio eſt. Eum cuius ſupplicio ſenatus,&cæ. Repetitio eſt. Quem ſenatus,quem populus,quem omnes gentes,&cę.repetitio eſt. Caſtris exercita, ſignis &c. Articul⁹ eſt. Qui nō calunnia litium,&c. Repetitio eſt. In Rempublicam, ī priuatos,&c. Repetitio eſt. Quam in noſtras poſſeſſiones, veſtra tecta,&c. Articulus eſt. Quę patēt,quæ nota omnibus,quæ tenentur,&c. Repetitio eſt. Vt ius,æquitas, leges, &c. Articulus eſt. Qui nō probet,&c. Repetitio eſt. Item interpretatio.nam hoc non iterat idem verbum.ſed id cōmutat alio verbo,quod idem valeat,vt interpretatio eſt conuenit cum ſpē metaplaſmi, quæ dicitur tautologia. P.R.cunctam Italiam,nationes omnes,&c. Artilus eſt. Odio inimicitiarum mearum inflammatus,&cę. Tralatio eſt Euomere videar. Tralatio eſt. Confiteretur,confiteretur,&c. Conduplicatio eſt. Propoſita inuidia.morte.pœna,&c. Articulus eſt. Populi grati eſt premijs adficere,&c. Hic eſt color diſtributio quoniam hic in plures perſonas negotia quædam certa diſpartiuntur. Qua Hala,qua Naſica,&cę. Repetitio eſt. Item exēplum. Qui ſacra,qui cerimonias, auſpicia,&c. Repetitio eſt. Qua ſapimus,qua ꝓuidemus,qua hæc ipa agimus. Repetitio eſt. Ea vis,ea eſt,igitur,&c. Conduplicatio eſt. Vos enim albani tumuli,atque loci vos,&c. Conduplicatio eſt. Item eſt hic color exclamatio. Nam hic conficit ſignificationem indignantis per ſacrorum compellationem. Vt exclamatio eſt,cōuenit cum tropo quæ dicitur apoſtropha,vel cum ſchemate,quod dicitur prophoneſis Sine imaginibus,ſine cantu,&c. Repetitio eſt. Polluerat ſtupro,&cę. Diſſolutum eſt in multis verbis. Ciuitas, Italia, prouiciæ, regna,&c. Articulus eſt. Gneum reditum in gratiam,&c, Diſſolutū eſt. Templum ſanctitatis,amplitudinis,&c. Hic eſt articulus. Excitate excitate,&c, Conduplicatio eſt. Vir fortiſſimus in ſuſcepta cauſa firmiſſimus,&c. ſimiliter cadens eſt. Si noſtro omnium fletu,&c. Repetitio eſt. Valeant inquit valeant,&c. Conduplicatio eſt. Sint incolumes, ſint florentes,ſint beati,&c. Repetitio eſt. Item diſſolutum. Vbi nunc ſenatus eſt,&c, Repetitio eſt. Equites Romani illi illi. Cōduplicatio eſt. Negat enim ſe negat,&c. Conduplicatio eſt. Occurſationes, ſtudia,ſermones,&c. Articulus eſt. Nullum a me amoris,nullum ſtudij, &c. Hic eſt repetitio. Ego inimicitias potentum,&cæ. Repetitio eſt. Quidnam reſtat,&c. Repetitio eſt. His lachrymis nō mouetur Milo, Hic eſt diſſolutum. Vos vos appello,&c. Conduplicatio eſt. Item repetitio. Expelletur,exterminabitur,proicijetur,&c. Diſſolutum. Indagaui,protuli,patefeci,extinxi. Diſſolutum eſt. Minime minime inquit,&c. Hic eſt conduplicatio. Veſtram virtutem, iuſticiam, & fidem,&cæ. Articulus eſt.

Argumentum

ARGVMENTVM ORATIONIS PLANTIANAE.

CNEVS PLANTIVS CIVIS ROmanus ex equeſtri ordine,& Laterenſis Romanus ciuis nobiliſſimus e familia conſulari in petitione ædilitatis competitores fuerũt. Et cum eſſent ambo Ciceronis amici, vt ipſe dicit, tamen fauit Plantio in petitione, eo quod Plantius dũ eſſet in Macedonia queſtor,& Cicero pulſus eſſet ex vrbe, iuiſſetque in Macedoniam maxima caritate fuit ſuſceptus,& protectus a Plãtio, vnde ei poſtea reſtitutus, obſtrictus, vt dicit beneficij memoria in petitione ædilitatis fauit. faueruntque Plantio tribus multæ. Itaque factus ædilis fuit præterito Laterenſi, qui propter nobilitatis gloriam non ita humiliter & obnixe populo ſupplicarat Sed Laterenſis ita præteritus ſibi prælato Plãtio quum dignitate ſanguinis certet, vt extimator eſt vnuſquiſque ſuæ virtutis vehemens, ſua etiam opinione omnibus virtutibus excedebat, ægre repulſam ædilitiã tulit. ip̃mque Plantium accuſauit, quod nõ rite ſed iniuria optinuiſſet, quia per ambitionem,& largitiões, quamobrem veniret merito de crimine ambitus puniendus. Cicero vero Plãtium hac egregia oratione defendit oſtendens ipſum debite ædilem factum nulla largitione, nec vitio corruptibilem, multaque etiam in ſeipſum obiecta propria, quod tam feruens Plantij fautor eſſet, accuratiſſime purgat,& ad quod ſe adſtrictũ aſſerit obnixe pro Plantio, deprecatur.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

AEC ORATIO IN IVRIDICIAli genere conſtituta,habet enim cauſa accuſationē cum defenſione,nam accuſatus Plantius a Laterenſi defenditur a Cicerone hac oratione. h Demōſtratiuū genus hic incidit pro ea ſui parte,quæ in laudatione conſiſtit.nam multum Plātius commendatur a Tullio,vt oſtendat eum ædilitatē ſuis meritis conſequi potuiſſe,vt infra videbitur,ſed principale gen9 eſt iudiciale,vt dictum eſt,quia principaliter hic Plantius ab accuſatore defenditur.Laudatio vero eius hic incidit,quia refertur ad defenſionē.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

CVM CAVSAE HVIVS PLANtianæ hæc ſit principalis cōſtitutio inueſtigāda,quæ ex prima intentione accuſatoris,& defenſoris depulſione cognoſcitur,vt in Miloniana ſuperius dictū eſt.Et enim(vt ait Cicero)conſtitutio eſt prima deprecatio defenſoris cum accuſatoris inſimulatione coniuncta Videamus primo quæ fuit Laterēſis intētio & quæ fuit Plantiana depulſio,ſed intentio nobis hic aliter nota eſſe non poteſt,quam ex modo depellendi,eo quod non habemus Laterēſis accuſatoriam orationem.Modus autem depellēdi talis primo eſſe videtur. Iure,& legitime ædilis factus eſt Plātius.populus autem rite creauit eum ædilē,& potuit quem voluit facere,quem voluit preterire.Itaque ſecūdum quod videri ex accommodatione ad hanc depulſionem poteſt,iudicaretur fuiſſe huiuſmodi Laterenſis intentio,iniuria ædilis es factus,ex qua depulſione ſuperius poſita apparet,quod orta eſt conſtitutio iuridicialis,quod vt clarius videamus,& etiam vt cognoſcamus quæ pars iuridicialis ſit adinuicem coniungamus intentionem cum depulſione,& ratione depellentis.Erit ergo intentio Laterēſis ; iniuria factus es ædilis Planti,Plātiana depulſio,iure ſum factus.ratio populus eñ hoc potuit,& ſecundum iſtum modum conſtitutio eſſet iuridicialis,quoniam quærit an iure,an iniuria factus ſit,& cum ſit iuridicialis bi

partita.in

partita,in aſſumptiuam,& abſolutam,& aſſumptiua ſit cum eſt per ſe infirma defenſio,ſed aſſumpta re extranea cõprobatur. Abſoluta verocum id ipſum,quod factũ eſt,vt nihil aliud foris aſſumatur recte factum eſſe dicitur,vt inquit Cicero,quia nihil extraneum ſumitur, ſed ſolũ adfertur rẽ eſſe iuris,quia abſolute dicitur iure factum,quod populus fecit,& potuit.Manifeſtum eſt,quod conſtitutio eſt abſoluta iuridicialis. Et nota quod quando dicitur,quod conſtitutio cauſæ cognoſcitur ex intentione,& depulſione,intelligi debet videlicet an ſit coniecturalis,an legitima,an iuridicialis,non autem partes ipſarum conſtitutionum,vt aſſumptiua,& eius partes,parteſque legitimę taliter cognoſcuntur,ſed eſt opus ad cognitionem ipſarum annexione rationis gratia exempli,cum ſic intendat accuſator in Oreſtem,iniuria occidiſti matrem,& ita depellat Oreſtes,occidi,ſed iure occidi.hic eſt intẽtio & depulſio,& per eas nihil amplius notum eſt,quam quod eſt conſtitutio iuridicialis,non enim negat factum,ſed iure factum dicit quod ſatis eſt ad iuridicialem habendam,ſed cum Oreſtes anteiecit rationem depulſioni,& dicit,illa enim patrem meum occiderat,manifeſtum ſit quę pars iuridicialis ſit. Apparet ſiquidẽ quod aſſumptiua eſt & quod etiam pars aſſumptiuę,quia tralatiua criminis,adſumitur enĩ res extranea ad defenſionem,vt puta alienum crimen , & transfertur crimen in matrem,& hoc totum apparet per rationem annexam depulſioni.Dabit ergo ratio depellentis notitiam partis cõſtitutionis generalis,niſi quis forte diceret,quod depulſio eſt non ſolum hæc proprio iure feci,ſed connexa ſecum ratione,& tunc nõ eſſe dubium quod ſolum ex intentione,& depulſione conſtitutio,& ſpecies conſtitutionis noſceretur,ſed ſciendum,quod licet ratio depulſionem roboret,tamen abinuicem diſtinguuntur,vt apparet per dicta Ciceronis tam in veteri,quam in noua exẽplificãtis in veteri de cõſtitutionibus. ponit primo accuſatoris intentionem,deinde depulſionem. Poſt ſubiungit quæſtionem , poſt adfert rationem,& infirmationem ipſius , deinde iudicationẽ elicit,& nõ ita diſtigueretur depulſione a ratione ſi eſſent ambę depulſio. Præterea dicit in arte noua libro primo iuxta finem. conſtitutione igitur reperta ſtatim quærenda eſt ratio,&c. Vbi apparet quod depulſio eſt ſeparata a ratione,quia cum conſtitutio prima ſaltem ſui diuiſione generali ex intentione,& depulſione reperiatur , & ea reperta poſt doceat quæri debere rationem , nulli dubium quin depulſio fuerit a ratione ſeiuncta,licet(vt dixi)non adiuuet,& roboret depulſionem.ipſa enim defenſionem continet , quod vero dicebã partem & ſpeciem conſtitutionis cognoſci a ratione,apparet fuiſſe de mente Tullij,qui in veteri in exemplo iuridicialis abſolutę,cum po-

ſuiſſet rationem

tuiſſet rationem dicit. ideo ſe illam ſubieciſſe rationem, vt cognoſceretur genus ipſum cauſæ de quo tũc loquebatur Oreſtes abſoluta ipſa conſtitutio hæc eſt iuridicialis de qua tunc agebat, vnde apparet rationem facere ad cognitionem conſtitutionis, vt ſupra dixi. Præterea dicit in eodem loco ſi ſuppoſuiſſet eam rationem qua vſi forſan ſunt depellentes mutatam conſtitutionem cauſæ, quia fieret conſtitutio tralatiua, vnde apparet ex varia ratione variari ſpeciem conſtitutionis quemadmodum varia ex intentione, & depulſione prima conſtitutio variatur, quæ ideo dicta ſunt, vt liquido dictũ ſit oportere me mediũ depulſionis Ciceronis conſiderare, & rationes ſuas ad conſtitutiones pro hac oratione declarandas. Quia ergo Cicero in prima conſtitutionis parte videtur ita depellere iure ædilẽ Planciũ eſſe factũ, & adferre rationem nullã quidem extraneam, ſed de ipſo populi iure ſumptã, habemus. dicit, quod pro tanto cauſæ Plancianę conſtitutio eſt iuridicialis abſoluta, pro quanto vero depellit, & impugnat Cicero modum agendi Laterẽſis, vt patet in ea oratiõis parte, ſed aliquãdo veniamus ad cauſam &c. vt inferius oſtendetur. conſtitutio eſt legitima tralatiua, ſed dum extenuat Cicero ſuſpitionem largitionis quia eum dicebat Laterenſis tribus corrupiſſe, verſatur conſtitutio coniecturalis. Quæ vero principalis cauſæ cõſtitutio ſit. an ſcilicet cõiecturalis, an iuridicialis abſoluta, Nam legitima tralatiua nulli dubiumqu in ſit incidentalis, non facile eſt iudicare, cum difficile ſit videre primam intentionem, & depulſionem. Si enim Laterenſis aliter intenderet iſto modo, videlicet, trib⁹, & populum largitionibus corrupiſti, & Plãcius ita depelleret, nõ corrupi, manifeſtũ eſſet, quod pricipalis cõſtitutio eſſet coniecturalis. verum Cicero defendendo nititur trahere cauſam ad iuridicialem abſolutã, & hanc iudicationẽ, cũ populus Romanus ædilẽ Plãciũ ex Equeſtri loco natũ fecerit. Laterẽſem vero familiæ cõſularis pręterierit, iure ne id facere potuerit. nõ dubitauit eñ Cicero ſi res ad hoc dubiũ duceretur ſe facile Planciũ defenſurũ. ſed vtcunque ſit prout oratio in varijs tractabitur, ita de ipſis iuxta mei poſſibilitatem loquar inferius.

DE Rhetoricæ partibus hic conſiderandis.

DE INVENTIONE MEMORIA ET pronunciatione hic eſt dicendum, vt dictum eſt ſupra in oratione Pompeiana, ſed videamus diſpoſitionem oratiõis. Diſpoſitio quidem eſt in partibus orationis non ab inſtitutione artis profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommo

data. Primo ſiquidem ponit exordium. Deinde diuiſionem. deinde confirmationem, deinde confutationem, quas duas in varijs conſtitutionibus intermiſcet. Et modo vnius partem ponit, modo alterius, & confutat modo pro ſe, modo pro Plancio. deinde concludit orationē in deprecatione, vt oīa ſingulariter oſtēdentur. nā narratiōe q̄ eſt vna de partib⁹ Rhetorici iſtrumēti, & q̄ ꝑtinet ad cauſam de qua iudiciū eſt futurū. de induſtria ſuꝑſedit, quia ꝑ accuſatorē cauſa ſatis erat nota, neq; ei ars p̄cipit, vt narratiōe ſemꝑ vtamur, ſed vt eſt apud Ciceronē in oratore qn̄ vtēdū ſit, aut nō ſit narratione. i. cōſilij. Neq; em̄ ars p̄cipit, vt narratiōe ſemꝑ vtamur, ſed vt eſt apud Ciceronē in oratore qn̄ vtēdū ſit, aut nō ſit narratiōe. i. cōſilij. Neq; em̄ ſi nota res eſt, neq; dubiū quod geſtū ſit, narrare oportet, nec ſi aduerſarius narrauit, niſi refellam⁹. Placet hic & Quintilianus lib. iiij. oratorię inſtitutionis capitulo de narratiōe ſic ſcribēs. Sūt aliqn̄ tā breues cāę, vt ꝓpoſitiōes poti⁹ habeāt quā narrationē. id accidit aliqn̄ vtriq; parti, vel cū nulla expoſitio eſt, vel cū de re cōſtat, de iure q̄rit, vt apud centūuiros filius an frater debeat eſſe ab īteſtato hęres, aut cū eſt idē narratiōi locus, ſed ante iudici nota ſunt oīa, aut priore loco recte expoſita, &c. itaq; nō deſiderauit in Plāciana cauſa iſta ratio narrationē, vel qa cauſa de ſe nota iudicib⁹, vel qa an̄ eſſet expoſita, &c. De ꝑtib⁹ oratiōis exordiū.

CVm propter egregiā, & ſingularē, &c. Hic incipit cū oratione orationis exordiū, quod ſi ſit debite, & ſecūdū artē cōfectū, & accōmodatū orationi, ex genere cauſæ vidēdū eſt. videamus igitur gen⁹ cauſę an. ſ. ſit honoſtū, dubiū, turpe, vel humile. Et quia habet in ſe cauſa partē honeſtatis, & partē turpitudinis, dicēdū eſt quod cauſæ genus eſt dubiū. Pars em̄ turpitudinis inde eſt, ꝙ quodāmō turpe videret̄ Plancium virū filiū publicani, equeſtris ordinis viro ampliſſimo, & nobiliſſimo, ex familia cōſulari quod videtur turpi⁹, prǫlatum largitiōe nō meritis. hęc em̄ multū auditorū animos videntur offendere. pars autē honeſtatis ꝓ quāto virtutes, & merita Plācij oſtēduntur. Et dicit̄ eis ad dignitatē legitime, & ex libera volūtate populi cōſcēdiſſe. Quapropter dixi dubiū genus eſſe cauſæ. Ideoq; ex arte ſumēdū fuit exordiū ꝑ quod beneuolētia captaret̄. Et ita ab oratorū principe Cicerone elegātiſſime factum eſt. Captat em̄ primo beneuolētiā a perſona Plācij oſtēdendo qualis fuerit in ſeipſum amicū ſuū in re accōmodata huic rei de qua agit̄. Cum videlicet egregiā, & ſingularē eius in ſua cuſtodiēda ſalute fidē vocat, & dicit ꝓpter eā fidē in petitiōe ſua habuiſſe fautores, & ex hoc ſe gaudiū ꝑcepiſſe, ſic ꝙ illā Plācij fidē ad iſtā ędilitatis cām accōmodat quātū poteſt. Deinde captat ab aduerſariorū perſona, eos in odiū rapiēdo cū

crudeliter

crudeliter,ꝑfidioſe,flagitioſe,ſignificat a ſuis inimicis,& ęmulis nocē ri Plācio eo q̄a eū cōſeruauerit,& ī ꝑiculis ꝓtexerit. Quid ei flagitioſiꝰ,& malitioſiꝰ eſſe pōt,quam alicui obijcere hoc ꝙ dūtaxat alium in vita,& ſalute ſeruauerit,& ꝑſerti Ciceronē? et deīde captat a iudicū & auditorū ꝑſona a ꝑiēdo q̄ de ijs exiſtimatio,& q̄ iudicij expectatio ſit, cū dicit ſe eorū cōſenſu,& cōſpectu recreari,a q̄bꝰ cū ſꝑ eū ſaluū eſſe voluerit ſibiq; bn̄ficia multa cōtulerit nō extimeſcit,vt Plācio ꝓpter ſalutis ſuę cuſtodiā noceaꝛ̃. Deīde tacite & curialiter captat a ꝑſona aduerſarij Laterēſis, eū nō ī aptā iuidiā īducēdo ꝓpter aliquā impropera tionē potētię,& factionū cæterarūq; rerū q̄bꝰ aduerſarij ī inuidiā deducūꝛ̃,tn̄ caute & breuiter idē faciēdo,& oſtēdēdo magis ip̄m Laterēſem adiumētis alijs,q̄ veritate cōfidere. Cū dicit mirādū potiꝰq̄ re Laterēſis ſibi delegerit Plāciū reū q̄ timidū videaꝛ̃ a iudicibꝰ cū magna rōne feciſſe,&c. & hoc breuiſſime de huiꝰ oratiōis exordio. Diuiſio.

QVanq̄ mihi nō ſum o tm̄,hic eſt diuiſio ꝑs vna Rhetoricæ oratiōis,q̄ vt dictū eſt superiꝰ in Miloniana ad hoc potiſſimū cōparaꝛ̃,vt auditor intelligat ſūmā cauſę,& q̄ſtiōis, & ſuꝑ quo ſit ab oratore dicēdū velut quadā admonitiōe ꝑſētiat,qđ cū varię ſpēs diuiſiōis varijs modis efficiāt,videamꝰ q̄ hic diuiſiōis eſt ſpēs,& cauſa,expoſitionē eſſe dicamꝰ,ꝑ quā Cicero nūc expōit q̄bꝰ ſit de rebꝰ acturꝰ dicēs ſibi nō tm̄ arrogare, vt ꝓpter merita in ſe Plāciꝰ abſoluaꝛ̃,ſed eū oſtēſurū alia ꝓpter q̄ id cōſequi mereaꝛ̃ vitā.ſ.integerrimā,mores modeſtiſſimos,ſūmā fidē, cōtinētiā,innocētiā,& pietatē, q̄s ſi nō oſtēderit, nil recuſaturū de pœna,ſi vero mōſtrauerit petiturū poſtea,vt iudices miſericordiā tribuāt deꝑcāti,quæ ita ꝑorādo ꝑfert,ſicut exponēdo ꝑdicit. Dicit ꝑterea ſe ꝓ ſeipſo eſſe dictūrū nō ſolū ꝓ Plācio cū in ſe obiecta pene ſint plura q̄ in reū, & inſerit q̄d ſibi ſit obiectū,videlicet de nimia gratitudine in Plātiū, & dicit hæc oīa ſibi eſſe modice tractanda,ſed prius tamē reſꝑōdēdū criminibꝰ,ne Plācius videaꝛ̃ plus recordatiōe tēporū Cicerōis,q̄ ſua innocētia eſſe defenſus,ſic vt plane vides exponit hic oīa ſuper quibus intendit hanc texere orationem. CONFIRMATIO.

SED MIHI IN CAVSA FACILI, ATque explicita,&cæ. Hic incipit confirmatio pars vna orationis. volēs eñ Cicero cōfirmare in cauſa hac Plāciana pedetēti, eā ſummo cū īgenio,& arte deducit ad iuridicialē abſolutā cōſtitutionē,in qua de iure populi diſputeꝛ̃,& quodāmō diſcutiaꝛ̃ hæc q̄ſtio. An potuerit populus quæ voluerit nulla alia re attēta, & ſuo iure ædilem facere,& quem voluerit pręterire? Nā multis oſtēdit rationibus ſe velle defendere ab ea contentione ad quam ipſum

vocat Laterēſis,& velle venire ad eā ad quā cauſa ip̄a deducit,hoc eſt
ſupradictā de iure populi,qꝑ ideo facit,qa nō dubitat in illa re pſua
dere faciliter. Et vt ſupradixit cū loquebar de cōſtitutiōe cauſæ, hæc
pars eſt tractata in abſoluta iuridiciali,vt facile eſt videre per intentio
nem & depulſionem,& rationem formaliter ſuperius poſitas,quæ li-
cet non ſint ita ad verbum in oratione,tamen eas ſic formari debere di
citur ex modo confirmandi,& confutandi,non enim ita formaliter po
nuntur in orationibus quemadmodum in rhetoricis pro exemplo, vt
res clarius videatur oſtenduntur. Poteſt tamen videri per orationem,
quæ intentio,quę depulſio,quę ratio. Et ſi vtraque habetur ratio, accu
ſantis ſcilicet,& defendentis,videretur etiam firmamētum,& omnia
clarius. Sed vtrunque poſſumus ex vna tantum oratione cognoſcere,
formamus hæc,vt cauſæ conſtitutionem aliqualiter cognoſcamus.
Sed ad propoſitum reuertamur.tractata ſiquidem hæc pars eſt in abſo
luta iuridiciali,vt ſupra probatū eſt,vti ergo habuit locis,& argumen-
tis abſolute iuridicialis,vt facit egregie. Nā arguit quod populus edi-
lem Plancium facere potuit ad hæc ſi eſſet non tanti quanti Lateren-
ſis,quod tamen hic ſic eſſe nō adſerit. Sed de hoc alio loco agēdū dicit
Et arguit per locum a natura,& conſuetudine populi, cum eum dicit
eſſe aliquando inanem iudicem dignitatum. Aliquando vero non,&
oſtendit in quibus mandantis honoribus eſt,& in quibus nō eſt. Et cū
dicit ſe de iure populi diſputare qui poteſt,& ſolet pręterire nonnun-
quam dignos,quæ omnia videntur a natura,& conſuetudine populi
continere,vt ipſemet probet exemplo antiquorum patrum,qui tene-
re non potuerunt,vt eſſent hi reprehenſores Comitiorum,quia popu
lus ſemper voluit,quos voluit facere,quos voluit pręterire. Itē arguit
per locum a iudicato,cum oſtendit,quod iudicari poſtulat Laterenſis
eſſe iniquus in cauſa ſimili iudicatis antiquitus,quia antiquitas ſolū
is non gerebat magiſtratum,qui cœperat a populo ſine authoritate pa
trum. Nūc autem poſtulatur,vt ex ille creati iudicium populi reſcin
datur. Item arguit per locum a natura,& conſuetudine populi. Cum
Laterenſem pulcherrime conſolatur oſtendendo in rebus talibus po-
puli conſuetudinem,& naturam,& vt propter eam non debeat com-
moueri cum non ſemper comicijs iudicet populus,ſed moueatur plę-
runque gratia,cedat precibus.faciat eos plerunque a quibus ſit maxi-
me ambitꝰ,cum etiā ſi iudicet non delectu,aut ſapiētia ducatur ad iu-
dicandū,ſed impetu nonnunquā,& quadam etiam tenuitate cum in
eo nō ſit cōſiliū,non ratio,non diſcrimē,nō diligētia. Item arguit per
locum a iudicato,cum dicit ſapientes dixiſſe eſſe ferenda,etiam, ſed
non laudanda,quæ feciſſet populus. Deinde oſtenſo quod hęc accuſa
tio potius

tio potius ſit in populum quam in Plancium, Arguit iterum per locum a conſuetudine & natura pro populo, & Laterenſem caute mitigat, & ſolatur, oſtēdens qualiter ſe ſoleat habere populus in comicijs ædilicijs. Tunc dicit ſtudium eius in talibus eſſe ſolere, nō iudicium, & illa potius eblandita, quam enucleata ſuffragia, & eos qui ferant ſuffragium deliberare ſæpius quid ipſi debeant, quam quid a Re Pu. debeatur. Et ob id contradicit, quod ſi adhuc iudicium populi maius eſſet ferendum eſſet, & hoc confirmat per locū a conſuetudine clariſſimorum, & ſapientiſſimorum ciuium, qui tulerunt. Item arguit per locum a natura, cum dicit, conditionem illam eſſe populorum liberorū & maxime populi Romani, vt dare, detrahere cui velint poſſint &c. nec eſſe fas poteſtatē ciuium impugnare quod fecerūt, ſed allicere voluntates, placareq; turbatas & cętera. Venio nūc ad ipſius populi partes &cę. Proſequens Cicero in conſtitutione eadem, videlicet iuridiciali abſoluta, vt magis appareat cauſam plus populi eſſe, quam Plancij, orationem fingit qua vti cōtra Laterenſem ipſe populus videatur, in qua quod fecit ipſe populus magna cum arte defendit, & primo Laterenſem mitigando, eo quod non in eius contumeliam prælatus eſt Plancius, ſed quia obnixius ſupplicabat. arguit iſtius rationis efficaciam per locum a natura, & conſuetudine ſua, cum dicit ſibi ſemper ſupplicari voluiſſe, & ſe rogari, & oſtendit ſine diſcrimine perſonarū ſe in ædilitate poſſe præferre quos velit, & hoc per locum a conſuetudine, cum dicit ſæpe in ſimilibus hoc feciſſe, vt viri clariſſimi in ædilitatis petitione præponerentur ignauis, & exempla connumerat. M. Seij. C. Sereni. Gnei Manlij, qui homines ignaui fuerunt in ædilitia dignitate maximis, & ampliſſimis viris prelati Marco Piſoni, Quinto Catullo. deinde populus quaſi Laterenſem mitigans, & oſtendens cauſam, quia ei non contulerit dignitates, ne dicere poſſit Laterenſis populum ipſum iniuria feciſſe, quod fecit, eum ad petendum hortatur, & admonet vt meminerit popularis illius naturæ, quæ vult vt ſibi diligentius ſupplicetur, per locum a natura ſua arguens ſe iure Laterenſi Plancium prætuliſſe, qui melius naturæ populi ſatiſfeciſſet, quia ſcilicet curioſius, & diligentius ſupplicauit.

AECORATIO POPVLI EST mea vero &c. Oſtenſo ex præcedenti populi oratione ipſius iure abſoluto in mãdandis honoribus, proſequitur Cicero confirmationẽ ſuam, quam orationem a ſui ipſius perſona continuat, & oſtẽdit in eadem iuridiciali cõſtitutione abſoluta nõ ſolum populum creare potuiſſe quem voluit, ſed etiã præterquã in caſu largitionis factæ populũ in iudicium aduocari non poſſe. Arguens per locum a conſuetudine publica, quam frangi oporteret omnimode ſi aliter fieret, quod demonſtrat aperte cum dicit, quod ſi quotieſcunque præteritus erit is qui non debuerit præteriri, toties oportebit eum, qui factus erit condemnari. Nihil iam opus erit quod ſupplicetur populo. neque opus erit ſuffragiorum, & renũciatione, & illis omnibus quæ cõſueta ſunt fieri. Itaque contra omnẽ conſuetudinem ſimulatque profeſſi erunt aliqui, ſubito cognoſci poterit ex gradu familiæ: quis debeat optinere, & ſic erunt ſuffragationes extinctę, & ſimilia ſtudia cum populi libertate in mandandis magiſtratibus. multa que quæ numerat acciderẽt contra ſolitum, in quibus hoc erit, quod nulla erit amplius varietas comitiorum vt ſcilicet eſſe conſueuit. Et ſi Laterenſis vellet opponere, & dicere, quod tamen comitia tractari poſſent cum conſilio & ratione, vt digniores præferrentur. Contra hoc arguit per locum a conſuetudine dicens, quod perſæpe accidit, vt aliquos factos eſſe aliquos non eſſe, mirentur, quod hic conſuetudine tritum ſit. Et contra idem arguit etiam per locum a natura comitiorum, cum campum comitiorum comparat pelago fluctuanti, & mari profundo, atque æſtuanti, ſic vt in illo tanto impetu, & motu nõ poſſint eſſe, nec modus, nec ratio, nec conſilium. Deinde arguit per locũ a natura populi, & conſuetudine campi comitiorum non debere rem hanc in iudicium aduocari. Cum enim dicit gratam eſſe tabellam populo, quæ hominum mentes tegit, vt ſcilicet poſſint vnum promittere, aliud facere, oſtendit naturam popularem. Et argumẽtum concludens interrogat cur exprimat Laterenſis in iudicio, quod non ſit in campo, videlicet hæc, hic quã ille dignior, oſtendit conſuetudinem cãpi comitiorum, & ſic finaliter concludit, quod non ſint in campo quærendum ęquum aliter quam quia factum a populo eſſet ſi nõ ſit recte factum, qui populus potuit facere, quod voluit etiam ſi non debuit, & ſic ſimiliter non ſit quęrendum aliter in iudicio.

Confirmatio

CONFIRMATIO CON-IECTVRALIS.

QVID SI POPVLI QVOQVE factū,&c. Poſtquam ſuperius Cicero artificioſiſſime confirmauit in conſtitutione iuridiciali abſoluta demonſtrando populum potuiſſe creare quē voluit. Hic incipit confirmare in alia conſtitutione, videlicet coniecturali Plancium non largitione, ſed meritis ędilem factum. Etenim quod dicit ſe velle defendere factum populi hoc eſt rite factum eſſe; & docere Plancium non obrepſiſſe ad honorem, ſed eo veniſſe curſu, qui ſemper patuerit hominib⁹ ex Equeſtri loco. Hoc enim curſu legitimo nihil aliud intendit facere niſi negare ſimpliciter largitionem aliquam fuiſſe. hoc enim nullo melius modo negat quam ſi rationes alias oſtēdit, quibus Plancius factus ædilis ſit, ſed negare ſimpliciter largitionem fuiſſe, eſt cauſam trahere ad cōſtitutionem coniecturalem, quoniam negatio facti eſt, vt clare patet in arte. Eſt ergo pars iſta cōfirmationis in conſtitutione coniecturali, cuius conſtitutionis locis vſus eſt hic Cicero, vt materia paſſa fuit. Hoc dico quia non tot locis coniecturalibus tractari poteſt iſta cauſa, in qua cauſa accuſatur, negaturque largitio, quot potuit cauſa Miloniana tractari, & cauſæ aliæ in quas multæ & variæ ſuſpitiones incurrunt. Hic enim fere ſufficit demonſtrare rationes, quibus Plancius factus ſit ædilis, vt omnis ſit largitionis extincta ſuſpitio. Sed ad noſtrum propoſitum procedam⁹. Cum enim in coniecturali conſtitutione accuſatio ſuſpitioſa eſſe debeat. defenſio vero attenuatiua ſuſpitionum. Cicero hic primum, vt accuſator accuſationis Laterenſis eam ſuſpitionem commaculat dicens, ſe mirari cur hūnc potius accuſet, quam alios competitores filios Equitum Romanorum, vt eſt Plancius qui etiam ab eo longiſſime abfuit, neque tātum impediuit, vt reliqui, quaſi velit Cicero in hac ſua admiratione accuſationem Laterenſis criminari, quod videlicet ob aliam potius cauſam inſtituta ſit ab eo, vt etiam inferius apertius dicet. Nam ex hoc tantum obtinet Cicero quod oſtendit nō ſolū fuiſſe largitionem quam aduerſarij criminātur, ſed etiā ipſos aduerſarios nō putare eā fuiſſe, qui inſimulentur propter aliud accuſare, &cę.

totum ſapit hoc caput. perlege.

SED TAMEN HAEC TIBI EST prima &c. Hic tanquam defenſor Plancianæ cauſæ, vt ſuſpitionē largitionis attenuet, & extinguat, ratiões oſtēdit quibus potius ædilis factus eſt Plācius quam Laterenſis. Et ſic mira cum arte nunc deſcendit ad illam contentionem comparationis vtriuſque, quam velle videbatur effugere. Nunc enim eam tractat quando ſcilicet iam tractata defenſione in iuridiciali abſoluta conſtitutione, modo in coniecturali fructuoſior ſibi fiat illa contentio dignitatis, quam certe hoc loco fugere non poterat oſtenſurus merita Plāciana. Magnam enim auditorum ſibi cumulaſſet inuidiam, niſi etiam Laterenſis merita tetigiſſet, quæ eſſe magna oſtendit. ſed rationabiliter Planciana gratia ſuperata. Itaque primo arguit per locum a probabili a cauſa demonſtrans non expediſſe reo peccare. hoc eſt non expediſſe Plancio largitione corrumpere, cum oſtendit, eum liceta Laterenſi nobilitate generis ſuperatum magna habuiſſe præſidia, propter quæ ædilis fieri ſine largitione potuerit. Iſto enim modo vt defenſor debet ex arte negat fuiſſe cauſā maleficij, hoc eſt largitionis, quæ in cauſa ambitus maleficium eſt. Nā clare oſtendit Plācij adiumenta, cum dicit ſuffragia ei fuiſſe, quæ deſpiciat Laterenſis, & conferendo vtriuſque familiam ſignat tantam nobilitatem, non ſolum non profuiſſe Laterenſi, ſed etiam nocuiſſe cum pauci ſint, qui nobilitatem ament &cæ. Deinde ſumma cum eloquentia ſerio commemorat adiumenta multa quidem & varia, quibus ſignificat potius Plancium quam Laterēſem ædilem factum, quæ cum omnia ad vnū & eundem locum, & argumentum ſumptum ſcilicet a probabili cauſa ſpectent, particulatim narrare non expetit, his ſiquidem omnibus Cicero vult habere non expediens fuiſſe Plancio largitione corrumpere, cui tanta fuerūt opitulata ſubſidia, & ſic etiam omnia quæ de virtutibus, & vita commemorat ad eundem pertinent locum. Nam vult oſtendere Cicero non fuiſſe illi cauſam largitione corrumpendi, qui potuit in tanta virtute confidere. Itaque iſta particula de ratione generis demonſtratiui, vt dicebam cum loquebar de genere cauſæ, refertur ad defenſionem.

EPILOGVS PRAECEDENTIS PARTIS CONIECTVRALIS CONFIRMATIONIS.

Omnibus

OMNIBVS REBVS IGITVR ornatum &c. Hic eſt habitæ immediate in coniecturali conſtitutione Epilogus confirmationis, quo ex arte poſt firmiſſimam argumētationem vſus eſt Cicero, videns enim ipſe varia & multa dixiſſe de meritis Plancianis, & cauſis honeſtiſſimis dignitati ſuæ, vt ea animis figeret auditorum ad hoc idoneo eſt vſus Epilogo, & eius parte illa, videlicet quæ enumeratio nūcupatur, per quam breuiter colliguntur in ſumma quæ dicta ſunt, in ordine refertur quicquid eſt dictum, velut ſi reſpicias hic in textu accuratiſſime factum videbis.

CONFVTATIO.

NVNC TV VITAE SPLENDOREM &cę. Hic eſt confutatio pars vna orationis in qua Cicero confutat egregie quæ obiecta ſunt Plancio, quæ quidem a Laterenſe obiecta ad id videbantur ſpectare, vt cum Plancius, tum turpiſſimæ vitæ ratione, tum ſordida patris Publicani vita, & arrogantia nullo videri poſſet legitimo fretus auxilio, viderēt ſolum largitione obtinuiſſe, & ob id cauſæ de ambitu condemnandus; hic ergo diligenter cōfutat Cicerone aduerſam propter iſtam ſupitionem largitionem inducant, & ne per locū a probabili a cauſa poſſint oſtendere expediſſe reo peccare, ideſt largitione corrumpere locū illū aduerſariorum egregie confutando diſſoluit.

CONFIRMATIO IN LEGITIMA TRALATIVA CONSTITVTIONE.

SED ALIQVANDO VENIAmus ad cauſam &c. Poſtquã Cicero cauſam Plancij in conſtitutionibus abſoluta, iuridiciali, & coniecturali, multa arte, mirabili eloquio confirmauit, & obiecta aliqua in Plancium cõfutauit, vt ſuperius eſt oſtenſum. Nunc cauſam eandem alia in conſtitutione confirmat, legitima ſcilicet tralatiua, quam vt vides inter conſtitutionum aliarum confirmationes immiſcuit, quia per ſe habet hæc conſtitutio minus firmitudinis. Confirmatur autem aſſumpta alia aliqua conſtitutione, vt Cicero inquit in veteri, & recte. Nam niti ſolũ in tralatione eſſet parua defenſio, quæ cum alijs adiuncta fit valida, vt hic. Oſtendens enim Cicero non eſſe editos iudices quos oportuit, inducit in Laterenſem ſuſpitionem diffidentiæ veritatis. Et ſic etiam defendit crimen largitionis obiectum Plancio, vt in veteri fieri docet. Dicit enim ibi, quod defenſor criminibus defendendis coniecturali conſtitutione tralationem confirmabit. Et cum ex tralatione controuerſia naſcatur, tunc aut tempus differendum, aut accuſatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit vt inquit Cicero in arte noua. hic ex membro tertio nata eſt. Cunque in hac conſtitutione ea quæ querenda ſunt, iſta videlicet num aliquis eius rei actionem, aut executionem, aut petitionem habeat quam non habere oportet, num alio modo, tempore, loco, nũ alia lege. num alio quærente, aut agente reperienda ſunt legibus. moribus, æquo, & bono quæ quidem ſunt aliquæ partes ex quibus conſtat ius. & ex quibus nõnulli fundantur loci in abſoluta iuridiciali. Videamus hęc quę ad cauſam hanc incidunt, aut ſunt a Cicerone notabiliter prædicata. Arguit per locum a lege editionem illam iudicum a Laterenſe factam, in qua eſſe eum oſtendit cum alias tribus edidiſſet ad iudicandum in hac cauſa, quam eas quas edere debuit ex ſenatuſconſulto, quod erat, vt tribus illę potiſſimum ederentur, quæ maxime dicerentur largitione corruptæ ad hoc, vt illi iudicarent in cauſa qua poſſent ipſęmet eſſe teſtes, & iudices. Cum autem Laterenſis ab ijs alienas ediderit tribus, criminatur eum Cicero, quod eos non ad legis ſententiam, ſed ad ſuam ſpem ſuoque iudicio delegerit, & ſic hanc eſſe iniquam editionem. Deinde per locum a bono, & æquo arguit editionem hanc ſummã habere acerbitatem. Nam cum id ex æquo, & bono ius conſtet, quod ad veritatem & communem vtilitatem videtur pertinere (vt ait Cicero in arte noua) quid eſt magis contra veritatem decernendam, & per conſequens contra ius huiuſmodi, quam deligere ad iudicandum iudices paſſione adfectos? quod Laterẽſem feciſſe Cicero criminatur, cũ dicit illũ

ex omni

ex omni populo deligere iudices, aut ſuos amicos, aut Cicerōis inimi-cos, aut quos extimet crudeles, inexorabiles, inhumanos, & aliter paſ-ſionatos, & cum eos effundat tam repente, aut ante conceſſum eorum iudicium videat, quam qui futuri ſint ſupplicari potuerint, & apud eos nullis reiectis cauſam de fortunis cogat dicere, ex quo apparere poteſt magna huius editiōis acerbitas, cū editio cōtra ius nec ex bono & æquo taliter ſit confecta. Deinde arguit per locum a maiorib⁹ reij-ciendos ex iudicibus editis a Laterenſe cum interrogatione loquendo nūquid ita ferret hos iudices editos ex omni populo, vt neminem reij ciat, cum clariſſimi ciues nuper nomen editi iudicis non tulerint. Cū que reiecerit reus ex. cx. xv. iudicibus principalibus equeſtris ordinis quinque & ſeptuaginta, omniaque potius permiſerūt quam ei legi cō-ditionique parerent. hic enim in hanc cauſam ex tali clariſſimorum ciuium more ſibi trahit argumentum. Deinde arguit iterum per lo-cum a lege iniquitatem editionis cum dicit ſe non queri iniquitatem legis, ſed docere factum Laterēſis, ideſt editionem a legis ſententia di ſcrepare, & oſtendit quomodo diſcrepet, & quomodo legis ſententiam fugit, quia maluit vti ignotis iudicibus, & cauſam in tenebris quam in luce verſari, & inducit taliter in Laterenſem ſuſpitionem diffiden-tiæ veritatis propter talem editionem, cum ſapiēter, & modeſte inter-rogans, quid dicere poſſet apud terribiles iudices ſuos ex quibus nullū poſſet habere teſtem. Deinde approbato. C. Afro in cauſa quæſitore edito, dicit a Laterenſe non eſſe ſeruatum ſenatus conſilium, & ſubiun git cauſam, vt in ipſum ſuſpitio transferatur diffidentiæ veritatis, vt ſic editionis iniquitatem ſuſpitione iniecta fortificet dicens. Quis nunc te audiret illorum? aut quid diceres? ſequeſtrem ne Plancium. Reſpuerent aures &c. hæc em̄ ſibi futura fuiſſe prædicat ſi iudices debitos edidiſſet. Deinde oſtenſo quorſum ambire licet, & quæ in pe-titione dignitatum ſunt notanda, & quæ non, inuitat Laterenſem ad modum debitum agendi in hac cauſa, quaſi velit in hac eadem conſti tutione legitima tralatiua reprehendere nō ſolum editionem iudicū, ſed etiam accuſationis modum. Nam demonſtrans quæ a ſenatu ſeue-ritatem bonorum. vim, ac dolorem excitarunt, ad ea docenda Lateren ſem inuitat, & vt in eo modo accuſationis incūbat, vtq; oſtendat talia Plancium commiſiſſe ideſt cōſcripſiſſe ſequeſtrem fuiſſe &c. Quod ſi fecerit ſe tunc miraturum dicit, cur non vſus eſt armis, quæ ſibi da-bat lex. quaſi diceret ſe modo non mirari, quod non ſit vſus, quia vide licet ille monſtrare non poterat, & ideo ad alia ſe arma conuerterit. In hoc enim maxime & tacite, vt vides, editionem ſuam ſuſpitioſam red dit, quam vt etiam demonſtret inutilem, quærit eum. Cum fugerit

illam

illam rationem, ſcilicet agendi, & eos edere iudices voluerit, qui ſciuiſ-
ſent iudicare, quid apud hos dicturus eſt iudices qui requirerent, cur ſi-
bi illud onus impoſuit, &cæ. Deinde ratione monſtrata perbreuiter
Laterenſi cur obtinuerit Plancius dicit Laterenſi ſic vt ipſe demōſtret
ea de quibus accuſat eum, ad modum agendi in re iſta debitum facun-
dis, & validis inuitando rationibus.

CONFIRMATIO CONIECTV-RALIS ITERVM.

SED CVR EGO SIC AGO QVA-
ſi, &c. Confirmata Plancij cauſa immediate ſupe-
rius in conſtitutione legitima tralatiua. Nunc ad-
huc regreditur ad confirmationem in coniectura-
li conſtitutione breuiter pertractādam, nam cum
ex arte ſua debeat ita argumenta diſponere, vt in
principio, & in fine confirmationis argumenta,
quæ validiora ſunt collocet. In medio vero per ſe minus firma diſpo-
nat. Ita hic egregie feciſſe videtur. Nam in primis poſita confirmatio-
ne illa præualida iuridiciali abſolutæ conſtitutionis, & ſubſequenter
confirmatione coniecturali, & deinde in medio inſerta confirmatio-
ne minus firma conſtitutionis legitimę tralatiuæ. Nunc iterum in cō-
iecturali conſtitutione confirmat, & ex loco forti quem non ante teti-
git. Arguit enim Plancium non ſolum nō veriſimiliter debuiſſe, ſed
ne etiam tribus, & populum potuiſſe corrumpere, & arguit hoc per
locum a ſigno ratione temporis, ſpacij, & occaſionis. Cum dicit cōſu-
lem rebus in omnibus ſumma authoritate, & ipſarum legum ambitꝰ
authorem habuiſſe comitia ſubito, & præter opinionem, vt ſi etiā co-
gitaſſet quiſpiam largiri ne daretur ſpacium comparādi, quia renun-
ciare tribus &cæ. ſic vt ne minima quidem ſuſpitio largitionis eſſe po-
tuerit. Deinde arguit per locum a probabili a cauſa non expediſſe Plā-
cio largitione corrumpere, cum dicit fuiſſe tantam vim in vna centu-
ria prærogata, vt nemo prior eam tulerit, quin ipſe renunciatus ſit, aut
his ipſis comicijs conſul, aut certe in illum annum, & oſtendit nō eſſe
mirandū ſi Plancius obtinuit, in quo non exigua pars populi, ſed vni-
uerſus populus volūtatem ſuam declarauerit. Et cuius in honore &c.
Monſtrat enim hoc cur non fuit cauſa Plancio largiendi, quod ſupra

etiam vt patuit multis rationibus demonſtrauit. Et ſic ratione monſtrata, qua obtinuiſſe dicat Plancium. Dehinc demonſtrat cauſam cur non obtinuit Laterenſis, quia præ grauitate, & magnitudine animi noluit populo ſupplicem ſe exhibere. &c. Omnia enim colligit, vt appareat cauſas fuiſſe alias præteritionis Laterenſis, & vnam largitionem, quam criminabatur aduerſarius, nullatenꝰ adfuiſſe.

CONFIRMATIO IN IVRIDICIALI ABSOLVTA ITERVM.

QVAERIS ETIAM LATERENſis, &cę. Hic Cicero multa cũ arte regreditur breuiter ad confirmandum in conſtitutione iuridiciali abſoluta, in qua cauſam Plancij ſapienter, & caute confirmat per locum a conſuetudine, & Laterenſem indignantem ſe eſſe præteritum mirabiliter conſolatur, eum excitãdo in ſpem maiorum dignitatum, cum exempla illa commemorat, & oſtendit quot, & quanti viri repulſam ædiliciam paſſi ſunt, qui tamen facti ſunt conſules.

CONFIRMATIO CONIECTVRALIS.

ANTE ILLA ARGVMENTA duxerunt &c. Regreſſus Cicero ad confirmationem, quia ſuſpitiones quædam colluſionis quæ dicebantur facta a Plancio iniectæ erãt in Plãciũ a Laterẽſe. primo cõfutat eas in cõſtitutiõe cõiecturali. Et quia ex paritate ſuffragiorũ, quia dicebãtur ambo Tribus vna tuliſſe, ſuſpitio inducebatur colluſionis. Arguit Cicero ex hoc nõ debere ſuſpitionẽ colluſionis induci ꝑ locũ a ꝓbabili a cauſa, oſtendens hãc colluſionẽ ſibi neceſſariã nõ fuiſſe. cũ iã factis ſuperioribꝰ comitijs prope iã declarati veniſſent, & oſtẽdit hãc etiã paritatẽ ſuffragiorum alia cauſa, quam per colluſionem incidere potuiſſe. Hoc a caſu cum dicit, quod maiores nũquam fortiorẽ ædiliciã cõſtituiſſent, niſi poſſet accidere, vt cõpetitores ſuffragijs pes eſſẽt. Deĩde q̃a colluſiõis

etiam ſuſpitio inducebatur per dicta Laterenſis adſerentis ſibi prioribus comicijs a Plotio, & Plancio competitoribus conceſſas eſſe tribus Poſtea ne in anguſtum venirent, ab vtroque euulſos eſſe, dictum hoc confutat Cicero per locum a probabili cauſa, cum oſtendit quando ſibi conceſſas dicat, tum fuiſſe maxime neceſſarias, quando vero dicat euulſas, tunc neceſſarias non fuiſſe, quia erant ſuperioribus comicijs declarati, ſic vt non factis appareat veriſimile dictum ſuum. Deinde quia etiam ſuſpitionem Laterenſis inducebat a teſtibus, cõfutat Cicero per locum contra teſtes, cum oſtendit, aut eos fuiſſe corruptos, aut Laterenſi ſuffragia non tuliſſe, quorum vtrumque & turpitudinẽ & inconſtantiã contra teſtes arguit. Deinde Laterenſis ſuſpitionem largitionis induxerat adſerendo nummos fuiſſe deprehenſos in circulo flamminio, hoc confutat Cicero per locum contra rumores, cum de hoc rumorem falſo fuiſſe demonſtrat, qui rumor cum primo caluerit non ita refrixerit, vt ipſius falſitas cognoſcatur. Et ex hoc etiam quia illum qui dicebatur fuiſſe diuiſor rerum ipſe non fecit &c. Deinde in ¶ Inuidiam deducens inſimulat Laterenſem, quod alia potius motus ratione Plancium accuſauit. Deinde confutat per locum contra teſtes oſtendens eos cupide teſtificari, cum dicit eos communes rerum omnium inimicos ſemper de ambitu teſtimonium dicere, vt aut ſuis teſtimonijs amicos moueant, aut propter dignitatem a populo conſequẽdam, & demum vtitur artificioſe loco communi contra rumores, qui eſt. Credi rumoribus non oportere. Rogat enim iudices ne fictis auditionibus diſſeminato diſperſoque ſermoni fortunas innocentiũ ſugerendas putent, ſed inueſtigent fontem, & inueniant veritatem &cę.

SED VENIO NVNC AD LVCIum Caſſium &cę. Proſequens confutationem ſuã ad L. Caſſium ſe conuertit, eique reſpondet ad illa quæ in Plancium, & ſeipſum interrogando conie cerat. Verum lectori in hac cõfutationis parte ſufficiet eam apud Ciceronem videre. Nam nunc argumenta ex locis colligam, vt ſupra feci, nec quod eſt artis excutiam. Quanquam enim apud Ciceronem omnia plena ſunt artis, tamen pars iſta multum cum confutatione iudiciali cedit. Et ſolum in quibuſdam reſponſionibus magis in ratione demonſtratiui generis, quam iudicialis verſari videtur. Eſt enim vſus egreſſione, quam aliqui dicunt non debere alteri parti quã narrationi ſubiũgi illũ, ei locũ propriũ aſſignantes, cõtra quos Quinti. & recte vt patet

ex rationſbus ſuis libro quarto oratorię inſtitutionis ca.de egreſſione. Sed in hac egreſſione, ſicut ex arte debuit Cicero non tranſcēdit in rē alienam, ſed in rem cauſæ coniunctam, vt ornaret, & locupletaret orationem ſuam, &cæ.

RESPONDEO NVNC LATERENſis, &cę. Proſequens Cicero confutationem ſuam conuertit ſe ad Laterenſem, & ipſius in ſe obiecta confutat. Et ſimiliter in hac confutationis parte lectori ſufficiat in oratione videre, quod dicit̃ abſq; locorum declaratione, ſecundum quod immediate ſuperius dictum eſt. In vno enim niſus eſt Cicero in hac confutatione, vt propter gratitudinem, innocentiam, & virtutem Plācij videatur eum tam accurate defendere. Cum aduerſarij contra iſta contenderent, vnde ipſe ſerioſe narrauit caſum ſuum, & in eo caſu ſingulare Plancij beneficium, quo pie & facunde narrato ſe conuertit ad deprecationem, vt immediate videbitur.

DEPRECATIO.

NON EGO MEIS ORNATVM &cę. Poſtquam ſuperius Cicero confirmando, & confutando, & omnia pro dignitate, & ſalute Plancij faciendo maximo ingenio, incredibili eloquentia, & peracuta vſus eſt arte. Quemadmodum in expoſitione quæ dictiōis eſt ſpecies ipſe prędixerat ſe facturū, cōuertit ſe ad deprecationem, quę licet ad iudicium nō veniat per ſe iuncta, tamen cum alijs defenſionibus maximā habet vim, & quaſi ab ipſa natura conceſſam, vt cum alijs fuerit confirmationibus addita multum audientes inflectat, & mulceat, quod & Cicero ipſe in ſuo Oratore ſignificat ex ore licet alterius argumentans, facultatem eloquētię a natura perfectā, ex ſignificato maxime quod natura nos doceat, id quod intendimus confirmare, & quod contradicitur refellere, & ad extremum deprecari aliquid, & conqueri. Itaque, quod dicebam, deprecatio, conqueſtio in fine adiuncta maximam vim habet a natura datam. Et ſic Cicero ſæpe vtitur deprecatione in orationibus, & hic potiſſimum, vt vides. Nam per narrationem immediate præcedētem demonſtratis legitimis cauſis, & iuſtiſſimis cur debeat pro

beat pro Plancio deprecari, vt cum videantur conſtare multa in ſe effe cta. Planciana deprecatio ipſa honeſtior videatur pie, & ſine arrogantia deprecatur, & argumentis his vtitur magna ex parte quibus maxime docet ipſe miſericordia cõmoueri. cum patrem pro filio deprecantem oſtendit, & aperit, quod fiet ab inimicis, & Emulis, niſi obtineat Et ſupplicat, & orat, vt vides, humiliter, & iudicum ſubijcit poteſtati.

EPILOGVS ORATIONIS.

PLVRA NE DICAM &c. Quamuis probabiliter dici poſſit totã hanc deprecationem eſſe orationis Epilogum, & concluſionem. Cum prę ſertim epilogi proprium ſit, vt in eo omnes effundantur effectus ad miſericordiã cõmouendam, vt vult. Q. lib. iiij. oratoriæ inſtitutionis cap. de exordio, & hoc notabiliter facit in deprecatione iſta. Dicendum tamen videtur, & melius, quod hic eſt ſignanda concluſio & artificioſus terminus orationis, quam cum in deprecatione finiret, vti habuit concluſione quæ ex commiſeratione conſtaret, quæ ex arte debet eſſe breuiſſima, ſicut hic cum ſe dicit ne loqui plura poſſit præ lachrymis impeditum, commiſerationem, inquit ipſe, breuẽ eſſe oportet, nil enim citius lachryma areſcit.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELIqua parte Rhetoricæ videlicet orationis de Elocutione videamus, de qua per omnia ſic dicendũ, vt ſupradictum eſt in oratione Pompeiana, & ſimiliter eſt de ipſis exornationibus perſcrutandum. Colores. Cui mea ſalus non chara fuerit, &cę, Diſſolutum eſt. Niſi eius integerrimam vitam, modeſtiſſimos mores, &cæ. Articulus eſt. Et lubrica defenſionis ratio &c. Tralatio eſt, Cũ appellat lubricã rationẽ. Qua ſe virtute, qua laude Plancius, qua dignitate, &c. Repetitio eſt. Tu cõtinentiã, tu induſtriã &c. Repetitio eſt. Viri boni, ſapiẽtes, iuſti, graues. Articulus eſt. Sed mouetur plerũque gratia &c. Diſſolutum eſt. Non ratio, non diſcrimen, nõ diligentia. Repetitio eſt. Item articulus. Studium

tus. Studium eſſe populi non iudicum,& blandita illa,non enucleata eſſe ſuffragia,&c. Diſſolutum eſt. Male iudicauit populus,&cæ. Subiectio eſt. Licet enim nō interroget aduerſarium quid diei poſſit ab illo,tamen quod dici poteſt inſerit,& ſubijcit immediate,quod aduerſarij dictum tollat,& per conſequens ita videtur eſſe ſubiectio ac ſi interrogaret,aut quęreret. Et enim conditio liberorum populorū,&cę. Diſtributio eſt. Allicere alienas retinere partes,&c. Similiter cadens. Item ſimiliter deſinens eſt. Ego tibi Laterenſis,&c. Hic eſt cǫlor conformatio,inducitur enim populus ad loquendum , & oratio ad ſuam dignitatem accommodata attribuitur eidem. Conuenit cum tropo,qui dicitur Proſopopeia. Homini nobiliſſimo,innocentiſſimo,eloquentiſſimo,&c. Articulus eſt. Deinde ſentientem me virtutis tuæ,&c. Tralatio eſt augendi cauſa. Nihil eſt q̄dē quod iā populo ſupplicetur. Nihil,&c. Repetitio eſt. Sunt omnes ſine macula,ſunt æque boni. Diſſolutum eſt. Sublata ſunt ſtudia,extinctæ ſuffragationes,&cæ. Diſſolutum eſt. Cur tu in iudicio exprimis,quod non fit in campo,hic eſt interrogatio ſatis grauis,& concinna ante annunciare his quæ cauſæ aduerſarij obſunt. Quomodo eſt igitur ęquum,&c. Subiectio eſt eo modo,quo ſupra in hac oratione ibi videlicet male iudicauit populus . Quid id putant eſſe pulcherrimum , qui imaginibus,&c. Repetitio eſt. Quorum honoribus agri prope dicā ipſi monteſque fauerunt,&c. Superlatio eſt. Nam eſt oratio ſuperans veritatem augendi cauſa. Conuenit eum tropo,qui dicitur hyperbole. Num quando iudices Tuſculani aliquem,&cęte. Repetitio eſt. Non infuſcaſti maleuolentia non aſſueta.&cęte. Repetitio eſt. Nemo Arpinas,non Plancio,&cętera. Repetitio eſt. Flos enim Equitum Romanorum,&cætera. Articulus. Item tralatio eſt. Non enim opibus,non inuidioſa gratia &cæ. Repetitio eſt. Sed commemorationem beneficij , ſed miſericordiam. Repetitio eſt. Appellaui populum , tribubus me ſubmiſi,&c. Contrarium eſt. Quod Gneum Marium ciuili errore,&c. Repetitio eſt. Item ſimiliter deſinens in aliquibus verbis. Item eſt hic contrarium. Hanc fidem minimam virtutem,&cætera. Demonſtratio eſt, & ponitur continens pro contento.

Omitto illa quæ ſi minus &cętera. Occupatio. Cum patruo,cum affinibus,cum propinquis Repetitio eſt. Occurſatio,& blanditia popularis Diſſolutum eſt. Item ſimiliter deſinens. Omnibus igitur rebus ornatum,&c. Frequentatio eſt vſque ad illum locum,hūc tu vitæ ſplendorem. Municipium,vicinorum,ſocietatum. Articulus eſt. Hunc tu vitæ ſplēdorem maculis aſpergis iſtis,&cętera. Tralatio eſt.

De cuius vos pudore interrogate,religione. Articulus eſt.

Patet vt in iudicio capitis,patet &c.Repetitio eſt. Turpiſſimus,ſor-
didiſſimus.Articulus eſt. Valent inquam communi ſenſu omnium
conduplicatio eſt. Vt pater,vt auus,vt maiores. Repetitio eſt. Plu-
rimarum rerum iuſtiſſimus,& ſanctiſſimus iudex,maximarum ſocie
tatem.Articulus eſt. Tamen is oberit honeſtiſſimo filio pater cui
&c.Contrarium eſt. At id ipſum non eſt ferendum.ergo hi ferendi
ſunt,qui quęrunt libertatem Equitis Romani ſe ferre non poſſe,&cę.
Hic eſt traductio,quoniā poſitū hic idē verbū crebrius nō modo nō
offendit,ſed cōciniorē reddit orationē,vt patet. Vbi ille mos,vbi illa
ęqtas iuris,vbi illa libertas.Repetitio ē. Virū oibus ingenio,iuſticia,
integritate præſtantem.Articulus eſt. Vt quæ fuit olim præconij in
ridendo.Contrarium. Si fortis nullum crimen in caſu,ſi cōſulis &c.
Hic eſt color diuiſio. Nam hic rem ſemouet a re,& vtramque abſol-
uit ratio ſubiecta,tu Laterenſis quas tribus edidiſti, & ſubiectio eſt
vſque ad locum illum.Quid Plācio. Aut amicos tuos, aut inimicos
meos &c.Contentio eſt. Quos inexorabiles &c.Repetitio eſt. Aut
vero nuper Clariſſimi ciues.Contrarium eſt vſque ad locum illum
neque nunc legis. Fugiſti ſententiam legis &c. Diſſolutum.Item ſi-
militer deſinens. Aut qui dicent ſequeſtrem ne Plancium reſpuerēt,
ſubiectio eſt vſque ad illum locum. Noli enim putare &cæ. Ne ob-
ſeruent tribules ſuos,ne diligant &cęte.Repetitio eſt. Hæc enim ple
na ſunt officij,plena obſeruantiæ,articulus,item repetitio eſt. Decu-
riatio tribuum,deſcriptio populi ſuffragia &cæ.Articulus eſt. Hoc
doce &cę.Diſſolutum eſt. Decuriaſſe Plancium conſcripſiſſe &cæ.
Articulus eſt. Cur hoc ſibi oneris impoſueris &c.Repetitio,& ſimi
liter deſinens. Quo tu ſi ſodales vocas,diuiſio eſt vſque ad illum lo
cum iam vt ego doceo. Quod multis benigne fecerit.Articulus eſt.

Noli extollere ex ordine noſtro.Repetitio eſt. Quid taces? quid diſ
ſimulas? quid tergiuerſaris.Repetitio. Etiam atque etiam Condu-
plicatio. Poſco atque flagito,Correctio.Vocate tribus latum ſuffra-
gium.Diſſolutum eſt.Licet verbi non ſint ſubintelliguntur tamen,
& inconiuncta. Vadit enim pater tuus Appium.Repetitio eſt. Itē
exemplum,vt aliquæ quæ ſequuntur in litera.L.Cæſaris.Gn.Octa-
uiani.M.Tullij &c.Articulus eſt. Rutilius rurſus. G.Finbria.Ar
ticulus eſt. Deſtitiſti denunciaſti.Diſſolutum eſt. Quum conuenit
nondum cognita populi voluntate.Contrarium eſt vſque ad illū lo-
cum,& enim vere bātur. Magnæ ſunt in te opes,late patet gratia &c.
Diſſolutum eſt. multi amici,multi cupidi.Repetitio eſt.Item arti-
culus eſt. Quis noſtrum ſe dicit.M.Curio.Repetitio color.Aphri-
cano,Marcello,maximo.Articulus. Virtus,probitas,integritas,Ar
cano

ticulus. Vt nos in mancipijs parandis. Similitudo eſt. Nam traducit ad rem aliquid ſimile ex re diſpari. Frugalitatem, laborem, vigilantiam. Articulus. Negationibus comis, mercationibus iuſtus. Articulus eſt. Feci vt poſtea quotidie præſentem Diſſolutum. Niſi forte lege, neceſſitate. Articulus. At valuit aſſiduitate Diſſolutum. Quanquam diſſimilis eſt pecunię debitio, & gratiæ, ſimilitudo eſt ordinandi cauſa per contrarium. Vulnus illud Rei Pub. dedecus huius imperij. Articulus eſt. Viuis hic ſtante vrbe, curia, articulus. Familiaritate, vicinitate, Articulus. Ego cum cęteri vera beneficia. Contrarium eſt. Cum eras mihi amiciſſimus. Repetitio eſt. Sed animo, copijs, corpore. Articulus eſt. Non facis finem, ferre non poſſumus. Diſſolutum. Tantum periculum, tantum laborē. Articulus. Hęc eſt enim vna virtus non ſolum maxima, hic eſt color ſententia, quem colorem in duabus prioribus orationib⁹ nullo loco ſignaui, quod has ſententias ſtatuebam relinquendas varijs iudicijs variorum, propterea quod ſecūdum varia inſtituta Philoſophorum aliæ poſſunt appellari ſententiæ, quæ apud alios non dicuntur, nunc deinceps conſilium mature libuit, & quas ipſe ſententias eſſe credidero ſignare pro ſententijs. Eſt ergo meo iudicio hic color, qui dicitur ſententia. eſt enim omnino ſumpta de vita, quæ quid ſit in vita breuiter oſtendit, & confirmatur iſta ſententia ſubiectione ratiōis, vt patet in litera oratiōis. cōuenit cum tropo, qui parabola dicitur. Nimioque in eo ipſo, traductio eſt, cum iocunditate eſt tibi vna dictio reaſſumpta. Sed hoc neſcio, ſimiliter deſinens in verbis tribus eſt. A ſenatu a Re Pu. a bonis omnib⁹ Repetitio eſt. Qui exercitibus, qui armis. Repetitio eſt. At tota italia conuenerat, denominatio eſt, & ſumitur continens pro contento. Sederat non iure, non legibus. Repetitio eſt. Item articulus. Armis fuit, armis inquam fuit. Cōduplicatio. Vbi enim mihi præſto fuiſſet, vt cauſa fortis, &c. Exemplum eſt, vt aliqua quæ ſequuntur. Graues aduerſarios, paratos interitus. Articulus. Nam qui pro Re. P. vitam debeant, Sententia eſt. Vt iam mihi ſeruirem conſuletur meis Diſſolutum. Non dico authorem, ducem, defenſorem, & cæt. Occupatio. Item articulus. Hoc didici, hoc vidi Diſſolutū eſt. Rei. P. ſtatus, indignatio temporum, ratio concordiæ. Articulus. Beneuolentiam in me, memoriam. Articulus. Audi audi atque attende, Conduplicatio. Cum tibi vigilanti. Articulus eſt. Hos hos quomodo enim &c. Conduplicatio eſt. Quid me aſpectus. Repetitio eſt. Deſiderio, luctu, quærelis, &c. Articulus hic eſt. Nō opibus cōtendo. Repetitio eſt. Item articulus eſt.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO SYLLA.

PVBLIVS SYLLA, ET ANTOnius Romani ciues potentes ambo conſulatũ per ambitionem obtinuerant contra L. Torquatum patrem eius torquati, qui hic accuſator eſt Syllæ. Et ob id tunc de ambitu ambo damnati grauiterque mulctati fuerunt iuxta conſuetudinem & leges Romanas, quę hodie locum non habent, nec habuerunt, ex quo dignitates ad arbitria principum Romanorum deuenerunt, ſed mulctam illam acerbam ſuperbe, & animo iniquo atque infeſto tulit Antonius, Sylla vero cum maximo pudore, & magna modeſtia, & ex illo Torquati pater, & filiꝰ inimici Syllæ fuerunt. Vnde Torquatus hic iunior accuſauit eum, quod fuiſſet in quadam coniuratione, quæ antea fuerat facta patre ſuo conſule deſignato, Lepido, & Volcatio conſulibus. Et in iſta oratione. Qu. Hortenſius orauit pro Sylla non Cicero, nam in illis temporibus Hortenſius in Re Pu. verſabatur, & ſciebat iudicia illius cõiuratiõis, quorum iudiciorum Cicero, quia tunc non ita erat in Re Pub. erat ignarus. Et accuſauit etiam Torquatus Syllam, quod ſimul cum Antonio erat de coniuratis in coniuratione Catilinæ, qui Antonius de eo crimine fuerat damnatus. Et huius criminis Torquatus in Syllam viſus eſt ſuſpitiones adducere. Itaque in ipſum Ciceronẽ grauiter eſt inuectus, quoniam in crimine illius coniurationis Syllam defendebat. Cicero vero ſe honeſte id facere arguit, & tanquam ille qui vere ſciat veritatem de coniuratis in illa coniuratione, quam ipſe cõſul aperuit, & indicauit, Syllam hac inſigni oratione defendit.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

Hæc oratio

HAEC ORATIO EST IN IVridiciali genere conſtituta. Habet enim hæc cauſa accuſationem cum defenſione. Nam Sylla accuſatus a Torquato a Cicerone defenditur hac egregia oratione. De genere demonſtratiuo, quod incidit dicendum, vt alias dictum eſt, quod non habet commutare principale genus cauſæ,

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HABETVR HAEC ORATIO.

QVONIAM EX HAC ORATIOne faciliter comprehendi poteſt Torquati intentio, Syllæque depulſio in iſta cauſa, ideoque faciliter conſtitutio nota erit. Intentio ſiquidē iſta Torquati fuiſſe videtur contra Syllam, vt eam breuiter attingamus. Contra Rem. P. coniuraſti. Syllæ vero depulſio. Non coniuraui, vnde quia negatur factum, eſt conſtitutio coniecturalis in qua quidem conſtitutione oratio iſta defendit Syllam, quantum attinet ad Catilinæ coniurationem qua autem in cauſæ conſtitutione verſata fuerit Hortenſij defenſio, licet hic plane non pateat, tamen eſt veriſimiliter cogitandū, quod fuerit in eadem conſtitutione coniecturali. Non videtur enim qua alia ratione poſſit crimen coniurationis, quam mera facti negatione defendi. Nam, vt apud Ciceronem in oratore inquit Antonius, noſtræ fere cauſæ, quæ ſiquidem ſunt criminum plęræque inficiatione defenduntur. Nam de pecunijs repetundis, quæ maxime ſunt neganda fere ſunt omnia. Et in ambitu raro illud datur, vt poſſit liberalitatem ab ambitu, atque largitionem ſeiungere. De ſicarijs, de veneficijs, de peculatu, inficiari neceſſe eſt. Hæc illę, quę cum ita ſint, quātomagis hoc erit faciendum in accuſatione coniurationis cōtra Rem. Pu. quo nullum grauius, nullum periculoſiꝰ criminē eſt, ſed ſolum hic agitur de conſtitutione cauſę, in qua habita eſt hæc pręſens Ciceronis oratio quæ conſtitutio, vt dixi, coniecturalis eſt.

De Rhetoricæ

DE RHETORICAE PARTIBVS CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE, MEMORIA,
et pronunciatione dicendum , vt in Pompeiana
ſupertus,ſed conſideranda diſpoſitio orationis.
Diſpoſitio quidem eſt in partibus orationis non
ab inſtitutione artis profecta,ſed ad caſum tempo
ris oratoris iudicio accommodata. Primo ſiquidē
ponit exordium,deinde diuiſionem.deinde con=
tutationem,per quam nunc in ſe,nūc in Syllam obiectà cōfutat.dein
de concludit orationem in deprecatione,non enim hic pluribus orati=
onis partibus vſus eſt Cicero exigente id cauſæ ratione , vt inferius
oſtendetur.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

EXORDIVM.

MAXIME VELLEM IVDICES
&cę. Hic oratio incipit,& orationis exordiū,quod
ex genere cauſæ,vt ſit artificioſe tractatum diſcu=
tiendum eſt. Genus autem cauſæ dubium eſſe di=
camus,vt eſt fere in omni defenſoria oratione Ci=
ceronis,quam prę manibus habem9. Et ratio,quo=
niam in qualibet tali iudiciali cauſa ad quam ratio
defenſionis admittitur,accuſatio,& defenſio criminis continetur , &
pro quanto crimen accuſatur apparet quædam turpitudo in cauſa,pro
quanto vero refellitur,quædam interlucere videtur honeſtas,pręſer=
tim antequā ab vtraque parte ſit poratū auditoribus adhuc inter vtrū
que pendentibus,quamuis enim in ſe & ſecūdum veritatem cauſa eſt
honeſta,vel turpis,ſicut omnis eſt cauſa , tamen pro dubia videtur ha=
benda ante ſententiam , niſi veritas plane pateat , & tunc fere in quę=
ſtionem res trahi poteſt. Sed ad cauſam quæ habenda pro dubia eſt,de
bitum orator ex arte accommodare debet exordiū,verbi gratia in ora=
tione pręſenti. Cum. P. Sylla eſſet omnium forte,quæ ſibi obijceren=
tur,ignarus,& innocens,ſua cauſa eſſet honeſta. Si vero fuiſſet coniu=
rationis conſcius,turpis eſſet,ſed cum dubium hoc maneret apud iu=
dices,habuit Cicero exordiri vt in genere cauſæ dubio,per exordium
ſcilicet

ſcilicet beneuolentiæ captatiuum, vt eleganter hic facit. Et omnibus illis modis quibus beneuolentia a perſona noſtra captatur. difficulter hic poſſet Cicero a Syllæ perſona captare, quoniam erat iudicio ſuperiore damnatus, afflict⁹. & miſer, quibus potuit modis captauit ex inimica Syllæ ipſius perſona proferendo ipſius incommoda, & calamitatem cum mētionem facit de caſu ipſius infeſto, & de ſua euerſione, & fortunæ ſuę reliq̃s miſerijs, & afflictiōibus, quæ mala ne videanť ſibi merito contigiſſe, & ſic non ſolum non captari propter iſtam beneuolentiam auditorum, ſed etiam odium irritari, caute interſerit malorū ſuorum cauſam communis ſcilicet ambitionis. In inuidiam & odiū Antonij ſingulare, vt apparet in cōmuni peccato, & odio alterius eſſe euerſum, fuit enim cum Sylla de ambitu dānatus Antonius, qui odio habebatur ab omnibus. Captat tamen, & in principio altero modo a Syllæ perſona cum modeſtiæ ſuæ mentionem facit, dicens ſe velle maxime, vt Sylla fructum aliquem ſuæ modeſtiæ ꝑcipere potuiſſet. Deinde captat a perſona aduerſariorum eos adducendo in odium cum ſignificat, atque innuit crudelitatem eorum aſſerens eos non poſſe ſupplicio Syllæ ſatiari, qua nulla poteſt eſſe maior crudelitas. Deinde a perſona ſua Cicero beneuolentiā captat, cum de lenitate, atque miſericordia ſua omnibus quondam nota, ſed acerbitate temporum intermiſſa facit mentionem. Et dicit in malis Syllæ cum modeſta cupiat. facile tamen pati tempus ſibi oblatum in quo boni lenitatem ſuam cognoſcant &cę. Et ſic oſtendit egregie qualis in Re.Pu. fuerit cū ſibi miſericordiam animi, atque vehementiam pro ſtatu R.P. fuiſſe ſignificat, & ſic breuiter de hoc exordio dictum eſt.

DIVISIO.

ET QVONIAM LELIVS TORquatus &c. Hic eſt diuiſio vna orationis pars ſecūdum illam ſui ſpeciem, quæ expoſitio nūcupatur. Hic enim quibus de rebus eſt dicturus exponit breuiter, & abſolute, dicens ſe coniuncturum defenſionem ſui officij cum propulſatione periculi, cauſamq; demōſtrat quare ſit ita facturus. nō me fallit quibuſdā poſſe videri particulam eſſe de exordij ratione, per quam Cicero dociles faciat auditores ſummā cauſæ ſic breuiter exponendo. Tamen mihi conuenientius viſum

aſſignare pro-

aſſignare pro vna alia parte orationis , vt oratio pluribus ſuis parti- bus munita eſſe videatur. Et quia non eſt eiuſmodi generis hoc exor- dium,ꝑ qđ potiſſimũ docilitas,vel attẽtio,quaſi ex arte fieri debeat,ſi cut in humili genere fit,quanquam videantur etiam in dubio genere eſſe proficuæ. Sed tantum volo,quod vbi cauſæ dubium genus ſit,be- neuolentia ſufficiẽter ex arte capter,ſi qua qua ſit pars,vt hic quę pro ſpecie diuiſionis poſſit intelligi,& poſſit etiam exordio cõuenire,me lius,& proprius aſſignatur diuiſioni,quam exordio.per hoc enim ora tiõis pars vna cõficitur,& exordiũ recedit a vitio prolixitatis,& ſicut hic dicitur,ita dici poſſet in aliis quibuſdam orationibus , quæ omnia ſpeculabitur lector. Nos ad alia tranſeamus.

CONFVTATIO.

AT PRIMVM ABS TE &c. Hic eſt cõ futatio pars vna orationis. Poſtquã Cicero debitũ pręmiſit exordium,& eleganter expoſuit,ſe illico tranſfert ad hanc confutationem maximam omni um obiectorum , nequaquam narratione,& con- firmatione ſeparatim duabus partibus oratiõis in- ductis,cuius diſpoſitionis,& modi aliqualis ratio reddenda eſt. Et de narratione primo. Cicero enim cum hic Syllã de- fenderet,non habuit tractare ſeorſum illam narrationem ſuper qua iu dicium fundabatur. Nam cum iam ſcirent iudices ſubſtantiam cauſæ ex accuſatione Torquati, nõ habuit Cicero niſi per accuſatorem nar- rata purgare. Præterea cum narratio illa in qua cauſa ipſa,& oratio to- tius controuerſiæ continetur,hic caderet aliquantulum offenſoria,eo quod narranda fuiſſent illa per quæ in ſuſpitionem coniurationis Syl la trahebatur, ſuper quibus ratio controuerſiæ fundabatur. Habuit ex arte Cicero ſic illa narrare,& exponere,vt pręſto medicamentum vul neris eſſet,& odium ſtatim defenſio mitigaret. Et ſic habuit membra tim diſpergere partes narrationis,& ad vnamquamque accommoda- re orationem,vt in arte veteri fieri docet,& ſic ita fecit elegãter. Nam de particula in particulam repetita accuſatione Torquati rem oſten- dit,& purgat accuſationem,vt clare apparet in litera orationis . Talis autem modus confutationis eſt proprius pręſertim in ſtatu cauſæ con iecturali. Ipſa enim confutatio eſt diſſolutio locorum aduerſarij . Er- go ſe rite,non habita alia narratione,tranſtulit ad cõfutationẽ, Et quia non pręmiſerit

non premiſerit aliam confirmationem facile eſt videre. Nam defen-denti ſatis eſt diluere obiecta locoſque diſſoluere, quib9 impetitur prę ſertim cum agatur cauſa ſuſpitionis, vt hic ſufficit defendenti ſuſpitiones extinguere. Et pars defenſoris tota eſt poſita in refutatione, vt ait Quintilianus. pręterea qui aliena confutat, ſua confirmare videtur. Et ſic ſæpe iſtæ duæ partes orationis confirmatio, & confutatio permiſcentur, & in arte etiam a Cicerone valde permixte tractātur, quoniā valde cognatæ, & finitimæ partes ſunt. Quod etiam patet ex dictis Antonij oratoris datis a Cicerone in libro de oratore, dicit enim, quia neque reprehendi quæ contradicuntur poſſunt, niſi tua confirmes, neque hæc confirmari niſi illa reprehendas, Idcirco hæc, & natura, & vtilitate, & tractatione cōiuncta ſunt. Sed his omiſſis, videamus hāc confutationem in qua primum a Torquato in ſeipſum obiecta con-futat, quæ pars, cum ſit aliquantulum egreſſiua a cauſa, non eſt ſecundum propriam conſtitutionem tractata, ideo non opus eſt in hac arte diſquiſitione locorum ſecundum artem, facit tamen etiam hæc pars ad cauſam, & conſtitutionem per hunc modum, quia demōſtrata legitima ratione huius defenſionis habitæ a Cicerone, & ab Hortenſio, Sylla quodammodo per locum a teſtibus defenditur, cum nec Hor-tenſius pro prima coniuratione, nec Cicero pro ſecunda tales viri de-fenderent ſcientes ambo, qui in illa coniuratione nocētes fuerunt niſi vterque cognoſceret Syllam innocentem fuiſſe.

SED IAM REDEO AD CAV-ſam & cætera. Cicero prius reddita ratione cur tam multa de ſe dixit, adductas a Torquato in Syllam ſuſpitiones extenuat. Et quoniam Tor-quatus per locum ab argumento ex interrogatione Allobrogum, & reſponſione Caſſij ſuſpitio-nem conflarat in Syllam, Cicero illam confu-tando diſſoluit per eundem locum, Argumētatur enim validis rationibus, aut dicta Caſſij purgare Syllam, aut ſaltē non debere, nec poſſe conflare ſuſpitionem, vt patet clare in litera orationis.

EXCLVSVS HAC CRIMINAtione,&c. Cum Torquatus obieciſſet Ciceroni eum iudicia de coniuratis falſa protuliſſe, per hæc intendens oſtendere crimen Syllæ vicio Ciceronis occultatum, Cicero acriter, & facunde confutat, & hæc etiam pars confutationis permāgna ſui parte a proprio cauſæ ſtatu egreditur, quare in ea non expedit locū cōſtitutionis exquirere. Illa tamen pars valde facit ad cauſam, qua Cicero veritatem iudiciorum probat. Nam ſi vera fuerunt iudicia, neque in his nominatus eſt Sylla, ipſe innocens demonſtratur.

AT ACCVSAT CORNELII filius, & cætera. Confutat hic Cicero ſuſpitiones iniectas in Syllam in conſtitutione coniecturali, quæ huius conſtitutio cauſæ eſt, & primo repudiato iudicio Cornelij tacite cōficto & ex actione filij arguit, & oſtēdit Syllam nō fuiſſe de coniuratis Catilinæ per locum ab argumento, prout hic ſumitur argumētum pro vna ex illis ſex partibus in qua eſt coniecturalis conſtitutionis ratio diſtributa, & arguit ex his quæ conſiderantur in pręterito tempore, cum oſtendit Syllam nō fuiſſe cum Catilina, nec cum Antonio eo tempore quo comitijs conſularibus impetum facere conſpirarant, & cum his veriſimiliter eſſe debuerat, ſi in eadem cauſa fuiſſet &c. Deinde hic idem arguit per eūdem locum, cum oſtendit nocte illa periculoſiſſima in toto tempore coniurationis, & ipſius coniuratiouis eſtuante feruore Syllam non fuiſſe cum coniuratis nec in vrbe, nec in exercitu Catilinæ, nec in aliquo loco ſuſpecto, ſed tūc fuiſſe Neapolitana in ciuitate, & in ea Italię parte quæ maxime ea ſuſpitione caruit. Deinde confutat ſuſpitionem adductam ex emptione gladiatorum & cætera. oſtendens veram cauſam qua empti ſunt, & ſic per locum contra argumenta illa, & ſigna, quibus hæc ſuſpitioſa dicebatur, ſuſpitionem hanc diluit. Deinde ſuſpitionem adductam ab aduerſarijs per locum ab argumento profectionis Quintij amici Syllæ in Hyſpaniam vlteriorem confutat, & diluit per locū cōtra illud argumētum, & ſignum, oſtendens profe-

ctionem

ctionem illam fuiſſe tempore non ſuſpecto, Cuius etiam legitimam cauſam reddit, magnam ſcilicet rationem cum Mauritaniæ rege contractam. Deinde arguit non eſſe illum Quintium criminoſum per locum a probabili cauſa, cum oſtendit ſibi non expediſſe peccare ea cauſa quæ cæteros impellit in facinus, cupiditate videlicet retinendę poſſeſſionis. Nam in illo cupiditas iſta non fuit, qui æs alienum diſſoluit prædijs diminutis. Deinde ſuſpitionem adductam ex Quintij profectione in Hiſpaniam confutat per locum a ſigno, oſtendens non veriſimiliter debuiſſe eſſe quæſitam hanc perficiendi facultatem per talem perfectionem, immo ſi Sylla erat coniuratus, ipſum veriſimilius debuiſſe tenere quęcũque penes ſe, quam infructuoſe eũ in terras vltimas tranſmãdare. Deinde etiam Quintium purgat a ſuſpitione huius ſceleris per locum a probabili cauſa, cum primo eius integritatem, & honeſtatem oſtendit, ſimulque ex honeſtate familiæ, & patris fide corroborat locum iſtum, & deinde ſignificat cupiditatem illam retinendorum prædiorum, quæ vnum hominum genus faciebat horribile, & pertimeſcendum in Quintio non fuiſſe, qui ſe ex ſuſpitione tanti ſceleris, & ex hominum etiam ſermone non armis, ſed patrimonio vendicauit. Deinde ſuſpitione aducta de diſſidio Põpeianorum & cæte. Confutat per locum ab argumento, demonſtrans nihil horum feciſſe, aut apparuiſſe quæ ſibi obijciantur, cum pari ſtudio ſibi adſint Pompeiani, atque Colonij, de quibus nunquam fuit illa ſuſpitio &cę. Deinde quia aduerſarij L. Cecin. fratrem Syllæ criminabantur, dicentes propter ſuæ legis rogationem gladiatorum vim eſſe comparatam. Hæc confutat Cicero per locum ab argumento demonſtrans non ſic facta eſſe, quæ dicerent &cę. Deinde ſuſpitionem eam quam Torquatus ex epiſtola Ciceronis adduxerat, confutat per locum a collatione, cum oſtendit alios quod dicat a Sylla factum, facere potuiſſe Gneum Piſonem, Catilinam, Vargonteium, & Antonium, & cum oſtendit ex ipſius Torquati dictis ad maleficium, alteri quam Syllæ fuiſſe profuturum, quia valet Catilinæ, propter cuius conſulatum dixerat coniurationem alias eſſe factam &c.

NEQVE ISTORVM FACINO-rum tantorũ &cę. Poſtquam ſuperius Cicero confutauit ſuſpitiones ex locis varijs, vt ante oſtenſum eſt, hic multum late confutat eaſdẽ per locum a probabili a vita Syllę, quem qui-dem locum quando ipſe eſt in hac conſtitutio ne permaxim⁹, & multum accommodatus ab arte late, & ſerioſe pertractat, primum oſtẽdẽ-do quantum ſit huic loco fidẽdum, ex exem-plis Catilinæ, & cõiuratorum, deinde ſignifi-cando integritatem, honeſtatemque vitæ Syllæ in vtraque fortuna. q̃ omia ad hoc ſpectant, vt ex anteactis moribus Syllæ nemo debeat ſu-ſpicari eum vnquam coniurationis facinus concepiſſe.

QVAESTIONES NOBIS SERVO-rum &c. Quoniam aduerſarij videbantur adfecta re quæſtiones, & tormenta ſeruorum, ideo hic Ci-cero caute dicit cõtra quæſtiones, ſi eñi res quęſtio ni ſubiecta fuiſſet, & ex hoc eſſet aliqua cõtra Syl-lam extorta confeſſio, aliter ipſe confutaſſet ſecun dum regulas ſuas in arte, ſecundum quas ibi docet dicere contra quæſtiones confeſſione iam facta, ſed hic ꝙ tantũ infer-retur timor quæſtionis cautiſſime dixit, vt nulla vereri videretur, & ſi confeſſio extorqueretur. poſtea cum iam ſufficienter oſtendiſſet ve ritatem non rite quæſtionibus inueniri. Deinde oſtendit hanc verita tem melius per locum a probabili a vita haberi, cum dicat nihil ora-tionis, vel obſcuritatis eſſe poſſe in cauſa ſi audiatur illa vox quæ de-bet eſſe grauiſſima, vox ſcilicet, & conditio vitæ præteritæ.

NVLLVM IN CAVSA TESTEM timemus & cæte. Poſtquam futuræ quæſtionis, quam aduerſarij minabãtur, vim exhauſit per lo-cum contra quæſtiones, & monſtrauit plus loco per probabile a vita, quam quæſtionibus fidei dã-dum, ita ſimiliter hic eſt vſus loco contra teſtes, vt nec vereri teſtimonia videretur, & ſi aliqua ad-ducerentur poſtea, iam ante ſufficienter oſtendiſſet per locum cõtra

teſtes

teſtes non eſſe credendum,ſed in his magnis diſquiſitionibus argu= mento per locum a probabili a vita vtendum,cui loco,vt multum fi dei dari debeat eleganter oſtendit Et dicit valde prudenter,& modi= ce propter arrogantiæ euitationem authoritatem defendentium debe re valere,quaſi per locum a teſtibus argumentans.

ACCVSATI SVNT VNO NOMINE,&c. Hic confutat aliqua obiecta in conſulares,& in ſeipſum,& hæc pars confutationis egreſſiua eſt a ſtatu cauſæ iudiciali ideo eam ſine locorum, & argumentorum diſquiſitione pertranſeo.

DEPRECATIO.

NIHIL VIDEO IN HOC PRO Sylla &c. Poſtquam Cicero confutauit in cõ ſtitutione coniecturali,vt ſæpe in iuridiciali= bus cauſis ſolet,ſe vertit ad deprecationẽ qua tamen non ita vtitur, vt Syllam peccaſſe, & conſulto feciſſe fateatur,& tamen poſtulat ſi= bi ignoſci,ſed hic ita ſemꝑ hac vtitur, vt ſine cõfeſſiõe criminis deprecetur. ideo exſtricta deſcriptione vocabuli per eum in artem data, non eſſet proprie deprecatio nominanda, ſed ipſa in orationibus aliquando vſus eſt Cicero aliter, quam in arte de= ſcripſerit,& hic,& in alijs locis. Quando enim in arte deprecationem deſcripſit,conſiderauit differentiam propter quam deprecatio a pur= gatione diſtincta eſt,cum eſſent illæ duæ conceſſionis partes tãquam ſpecies ſub genere proprietate differentes ſua. Nam cum ſpecies vtra= que fateatur,illa crimen in imprudẽtiam,neceſſitatem,fortunamque reflectit,quarum rerum nihil hic facit,& tamen poſtulat ſibi ignoſci At licet non ſic ſtricte ſit hic deprecatio,eſt tamen pro quanto vt vi= des humiliter deprecatur ex locis deprecationis ipſius in arte deſcri= ptæ,deprecatio nominanda. Illa enim ſtricta deprecatio in iudicium venire non poteſt,ſed accepta largius eſt,vt ſupra dixi in Plancia= na, etiam in cauſis iudicialibus naturalis. Itaque ſic illam hic indu cit egregie, locis multis ac validis, quibus in arte docuit miſericor diam commouere,oſtendens quid ſibi,& familiæ ſuæ,parentibus, &

 amicis futurũ

amicis futurum ſit,niſi obtinuerit,cũ dicit ideo ſe ſupplicare,ne æterna,& turpis infamia ſuo generi inuratur &cæ. Et aperit in quanta ſit calamitate conſtitutus,ad quem locum,quia valet multum ad miſericordiam commouendam, ſæpe reddit, vt facile eſt ex oratione percipere,& vtitur illa rerum commutatione,cũ docet in quantas lachrymas a quanta dignitate peruenerit,quod argumentum per communẽ locum tractari docet in arte &cæ.

CONCLVSIO.

SED IAM IMPEDIOR &cę.Cum terminaret Cicero orationem hanc,in deprecatione optime concluſit Concluſione quæ ex commiſeratione conſtaret,in qua,vt debet,ex arte ſe iudicũ ſubijcit poteſtati,eoſque concilians humiliter deprecatur,vt hic clementiam ſuam oſtendant.Poſſet etiam dici totam illam partem quam immediate ſuperius pro deprecatione ſignaui cum hac ſimul eſſe oratiõis Epilogum,& proprie concluſionem ex commiſeratione ad miſericordiã commouendam.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELIQVA parte Rhetoricæ videlicet orationis elocutione videamus, de qua plane per omnia ſic dicendum,vt in Pompeiana eſt dictum,& de huius eſt exornationibus perſcrutãdum.

COLORES.

INFLAMMANDE CIVITAtis, huius extinguẽdi imperij Articulus eſt. Honore hęc,authoritate,virtute,&cę. Articulus. Qui adſunt,qui laborant,&c.Repetitio eſt.Item diſſolutum. Quis noſtrum ſeruum Syllam,&cę.Repetitio eſt.Item ratiocinatio,vt patet clare. Ratio Rei.Pu.religio priuati officij,&c. Articulꝰ eſt. Quod nondum poſitus in Re P.&c.Repetitio eſt. Qui interfuit,qui cognouit.Repetitio eſt. Item diſſolutum

Item diſſolutum. Quæ facta contra nos delata ad vos,&cę. Hic eſt articulus Qui vobis in conſilio fuerunt,&cę. Repetitio eſt. Hunc defendunt,huic adſunt. Diſſolutum eſt. Multa cum eſſem cõſul de ſummis Rei.P periculis audiui,&c. Repetitio eſt. Item diſſolutum. Conſilio inueſtigaſſet,virtute aperuiſſet,Diſſolutum eſt. Ille ambitus iudicium,&cæ. Contentio ſententiarum eſt vſque ad locum, At vero in coniuratione &c. Infeſtus bonis hominibus,patriæ,&cętera. Articulus eſt. Quod flagitium Lentulus,&c. Repetitio eſt. Illum Allobroges,&c. Repetitio eſt. Item contentio ſententiarum vſque ad locum illum. propter hanc igitur cauſam tantam. Nemo inſimulauit,nemo nominauit,&c, Repetitio eſt. Item diſſolutum. Cornua,tubas,falces,&c. Articulus eſt. Ille relictus,&cæ. Similiter cadens eſt. Item articulus. Veniebat enim ad me,& ſæpe veniebat Antonius, &c. Cõduplicatio eſt. Cum diſcipulum in puericia, &c. Articulus eſt. Cum mihi patriæ noſtrorum periculorum,&cæ. Repetitio eſt. Suſcepi cauſam in dignitate ſuſcepi,&c. Conduplicatio eſt. Si falſum dixerim te in eos dixiſſe,&c. Diuiſio eſt. Si iam hoc tibi concedam,&c. Repetitio eſt. Vter tandem rex eſt,&c. Interrogatio eſt grauis & concinna enumeratis ante his quæ cauſæ obſunt aduerſarij. Nemo enim iſtud,&c. Repetitio eſt. Etiam atque etiam puto, &cæ. Conduplicatio eſt. Sibi habere honores,&c. Repetitio eſt. Si ille labor meus priſtinus,&c. Repetitio eſt. Deſeruiunt amicis, preſto ſunt omnibus,&c. Diſſolutum eſt. Fortiſſimi conſulis,conſtantiſſimi ſenatoris,&cæ. Articulus eſt. An vero clariſſimum virum,&c. Contentio ſententiarum eſt. Sententię tumultu,ſine delectu,ſine armis, &c. Repetitio eſt. Ego vitam omnium ciuium ſtatum orbis terræ, &c. Articulus eſt. Auditor,adiutor,particeps extitit,&cę. Articulus eſt. Maximi animi,ſummi conſilij,&c. Articulus eſt. Studio,conſilio,authoritate,&c. Articulus eſt. Si nobilitas hominis,&c. Repetitio eſt. In me irruit,me accuſat, &cæte. Diſſolutum eſt. Odij immortales vobis tribuam,&c. Exclamatio eſt. Vos profecto animum meum &c. Repetitio eſt. Patrimonio naufragium &c. Tralatio eſt. Item articulus. Dicta,interrogata, reſponſa,&c. Articulus eſt. Memoria,ſcientia,conſuetudine,&c. Articulus eſt. Non occultaui,non continui domi,&cæ. Diſſolutum eſt. Diuiſi toti Italiæ,diuiſi in omnis prouincias,&c. Diſſolutum eſt. Lecto,deſcripto, diuulgato,&cæ. Articulus eſt. Quieueris,tacueris,&c. Diſſolutum eſt. Fero te Torquate,iam dudum fero,&c. Conduplicatio eſt. Permitto aliquid iracundiæ tuæ,&c. Diſſolutum eſt. Noli hac noua leuitate abuti,&cę. Repetitio eſt. De me eſſe omiſſum,ſi quid eſt tibi remiſſum &cæt.

Agnominatio eſt. Iratus animus tuus, ætas, amícitia noſtra &c. Articulus eſt. Neque vero ſi quid mihi iraſcare intelligere poſſum &cę. Contentio ſententiarum eſt. Inimícum, inquis, accuſo meum &cæ. Contentio ſimilis præcedenti immediate. Item ſubiectio eſt vſque ad locum illum, ac ſi conſiderare cœperis. Conſulatum nobis eripiebant, honori veſtro pugnabant &c. Hic eſt color interpretatio. Commutat enim quod dictum eſt alio verbo, quod idem valet. Itē diſſolutum eſt. Cur ab eo diſſidebat &c. Repetitio eſt. Cum omnia ordinarentur, inſtituerentur, pararentur, &c. Diſſolutum eſt. Vbi fuit Sylla Cornelij, &c. interrogatio eſt illa vere grauis, & concinna antea enumeratis, q̄ cauſæ aduerſariorū obſunt. Agro Camerti, Piceno, Gallico, &cę. Articulus eſt. Hominem amentiſſimum ſui familiariſſimi &c. Articulus eſt. Officijs vſi, conſuetudine, &c. Articulus eſt.

Qui adſunt laborant. Diſſolutum eſt. Promulgarit, impulſus amore fraterno deſtiterit &cæ. Diſſolutum eſt. Nec ego tantum fraterno amori &c. Hic eſt ſententia. Improbis largitionibus reſtitit, &c. Diſſolutum eſt. Eius voces, eius minę, &cę. Repetitio eſt. Concurſatio ſtipatio, greges hominum &c. Articulus eſt. Quid quiſque nouerit &c. Cogitarit, amiſerit, &c. Diſſolutum eſt. Quis enim contra patriā &c. Repetitio eſt. Sēper audax, petulans &c. Articulus eſt. Dignitatem, liberalitatem, moderationem, &c. Articulus eſt. Quæ domus, quæ celebratio quotidiana &c. Repetitio eſt. Non inquam cadit in hos mores. Repetitio eſt. Si in extremo diſcrimine. Repetitio eſt. Gubernat dolor, moderatur natura &c. Diſſolutum eſt. Nunquam occultatur libido &c. Repetitio eſt. Nihil quenquam ſcire &cę. Repetitio eſt. Munite communem artem bonorum &c. Diſſolutum eſt. Defendebant amicum, aderant ſupplicia &cę. Diſſolutum eſt. Nunquam meliores, fortiores, &c. Articulus eſt. Quis non de communi ſalute &c. Repetitio eſt. Plus virtutis, plus amoris &c. Repetitio eſt. Item articulus. Omnis ſtudio virtute, authoritate &c. Hic eſt articulus. Adeo ne vobis alienus &c. Repetitio eſt. Vt cum conſul bellū geſſerim &c. Contrarium eſt vſque ad locum illum, ſi medius fidius, &c. Non in ea R. Pub. verſor. non &c. Repetitio eſt. Qui inueſtigauit coniurationem, qui &c. Repetitio eſt. Non dico id quod graue eſt, &c. Occupatio eſt. Cum quærerem omnia, multa audirem &c. Diſſolutum eſt. Qui huic vrbi, atque huic imperio &cæ. Repetitio eſt. Nihil ad hoc conſul &c. Diſſolutum eſt. Rei. P. pręcipitanti ſubueni, patriam, cum &c. Diſſolutum eſt. Item interpretatio. Omnia generis, nominis, honoris &cæ. Articulus eſt. O miſerum & infelicem illum diem &c. Exclamatio eſt. Spoliato, honore, fama, fortunis, &c.

Articulus eſt. Vrget eadem fortuna,&c. Diſſolutum eſt.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO AVLO LICINIO ARCHIA POETA.

AVLVS LICINIVS ARCHIAS Poeta Antiochiæ natus, Romæ vixit in amicitia, & gratia multorum clariſſimorum virorum ciuium Romanorum, pręcipue Lucullorum, & a nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus, fuit Ciceroni etiam apprime familiaris, & carus. Hic poeta cum decederet e Sicilia cū L. Lucullo Heracliam venit, & adſcribi etiam in eadem voluit ciuitate, quod cum ſua virtute, tum Luculli authoritate ab Heraclienſibus impetrauit ita ad que aſcriptus eſt ciuis lege Syllani, & Carbonis, & cæte. Deinde ei de ciuitate lis mota fuit. Cicero vero cum hac pulcherrima, & placida oratione defendit, & laudat, & ex hic multa agit honorifice de poetis. Sed cur hæc fuerit mota cauſa Licinio, ſiue odio, ſiue inuidia, ſiue aliqua alia ratione nō explicat hæc oratio, nec alibi memini me legiſſe, accuſator ſiue petitor, aut actor videtur fuiſſe quidam nomine Gracchus, ad eum ſiquidem ſpecialiter loco vno in hac oratione Cicero verba vertit, ſed quicunque fuit non potuit eſſe non impius, qui poetam carum omnibus, ocio, & muſis deditū infeſtauit, & a curis altiſſimis, Pieridūque dulcedine, & a ſummo ac ſacro ſtudio ad dicendam cauſam vertit. Sed Cicero ſummus orator pro poeta ſuo digne, ac ornatiſſime cauſam egit, quam efficaciter ac motiue ſum dubiꝰ, at nihil puto virtuti poetę qui hoc ſolo nomine omnia merito debuit conſequi, & eloquentiæ Ciceronis non impetratum fuiſſe.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC ORATIO EST PRINcipaliter in iudiciali genere conſtituta. habet enim hæc cauſa ąccuſarionem, ſiue petitionem, ſiue aliquam alterius nominis actionem. Et habet illa defenſionē, vnde iudiciale fit genus. nam Aulus Licinius Archias poeta cum ciuitatis iure per actionem aduerſarij expelleretur, hac inſigni oratione pro eo iure cōſeruando a Cicerone defenditur, multum genus demōſtratiuum hic incidit, cum Licinius commendetur & poeticum nomen extollitur, in quo quidem licet pars magna orationis verſetur, non tamen eſt ipſum principale genus cauſæ, quoniam id totum refertur ad aliud, puta ad defenſionem Archiæ, vt ſcilicet videař indignū talē hominē tali inſtitutū diſciplina a ciuitate repelli.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

QVIA TALES VIDERI POSſunt in hac cauſa intentio atque depulſio, nō es iure ciuis Heracliæ ciuitate donatus. Ideo ex hac intentione, & depulſione conſtitutio videtur exiſtere iuridicialis abſoluta, quoniam in hac cōſtitutione quęritur iure ne aliquid factum ſit, itaque cum cauſa hęc huiuſmodi diſpoſitionem habere poſſit, videlicet an Archias iure ſit ciuis Heracliæ, conſtitutio eſſe apparet huiuſmodi. poſſet tamen videri alia ratione coniecturalis, vt ſi talis eſſet intentio, taliſque depulſio. Non es ciuitate donatus, ſum ciuitate donatus, itaque quęſtio facti eſſet, An eſſet Archias ciuitate donatus. Et ad hoc faciunt multa argumenta in confirmatione orationis habita, quæ quidem ſunt de ratione coniecturalis conſtitutionis, & contra videntur fuiſſe argumenta aduerſarij, de ratione iuridicialis abſolutę, cum diceret eum non eſſe ciuem, quia domicilium Romæ nō habuit, & quia non fuit profeſſus apud prætorem, ita quod vtraque poteſt eſſe conſtitutio, ſed de principaliori difficile eſt iudicare, quia non plane patet accuſatoris intentio, vt in confirmatione, prout erunt loci, & argumenta tangentur ſic, quod ſingula poterunt referri conſti-

tutionis propriæ rationem.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE, MEMORIA & pronunciatione dicendum eſt, vt dictum eſt ſuperius in Pompeiana, ſed conſideremus diſpoſitionem orationis. Diſpoſitio quidem eſt in partibus orationis, non ab inſtitutione artis profecta, ſed ad caſum temporis iudicio oratoris accommodata, non enim hic vtitur omnibus partibus orationis, quare & ſi in his partibus quibus vtitur ſit ordo ex artis inſtitutione ſeruatus, nō dicitur tamen ab artis inſtitutione profectus, vt patet clare per Tullium in arte noua capitulo de diſpoſitione. hic enim primo ponit exordium, deinde narrationem, deinde permixtim confirmationem, & confutationem augendo commendationem literarū, & poetæ, deinde ponit orationis Epilogum.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

EXORDIVM.

SI QVID EST IN ME INGENII iudices, &cę. Hic incipit oratio, & orationis exordium, quod ex genere cauſæ quam ſit rite accommodatum huic cauſę, diſcutiamus. Genus autem cauſę honeſtum eſt. Nam hic defenditur, quod ab omnibus defendendum videtur, ius ſcilicet ciuitatis honeſtiſſimo poetę datum. Preterea nullius eſt hic criminis accuſatioque ante latam ſententiam poſſet aliqua in cauſa turpitudinem commiſcendo dubium genus efficere, ſed hic nec accuſatio turpis eſt, & honeſta defenſio, Poeta vero ꝑſona honeſtiſſima eſt, dicamꝰ igiť cauſę genꝰ eſſe honeſtū. Qua ꝓpter illo exordio vſus eſt ex arte quo demonſtrauit honeſtatem defenſionis ſuę, & cauſę ipſiꝰ Licinij Archię, cum primum ſeſe obnoxium probauit ex debito ad illius defenſionem, qui repetere fructum ſtudiorum ſuorum proprie

ſuo iure

quas incœpit exponere,& prętereunda pręterit,nec bis aut ſæpius idē
dici Quæ omnia ſic ſeruąta breuem faciunt narrationem,necnon etiā
vt quicquid primo geſtum eſt,ita primum exponit.Nā primo narrat
vt ſe primo Anthiochiæ vbi erat natus ad ſcribendum cōtulit.Dein-
de qualiter ſe habuit in Aſia.Deinde vt fuit a Græcis ciuitatibus ho-
noratus,deinde,vt iam notis omnibus Romam venit,& qualiter vi-
xit.poſtremo vt ſibi Heracliæ ciuitas data eſt,& ſic rerum ac tempo-
rum ordinem ſeruat,vt geſta res,& vita Archiæ fuerunt,nec perturba
te,nec contorte,nec ambigue quicquam dicit,nec trāſit in rem aliam,
nec ab vltimo repetit,nec longe proſequitur,quoniam non incipit ab
infantia Archię,nec proſequitur vltra ciuitatem datam.Et ſeruat quę
dantur pro breuitate præcepta,vt iſta narratio dilucida ſit,quę quidē
eſt,vt ſupra diximus etiam veriſimilis.Dicit enim,vt natura poſtu-
lat,& opinio,& mos.nam ipſa vera videtur appetere,vt poetę ſummis
colantur honoribus,& exaltentur illuſtrium hominum familiaritate
& gratia,qui pro poetis & æterna fama res dignas agunt,hoc more ſer-
uatum eſt.hoc hominum opinione conſenſum,præterea conſtant hic
dignitates perſonarum.rationes conſiliorum,& oportunitates quibus
poſſit euidenter apparere Archias ciuitatem donatum fuiſſe,ſic vt re-
felli non poſſit homines ipſos hęc facere non potuiſſe,vt patet clare in
litera orationis,& ſic valde veriſimilis fit iſta narratio.

CONFIRMATIO CVM CONFVTA- TIONE.

SI NIHIL ALIVD &cę.Hic eſt confirma-
tio cum confutatione ſimul habita,nam vt ſupra
dictum eſt partes iſtæ finitimæ,& connexe ſunt,
vt merito poſſint tanquam vna pars ſimul induci
Hic loci ſunt & de ratione conſtitutionis cōiectu-
ralis,& de ratione iuridicialis abſolute.Primo eñ
arguit per locum a teſtibus Archiæ ciuitatem da-
tam cum M.Lucullum hominem grauiſſimū interfuiſſe,& vidiſſe
dicit,& legatos Heracliēſium hoc teſtari.locus autem hic pertinet ad

 rationem

rationem coniecturalis ſtatus. Deinde redarguto aduerſario, quod his non ſtet, & petat, quæ ſciat exhiberi non poſſe, deſcendit ad confutandum duo argumenta aduerſarij quæ ſunt de ratione iuridicialis abſolute. Nam obiecerat aduerſarius primo, quod quando Archiæ ciuitas data eſt Heracliæ fuit, non habebat domicilium Romæ. Item quod non fuerat profeſſus apud prætorem, vt tenebatur ex lege quæ argumenta de ratione iuridicialis abſolutæ conſtitutionis in qua conſideratur quid fiat ſecundum legem, aut contra, ſed hæc negando cõfutat & oſtẽdit Archiam Romæ habuiſſe domicilium, & vt debuit fuiſſe profeſſum, & per conſequens feciſſe ſecundum legem, ac ideo ſibi iure ciuitatem datam, nec eo dubitãdũ, qui alijs ciuitatib9 ſit adſcript9, & oſtendit non eſſe mirãdum ſi homines, qui ciuitatem minus dignis dabant digniorem ciuitate donauerunt, qui locus pertinet ad abſolutã iuridicialem, quoniam arguitur ex conſuetudine, quæ eſt vna pars iuris (vt ait Cicero) vbi agit i arte de abſoluta iuridiciali, & roborat iſtũ, vt vides per illum locum. Si de communis, &cę. Deinde redarguit aduerſarium quærentem cenſus, & oſtendit per locum ab argumento temporis præteriti, non pręiudicare Licinio ſi cenſus non fuit, quia abſens fuit, &c. Qui locus pertinet ad coniecturalem. Deinde oſtendit, cum ſenſus nihil aliud operetur quam quod confirmat, & indicat cenſum hominem ſe geſſiſſe pro ciue, hunc effectum ex alijs argumẽtis haberi poſſe, vt ex confutatione teſtamenti, & hęreditatũ aditione.

QVAE RES A NOBIS &cę. Hic Cicero mirabilem diuinamque pene literarum commendationem adiungit, & poeticum nomen extollit, quæ licet de demonſtratiuo ſint genere, tamen ad iuridiciale referunt, vt ſcilicet propter has laudes, & diſciplinam ſingularem videatur Licinius nõ eſſe de datę ſibi ciuitatis iure eijciẽdus, ſed pars hæc conſtitutione cauſæ remota eſt, niſi cum arguit per locum ab occaſione præterita, vel omiſſa, qui locus eſt de ratione coniecturalis cõſtitutionis. Nam oſtendit Archiam ſi ciuis non fuiſſet potuiſſe hoc multoties impetraſſe, & a Sylla, & a Quinto Metello pio familiariſſimo ſuo.

CONCLVSIO.

Quare

QVARE CONSERVATE IVdices. Hic eſt concluſio pars vna, & artificio ſus terminus orationis in qua concluſione vſus eſt enumeratione per quam (vt vides) colligit & commonet, quibus de rebus verba fecit. ſic breuiter, & eleganter, vt quodāmodo renouata oratio non integrata videatur. Hic enim memoriam artificioſe eorū quæ dixerat renouat auditoribus. Nam vt ordine quæquæ orata ſunt repetit, & concludit, deprecans, vt potius ſua humanitate leuatus calamitate Archias quam acerbitate violatꝰ eſſe videatur. ſimulque ſibi in fine cōciliat iudices, & prætorē. Omni enim in parte quod poſſimus hæc facere monemur ab arte, licet exordij proprium ſit.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELIqua parte Rhetoricæ, videlicet orationis elocutione videamus, de qua plane per omnia ſic dicēdum vt ſupra dictum eſt in Pompeiana, & de huius ſimiliter eſt partibus perſcrutandum eſt vt in Pompeiana, & de huius ſimiliter eſt exornationibꝰ perſcrutandum.

COLORES.

IN QVA ME non inficior mediocriter eſſe verſatum &cę. Hic eſt color diminutio, cum id quod egregium in ſe eſt ne ſignificetur arrogans oſtētatio orationem attenuat atque diminuit, poteſt cōueniri cum Liptote. Vt famam ingenij expectatio hominis, expectationem ipſius, &c. Gradatio eſt. Erat temporibus illis iocundus, &c. Diſſolutum eſt. Quid enim horum infirmari gratis poteſt &c. Subiectio eſt ampla valde vſque ad locum illūm, & non cum mediocribus multis, &c. Quid cum cæteri non modo poſt ciuitatē datā. Cōtrarium eſt. Aut ocium meū abſtraxerat, &cæ. Similiter deſinens eſt. Quantum cæteris ad ſuas res obeundas, &cę. Repetitio eſt. Hęc ſtudia adoleſcentiā agūt, &c. Diſſolutū eſt. Nec ſenſu mō guſtare, &c. Hic tralatio eſt. Quoties ego hūc vidi cū literā, &c. Cōduplicatio eſt. Saxa & ſolitudines voce reſpondent. &cę. Contrarium eſt. Homerum Colophonij ciuem eſſe ſuum, &c. Diſſolutum eſt.

 Ergo illi

liberatiuo. Et quando ſeparatim ab illis tractatur demonſtratiuum genus, quod raro accidit .Hic non ſumitur præceptio exordiendi ab honeſtate, vel turpitudine, vel dubietate cauſæ. poteſt dici hoc eſſe exordium terminatum ad eam partem ſubſequentem. Marco enim Marcello, &c. & ibi eſt propoſitio, qua vtendum eſt aliquando, cum narrationē cauſa ipſa non poſtulat, vt vult Quintilianus de inſtitutione oratoria, capitulo de narratione. & hic nullam fuiſſe narrationem neceſſariam manifeſtum eſt, cum dicat Cicero in arte noua. In demonſtratiuo genere principio tractato narratio nulla eſt, quę neceſſario cō ſequatur: poteſt videri etiam exordium terminari ad eam partem, nullius tantum flumen ingenij, &cætera. Eſt enim eadem in hac parte pro conciliando auditore ſentētia, quæ ad proprietatem exordij pertinet, quamquam oratio iſta tota videri poſſit eiuſmodi, eo quod tota ad laudationem Cæſaris facta eſt, per quam laudationem eius conciliatio comparatur. Quare proprietas hæc exordij, quæ eſt conciliare animum auditoris, male poteſt a reliqua oratione diſtingui, Cum ſit oratio pure demonſtratiua apud eum præſertim habita cuius laudationem continet. hac tamen parte poteſt exordium a confirmatione diſtinctum videri, vbi enim incipit per rationes oſtendere, quam in facto hæc gloria Cæſaris magna ſit, quod quoniam facere incipit loco illo, nullius tantum flumen ingenij, &cę. Ideo ibidem confirmatio demonſtratiua notanda merito viſa eſt, diuiſione etiam non eſt vſus hic Cicero, vt ſuperius dictum eſt. Nam cum diuiſio pars vna orationis, aut aperiat quid conueniat nobis cum aduerſario, & quid in controuerſia relinquatur, aut fiat per diſtributionem enumerando de quo, vel exponendo, de quibus rebus ſit dicturus orator, pro prima eius parte locum hic non habuit diuiſio, vbi controuerſa nulla erat. diſtributio autem non repugnabat generi cauſæ, cum dicat Cicero in demonſtratiuo genere exponendas eſſe in diuiſione res, quas, aut laudaturi, aut vituperaturi ſumus. Sed hic opus non fuit, quia in exordio ſufficienter dedit intelligere quibus de rebus eſſet Cæſarem laudaturus, cum dicit tantam eius manſuetudinem, tam inuſitatam, inauditamque clementiam, tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum, tam denique incredibilem ſapientiam, ac pene diuinam tacitum præterire nullo poſſum modo, &cę.

CONFIRMATIO.

NVLLIVS TANTVM FLVmen ingenij,&cę. Cum in genere demonſtratiuo in laudatione confirmatio,& in vituperatione contraria confutatio orationis aduerſarij intelligatur, vt vult Cicero i arte noua. hic merito dicit poteſt eſſe confirmatio huius orationis, vbi per efficaciſſimas rationes incipit ſumma,& ſingularis Cæſareę clementiæ con mendatio demonſtrari,& laudatur Cæſar a rebus externis dum ſæpe commemorat Cicero victorias eius, & fortunam, & triumphos, hæc cum alijs eius actibus virtuoſis de manſuetudine,& benignitate manantibus comparādo,& laudatur apprime a rebus animi,& potiſſimū propter Marcelli reſtitutionem de miſericordia, clementia, lenitate, manſuetudine, modeſtia,& ſapientia ſingulari, ac pene diuina, vt clariſſime patet in textu orationis.

NVNC VENIAM AD GRAVISſimam,&c. Pars iſta licet videatur refellere,& cōfutare ſuſpitionem,& exhortari Cæſarem ad cuſtodiam vitæ ſuæ,& reſtitutionem Reipublicæ, tamē ſe tenet ex parte laudatoriæ confirmationis. Nam omnia iſta ad laudem Cęſaris principaliter dicta ſunt. Confutatio autem ſi qua in hac cauſa inducenda fuiſſet, oportuiſſet eam fieri per vituperationem contrariam laudationi, ſic quod fuiſſet facta diſſolutio locorum cuiuſpiam laudationis, vt in hoc genere fieri debet, quod quia hæc non poſtulauit oratio, ideo confutatio nulla fuit, ſed tota confirmatio dici debet vſque ad concluſionem orationis, quæ ſtatim in fine notabitur,& iſta ſimiliter orationis pars cęſareæ potiſſimum inducitur, vt ſuperior a rebus animi. Nam æquitatem,& lenitatem ſuam cōmemorat,& ſupplicat, vt virtute,& conſilio Rempublicam cōſtituat in ſtatu optimo, vt patet intuenti.

CONCLVSIO.

SED VT VNDE eſt orſa,&cę. Hic eſt concluſio orationis, in qua Cicero eleganter agens gratiarum actiones,& commemorās læticiam ciuium Romanorum,& ſuam pro M. Marcello reſtituto, terminat eo fine, quo debuit iſtam

TOTA HAEC ORATIO EST IN demonſtratiuo genere cõſtituta,& in ea parte qua ſolum in laude verſatur. Nam ſumme laudat hic Cæſarem pro reſtitutione Marcelli, vnde eſt attributa in alicuius certæ perſonæ laudem, propter quod fit, vt demonſtratiuo in genere laudet ſumme Marcellum, vt Cęſaris factum laudabilius videatur tali homine patriæ reſtituto, nec illa pars in qua Cæſarem admonet de cuſtodia,& cura vitæ principale mutat genus cauſæ, omnia enim ad laudem Cæſaris referuntur, vt planum eſt, ſic quod hæc oratio (vt dixi) in demonſtratiuo genere tota eſt,& ſeparati tractata, quod non ſæpe accidere dicit Cicero, demonſtratiuum ſiquidem genus ſæpius in cauſis cũ alijs duob⁹ cõmiſcetur vt ex dictis ſuperius in multis locis apparere poteſt.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

VIDERI POTEST HIC CONſtitutio iuridicialis, cum Cicero laudat hic Cæſarem, quod in reſtituendo Marcellum id clementer fecerit, quod nõ ſolum iure, ſed pie ac ſancte facere debuerit. Notandum tamen quod in huiuſmodi genere vbi controuerſia nulla eſt, non ſic aperte, & facile conſtitutio cauſæ emergit, vt in cauſis apertarum controuerſiarum, quales ſunt iudiciales,& nonnunquam deliberatiuę. Vt enim ait Marcianus in demonſtratiuo genere quemadmodum ſtatus emergat non eſt facile commemoratu.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

orationem,ſcilicet in gratiarum actione. Nam oratio habita fuit pro collato beneficio & populo,& ſibi. Ergo merito poſt laudationem gratias agere debuit vice populi,& vice ſui,quod eleganter hic facit, nec minus quam in arte docuit,in hac oratione eleganter exercuit,nam cũ dicat in arte in hoc genere demonſtratiuo concluſionibus breuibus eſſe vtendum,vſus eſt eis egregie locis aliquibus ibi ſcilicet,quare gaudeo tuo,&c.omitte iſtam queſo,& ibi,quare omnes te qui ſalua hęc,&c.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT VIDEAMVS DE reliqua parte Rhetoricę, videlicet Elocutione,de qua per omnia ſic dicendum,vt eſt ſupra in Pompeiana,& de huius ſimiliter eſt exornationibus perſcrutandum,&c.

COLORES.

NVLLIVS TANTVM FLVmen ingenij,&cæ. Tralatio eſt. Tanta vis. tanta copia,&c. Articulus eſt. Omnes noſtrorum imperatorum &c. Repetitio eſt. Militum virtus, locorũ opportunitas,&c. Articulus eſt. Nihil ſibi ex iſta laude centurio,&c. Repetitio eſt. Tibi cedit,tuam totam ei propriam fatetur,&cętera. Diſſolutum eſt. Nunquam enim temeritas,& cętera. Sententia eſt. Immanitates barbaras,multitudines innumerabiles,&cęte. Articulus eſt. Animum vincere,iracundiam cohibere,&c. Sententia eſt. Aduerſarium nobilitate,ingenio,virtute,&c. Articulus eſt. Clementer,manſuete,iuſte,moderate. Articulus eſt. Toties de maximis tuis beneficijs,&cę. Repetitio eſt. Quæ non modo bona,ſed nimirum audebo,vel ſola dicere, &cætera. Sententia eſt ratione ſubiecta. Sed quis eſt iſte tam demens,&c. Subiectio eſt. Conſtituenda iudicia,reuocanda fides,&c. Articulus eſt. Quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera,&cæ. Tralatio eſt. Omitte iſtam quæſo &c. Diſſolutum eſt. Si quidem gloria eſt,&c. Hic eſt color definitio. Hic enim proprias gloriæ amplectitur poteſtates breuiter & abſolute,conuenit enim cum etymologia. Imperia,prouintias,Rhenum,occeanum,&c. Articulus eſt. Erat autem obſcuritas quædam &cæ. Diſſolutum eſt. Multi dubitabant,quod optimum eſſet,&cæt. Repetitio eſt.

Repetitio eſt. Cum id ſollicitudine,cura,labore, Articulus eſt. Magnis curis,moleſtijs,doloribus,&cę. Articulus eſt.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO. Q. LIGARIO.

QVINTVS LIGARIVS CIVIS Romanus cum G.Conſidio cōſule profectus eſt legatus in Aphricam ante belli ciuilis principiū, Deinde prouincia decedente Conſidio Ligarius præfectus prouinciæ manſit in Aphrica. Poſtea quū bellū exarſiſſet inter Cæſarē,& Pō.Ligarius nullo negotio ſe implicari paſſus eſt(vt dicit Cicero(Nam P.Acci9 Varrus,qui prętor Aphricam obtinuerat,Vticā venit,& arripuit imperium ad clamorem multitudinis imperitæ ad eum facto concurſu,& Ligarius aduentu ſuo quieuit, ſed neceſſitate manſit in Aphrica,quæ prouincia contra Cæſarem tenebatur,ad quā prouinciam bello ardente L.Q. Tubero cum iuſto imperio.ſibi a ſenatu,& forte,vt moris erat,dato, veniſſe eam intrare nō potuit prohibente Ligario,vt adſerebat ipſe Tubero,vnde ad Pompeium iuit in Macedoniam,& apud eum de iniuria quęſtus eſt(vt dicit Cicero) & cum eo fuit in bello ciuili,quo bello finito Cæſar victor Tuberoni & multis alijs patriam reſtituit,ſed Ligarius exulabat,domi manentib9 duobus fratribus Ligarij,qui cum Cæſare ſemper fuerant,& cum Q. Tubero filius L.Tuberonis Ligarium Cæſari accuſauiſſet,quod cōtra Cæſarem fuiſſet in Aphrica,quodque ipſum cum patre ſuo prouincia prohibuiſſet,eum Ligarium Cicero hac inſigni oratiōe defendit,& pro ipſo gratiam Cęſaris nititur impetrare.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC ORATIO EST IN IVDICIALI genere conſtituta.Habet enim hæc cauſa accuſationem cum defenſione.nam accuſatus apud Cæſarem a Tuberone Ligarius,a Cicerone hac oratione defenditur.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVO HABETVR ORATIO.

QVODLIBET GENVS CAVSAE CON
ſtitutionibus tribus abſoluitur. Cōiecturali, legitima, & iu
ridiciali. In omni etei cauſa in qua eſt accuſatio cū defēſio-
ne, aut quod accuſator intendit, defenſor depellit negando
ſimpliciter, & ſic ſtatus in cauſa coniecturali habet locum, aut fatetur
factum, ſed iure factum aſſeuerat, & tunc habet locum iuridicialis, &
quia ſæpe naſcitur a ſcriptura, locum in hac ſibi legitima conſtitutio
vendicauit. Itaque in aliquā harum trium conſtitutionum pręſens o-
ratio ſic oporteret. Eſt autem in iuridiciali conſtitutione, quia in hac
cauſa conceditur factum, hoc eſt Ligarium fuiſſe in Aphrica, ſed an
iniuria Cæſaris factum ſit quæritur, quod aſſeuerat Tubero Cicero
pro Ligario contradicit. Et cum iuridicialis conſtitutio diuidatur in
abſolutam, & adſumptiuam, dicendum quod hæc oratio in parte ad-
ſumptiua conficitur. Eſt enim in cōceſſione, vt apparebit ſtatim, quæ
cōceſſio eſt ſpecies adſumptiuę, ergo eſt in adſumptiua. patet enim ſic
eſſe per adſumptiuę deſcriptionem. Adſumptiua eſt enim pars inquit
Cicero, in qua cum per ſe defenſio infirma eſt, ſed adſumpta extranea
re comprobatur. Adſumitur ſiquidem neceſſitas māſionis, in Aphri
ca ad comprobandam cauſam Ligarij, quæ aliȷ́s pro ſe videri poſſet in
firma apud Cæſarem. cum nititur Cicero per purgationem Ligariū
ipſum defendere, & adſumitur etiam depræcatio pars vnà cōceſſionis
itaque, vt dicebatur, apparet, quod oratio hęc eſt in parte adſumptiua,
quę pars in particulas quatuor eſt diuiſa, videlicet cōceſſionem, remo
tionem criminis, tralationem criminis, & comparationem. Eſt igitur
hæc oratio in aliqua iſtarum conſtituta. Eſt enim in conceſſione quæ
fit quando reus poſtulat ſibi ignoſci. Hoc enim fit obnixe admodum
petit Cicero, vt Ligario ignoſcatur a Cæſare, & cum ſpecies, ſiue parti
cula iſta conceſſio ſubdiuidatur in purgationem, & depræcationem
dicendum eſt, quod hæc oratio ita in cōceſſione verſatur. Nā vt igno-
ſcatur Ligario petitur per ambas partes conceſſionis, purgationem, ſci
licet & deprecationem. Negat enim Cicero in Aphrica fuiſſe
Ligarium conſulto, & ex voluntate, ſed per neceſſitatem vnam,
videlicet partem ſeu locum purgationis, & etiam ſi peccaſſet, & con-
ſulto feciſſet Ligari⁹ quicquid fecit artificioſe poſtulat Cicero, vt Cę

ſar miſereatur

tem habere apud Cæſarem videbatur, contra quem a Ligario retenta Aphrica dicebaſ. Ne igiſ aures Cæſaris offenſi eſſent, puro exordio vtiſ nulla alia ratione firmato, ꝙ narratiōis īpatiētes, & intractabiles incœpit ab his adiumentis orationem ſuper quib⁹ eſt eam potiſſimū fundaturus. Nam, confeſſus eſt ſubito cum ironia crimen deprimēs, quam diuinam ironiam Quintilianus appellat & recte, & ita confeſſus eſt, vt veniam poſtularet, & facilius impetraret a Cæſare. Deinde ad adiumentum aliud ſe conuertit oſtendens ſimile quid cōmiſſum eſſe a L. Tuberone patre Q. Tuberonis qui Q. Ligarium accuſabat & hic Cicero (vt Quintiliano placet) vſus eſt clauſula dicens. Itaque prius de veſtro delicto cōfiteamini neceſſe eſt Ligarij q̄ vllam culpā reprehendatis. Sciebat enim Cicero tantam Cęſaris eſſe clementiam, quod vnuſquiſque qui ſe peccaſſe cōfiteretur, & errati veniam poſtularet, non modo ſuas aures non offenderet, ſed ſibi conciliaret, & veriſimiliter cogitabat tantam illius eſſe iuſticiam, quod pro cauſa eadem non plecteret accuſatum pro qua non fuiſſet ab eo punitus accuſans. Ideo ſic incœpit, vt his duobus adiumentis primum animo Cæſaris confirmato, & ob clementiam, & ob iuſticiam orationem demum ipſe perficeret benignius audiendam, nec in iſto principio alias complexus eſt exordij proprietates, cum eſſet cauſa ſuadente ad exordij ſententiam reuerſurus, vt inferius apparebit.

NARRATIO.

VINTVS IGITVR LIGARIVS, & cætera. Hæc eſt inſignis narratio orationis, quā poſt valida illa duo adiumēta in exordio ſupra ha-
q bitas ponit Cicero, quia enim habet hęc cauſa difficultatem, vt ſuperius dictum eſt, propoſuit exordium taliter firmatum ad cuius exordij erat proprietates alias, & ſententiam reuerſurus. Ipſe enim inquit in arte. Si cauſa noſtra magnam difficultatem videbitur habere, vt nemo ęquo animo principium poſſit audire, a narratione cum incœperimus ad principij ſententiam reuertemur. Tale igitur principium habuit, vt in eo vis quædam confirmatiua animum Cæſaris commoueret, & idcirco cum eſſet tam difficilis & offenſiua vſus eſt in hoc proemio Apoſtropha, & ironia, quibus præceptores multi artis in prooemijs vti vetant. Sed Quin-

tilianus libro quarto oratoriæ inſtitutionis,capitulo de inſinuatione, ita concedit vtendum,ſi cauſę vtilitas poſtulabit,vt in hac cauſa Ligarij poſtulaſſe commemorat,& etiam ipſam narrationē poſtpoſuit ſupra habitis adiumentis,ſuſpicans forte ne parum ipſa probabilis auribus Cęſaris videretur,atque ideo illa duo adiumenta prępoſuit.nam dicit in arte ſi narratio parum probabilis eſt,exordiemur ab aliqua firma argumentatione,& licet iſta adiumenta cauſæ non videantur in exordio per modum argumentationis indici,tamē iuxta materiam & conditionē orationis non videtur inconueniens,quod illamet de ipſis fiat cōſideratio,quę fieret de argumētatiōe directa deducta.Sūt ei ad perſuadendum efficatia,& ponuntur in cōfirmatione firmiſſima orationis iſtius,itaque quāquam poſtulatio venię non ſit in argumentū, tamen eſt firmiſſimum adiumentum,quod eſt in hac cauſa valde efficax,ad quam cauſam magna ex arte adducitur deprecatio, & quāquā etiam de per ſe non poſſit videri bonum argumentum alterius culpæ reprehenſio,quia qui accuſat alterum ,innocentiam ſuam non probat, ſed,alienum detegit crimen,tamen eſt argumentum ad hominem, & in hac cauſa bonum adiumentum. Vnde apparet quod id quod de firmiſſima argumentatione pręponēda docet Cicero,cum in arte loquitur de diſpoſitione referri debet ad hęc etiam adiumenta,quæ hic eadē ratione ante omnia collocantur,qua ratione docet ibi argumētationē firmiſſimam collocari,ſed vt ad narrationem de qua hic agitur veniamus,dicendum quod narratio iſta valde nobiliter & artificioſe confecta eſt,exponendo enim rem geſtam,hoc eſt profectionem,& manſionem.Q.Ligarij in Aphrica vnunquodque(vt vide)trahit ad vtilitatem ſuam cauſa vincendi,hoc eſt ſuum propoſitum obtinēdi,quod in cauſa deprecatoria vincere eſt. Et narratio breuis eſt dilucida & veriſimilis.breuis primo quia vnde neceſſe eſt incipit narrare,incipit ſiquidem a profectione Ligarij tempore non ſuſpecto, vt profectio illa non videatur auribus Cæſaris odioſa, & ſic vt clare patet non ab vltimo initio repetens ſummatim narrrauit vſque quo opus erat profectus vſque ſcilicet ad aduentum Accij varij,& quietem Ligarij,vt Cęſari notum fiat alio obtinente imperium Aphricę a tumultu.& bello contra ipſum Cæſarem quieuiſſe Ligarium, nec tranſitionibus vtitur, nec deerrat ab eo quod inceperit exponere, & omnia certe quæ proſint cauſæ aperit, & præterit inutilia. Dilucida autem eſt. Nam vt quicquid primo geſtum eſt,exponit,primo, videlicet profectionem. Deinde manſionem & cauſam

ſam manſionis deinde repentinum metum belli ciuilis, deinde in eo ſtatu rerum voluntatem Ligarij ad redeundum, deinde aduentum va rij & concurſum gentium ad eum. Deinde Ligarij quietem a rebus tu multuoſis, & rerum ac temporum ordinem ſeruat iſta narratio, ita ex plicans res, vt geſtæ ſunt non contortæ, aut aliqualiter vicioſæ, nec in aliam tranſit rem, nec ab vltimo repetit, nec lõge proſequitur, nec pre terit pertinẽtia, & breuis eſt, Vnde fit dilucida. Veriſimilis autem eſt quia dicit, vt mos poſtulat. Mos enim erat, vt legati cum cõſulibus in prouincias irent, vt iuit Ligarius, vnde narratio rei amore non abhor ret. Et cum Quintilianus libro quarto oratoriæ inſtitutionis capitu lo de narratione nos doceat inſerere expoſitioni narrationem breuem re poſcente, & factorum rationem ad veriſimilitudinem ad augendũ. Videamus hoc eſſe in iſta narratiõe a Cicerone ſeruatum, nam (vt ad ſerit ipſe Quintilianus) rei ordo per ſe talis eſt. Ligarius legatus conſi dio profectus eſt, & cætera. Quid ergo M. Tullius Quintus Ligarius cum eſſet nulla belli ſuſpitio legatus in Aphricam conſidio profect⁹ eſt, & alibi non modo ad bellum, ſed ne ad miſericordiã quidẽ ſuſpitio nem belli & cætera. Et cum eſſet iudicaturus ſatis quod Ligarius nul lo ſe implicari negocio paſſus eſt, adiecit domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens. Ita exponebat, & ratione fecit credibile, & effectibus quoque impleuit, & ſpacia temporum congruunt, vt veriſimilis ſit ra tione temporum, & profectio in prouinciam, & in ea manſio neceſſa ria, & conſtat hic perſonæ Ligarij dignitas, qua factum eſt, vt ſatiſfie ri non poſſet prouincialibus, niſi poſt cõſidium Ligarius permaneret in Aphrica, ſimulque conſtat ratione conſiliorum Ligarij, & cætero rũ qui in hac narratione nominãtur. Itaque vndequaque veriſimilis eſt. vſus eſt etiam Cicero in hac breui narratione cõmunicatione, quæ non inutilis eſt in parte narrationis extrema, quando ſcilicet in longũ exegerit ordo rerum, vt ait Quintilianus libro quarto oratoriæ inſti tutionis, capitulo de narratione, hic autem & ſi non eſſet longa rerum expoſitio vſus eſt tamen in parte in illa vltima narrationis adhuc G. Cæſar. Qu. Ligarius omni culpa caret, domo eſt egreſſus, non modo vllũ ad bellum, ſed ne ad miſericordiã quidẽ ſuſpitionẽ belli & ce. Et nota quod hæc commonitio ſapit Epilogi naturam, vt conſideran ti patere poteſt.

CONFIRMATIO.

AA.ij. An ſi ille

AN SI ILLE POTVISSET, &cæ. Hæc eſt confirmatio quam immediate poſt narrationem collocauit. Narrato enim nego=tio, vt ſcilicet Ligarius iuit, & mãſit in prouincia, & profectione & manſione in extrema cõmonitione purgatis, & ſic Cæſaris animo con=ciliato, Cum ei liquido fuerit oſtenſum prius in narratione comprehenſa Ligarium non contra ſe, non conſulto prouinciam tenuiſſe. Incipit narratam manſionis neceſſitatem confirmare per coniecturas. Cum dicit nunquid ſi ille euadere potuiſſet vticæ potius quam Romæ, cum P. Actio quam cum concordiſſimis fratribus, cum alienis eſſe, quam cum ſuis maluiſſet? quaſi dicat non maluiſſet, & hic per coniecturalem locum ita arguit neceſſitatem re=manendi incubuiſſe Ligario, docet enim in arte ſuſpitiones ex conſti=tutione coniecturali trahi, vt per eas ſignificetur, an aliquid neceſ=ſario factum ſit an cõſulto. Et ne forte argui poſſet ſua culpa Ligariũ in hanc manendi neceſſitatem incidiſſe, ante monſtrauit profectionẽ non fuiſſe culpabilem, quia non turpem, ex qua profectione ſecuta eſt neceſſitas manſionis. Et nota quod non fuit opus diuiſione in hac oratione, quia non enumerant de quot, nec exponẽdo de quibus eſſet hic acturus, eo quod conſtabat per accuſatorem Tuberonẽ apta iam ipſiꝰ cauſæ ſubſtantia, vnde non habuit locum expoſitio pars vna diuiſio=nis, & etiam in extrema parte narrationis admonitio, videlicet de parte in partem abſoluit narratam cauſam, eam purgando per tempora vt patet in litera orationis, & confutando reſpondet etiam de parte in partem, vnde ablata fuit enumerandi neceſſitas, quæ magis videtur accuſanti conuenire quam defendenti, patefecit enim accuſatio certa veſtigia defenſori, quibus ſibi eſt inſiſtendum. vnde raro ſibi neceſſaria fit determinatio per expoſitionem, vel enumerationem, nec ea diuiſionis parte fuit opus quæ aperiret, quid cum aduerſario conueniret, & quid in controuerſia linqueretur, quia vnum tantum cõueniebat, mãſio ſcilicet Ligarij in Aphrica, quam manſionem in principio oratio=nis Cicero fuit cõfeſſus, cætera vero in quibus aduerſatur Cicero Tuberoni particulatim diſſoluit, vt patet in litera orationis.

CONCLVSIO CONFIR=MATIONIS.

Nullum

NVLLVM IGITVR HABES, &cætera. Hæc breuiſſima cõcluſio cõfirmationis breuiter pertractate, vt patet.

EXORDII SENTENTIA:

CVIVS ERGO CAVSAM, &c. Cũ Cicero ſummus orator in principio collocarit duo cauſæ adiumẽta fortiſſima, Et deinde narrauerit ad commodum cauſæ omnia contrahẽdo, & demum pernarrata breuiter cõfirmauit. Nunc antequam veniret ad confutationem in qua ſciebat magnam vim cauſę contineri. Nã cum ipſe dicat in arte totam ſpem vincendi rationemque perſuadendi poſitam eſſe in cõfirmatione, & confutatione, maxime in confutãdo poni debet tota vis, & potentia defenſoris. Antequam ergo ad partem hanc laborioſam veniret, vt dixi, voluit per exordij proprietatẽ ſibi beneuolum Cæſarem comparare. Itaque reuerſus eſt ad exordij ſententiam, quia id non modicum ſibi commodum iudicauit. Et nota quod huius cauſæ genus dubium eſt, quia cauſa partem habet honeſtatis, tum ratione perſonæ Ligarij, tum ratione facti. Nam cauſa perfectionis ſuæ fuit honeſtas, & manſionis, etiam honeſta neceſſitas. Et contra quodammodo dici poteſt hanc cauſam partem turpitudinis continere, licet non ſimpliciter, tamen reſpectiue ad Cæſarem, quem offendiſſe videbatur in prouincia ſibi inimica, cum aduerſarijs permanendo. Omne enim quod in aliqua cauſa animum auditoris offendit, poteſt quodãmodo turpitudo in cauſa illa dici. Etenim ad hoc ſolum turpitudo facit dubium genus cauſæ, quia offendit animum quem ſibi oppoſita honeſtas valde conciliat. Eſt itaque in hac cauſa, tam quod offendat Cæſarem manſio ſcilicet Ligarij in prouincia ſibi infeſta. Eſt item quod conciliet ſcilicet profectionis honeſta cauſa, & neceſſitas mãſionis. dubium igitur, vt dixi genus eſt cauſæ. ideo ne pars illa offendens ſibi poſſet obeſſe auditoris animum alienando egregie Cicero per hanc exordij proprietatem Cæſaris beneuolentiã captare ſumma arte conatus eſt. Captat enim a perſona Cæſaris auditoris in principijs ſuam admirabilem clementiam cum exclamatione

matione extollendo,per quam clemētiam dici ſe poſſe defendere aliū
non feciſſe,quod ipſemet confitetur feciſſe.Hæc eſt in voluntate ad-
uerſa Cæſaris perſtitiſſe. Captat etiam lucem liberalitatis ,& ſapien-
tiæ Cæſareæ demonſtrando cum clariſſime confitetur ſe fuiſſe con-
tra Cæſarem iudicio & voluntate,& hoc facit magno cum artificio,
vt cum confeſſus fuerit ſe voluntate offendiſſe Cæſarem magis cle-
mentiam,& manſuetudinem Cæſaris videatur extollere . Vt enim
ait Quintilianus oratoriæ inſtitutionis libro nono capitulo de figuris
ſententiarum,cum dicit Cicero pro Ligario ſuſcępto bello Cæſar ge-
ſto iam ex parte magna nulla vi coactus ad ea arma profectus ſuum,
quæ erant ſumpta contra te,non ſolum ad vtilitatem Ligarij reſpicit,
ſed magis laudare victoris clementiam non poteſt. hæc Quintilian⁹,
& recte ſic eſt ſignificando pręſertim poſtea nullam ſibi pœnam a vi-
ctore Cæſare datam eſſe,immo ſibi vitam,& patriam cum honore,&
dignitate integre reſtitutam,quo loco dicens apud quem igitur hæc di
co apud eum & cætera,vtitur figura interrogationis ad ſe ipſum,& re-
ſponſionis,vbi non ingratę vices ſolent eſſe,vt placet Quintiliano.
Itaque captat egregie beneuolentiam illius de ſe manſuetum magni-
ficumque iudicium proferendo. Tacite etiam inuit quæ expectatio
debet eſſe,& quæ exiſtimatio iudicij in cauſa pręſenti,quando Ligari⁹
non offendit ex voluntate cum fuerit tam manſuetum,tamque muni
ficum Cæſaris iudicium erga Ciceronem,qui Cęſarem offenderat ex
ſententia.

CONFVTATIO.

VIDE QVAESO TVBERO, &c. Hic
Cicero ad Tuberonem conuerſus incipit ſuam ac-
cuſationē ſolemniter confutare,& incipit hęc pars
ab illo adiumento fortiſſimo in prima parte orati-
onis tacto. Oſtendit enim ipſum Tuberonem ac-
cuſationē,& ipſius partem eadem contra Cæſarē,
& peiora feciſſe quam Ligarium,& tamen petere,
vt Ligarius puniatur quod debet magnum incon-
ueniens,& vt facinus Tuberonis extollat magis vtitur hoc loco am-
plificatione,quæ per congeriem fit dicens. Quid enim tuus ille Tu
bero diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat,cuius lat⁹ ille mucro
petebatur,qui ſenſus erat armorum tuorum,quæ tua mens,oculi,ma-
nus,ardor animi. Quid cupiebas,ac etiam vt Quintiliano placet ora-
toriæ inſtitutionis

toriæ inſtitutionis libro quarto capitulo, de figuris ſententiarum, hic eſt interrogatio figurata ſciſcitandi gratia adſumpta, ſed inſtandi. Simulque hic Cicero eſt vſus apoſtrophe aduerſarium inuadendo. dein de confutans ibi improperat ſuam crudelitatem, quam odioſam Cęſari eſſe monſtrat. Eſt enim oratoris boni non ſolum in refutatione, vt hic Cicero, ſed in toto actionis genere contra crudelitatem inuehere. hęc autem Ciceronem feciſſe hic agentem cōtra Tuberonis inhumanitatem Quintilianus ait libro quinto oratoriæ inſtitutionis capitulo de refutatione. Deinde confutat nomen ſceleris ab aduerſario culpæ, & facto Ligarij impoſitum, oſtendendo quod non debeat ſcelus appellari, & vtcunque ſit in eo ipſo, vel ſcelere, vel culpa fuerit Tubero tranſit inde ad ſpecialiora obiecta Ligario a Tuberone. Et quia iſta defenſio Ligarij in iuridiciali adſumptiua conſtitutione, & in cōceſſione propter purgationem ex parte neceſſitatis fit pro parte vna, & pro altera fit per deprecationem, vt inferius apparebit. Videam⁹ quam bene ſeruauit, & conſiderauit Cicero in parte iſta neceſſitatis, quod in arte docuit ſimili in caſu eſſe conſiderandum. Docet enim eſſe quærendum quomodo vis illa ſiue neceſſitas vitari potuerit, quod hic quærit egregie cum comparat factum. Qu. Ligarij cum facto L. Tuberonis patris. Qu. Tuberonis accuſantis oſtendens quod id quod fecit Tubero, quando ſcilicet iuit in Aphricam fecit ex voluntate eo quod ſenatui paruit, quando non erat periculum non parere, quod vero Ligarius fecit, ex neceſſitate fecit, Eo quod ipſe ſenatui paruit, quando parere erat neceſſe, tamen laudat obedientiam etiam Tuberonis eo tempore, vt fortius excuſare, & etiam commendare intelligatur obedientiam Qu. Ligarij alio tempore. Et vt Ligarius reprehendi non poſſit de eo propter quod eſt Tubero comendandus, ac etiam vt videatur maior Ligarium neceſſitas obligaſſe, oſtēdit etiam Tuberonem aliquali neceſſitate contra ſuam voluntatem fuiſſe commotum, propter ſanctiſſimum Rei publici nomen, & cętera. Sic vt in illam neceſſitatem Ligarius non veniſſe ſua culpa intelligatur, cum fuerit virtus obedire ſenatui. deinde explicato facto Tuberonis a Ligario crimen remouet voluntatis oſtendens quod ſi fuit crimen in volūtate Ligarij, fuit etiā in voluntate Tuberonis, quam ex ipſius actione criminatur ſumma cum arte, vt enim Quintilianus artificis eſt inuenire in actione aduerſarij, quæ inter ſemetipſa pugnent, aut pugnare videantur, quę aliquādo ex rebus ipſis manifeſta ſunt, vt in cauſa Celiana Clodia aurum ſe Celio commodaſſe dicit, quod ſignum magnæ familiaritatis eſt, venenum ſibi paratum ſummi odij argumētum eſt. Tubero Ligarium accuſat quod is in Aphrica fuerit. Et quæritur quod ab eo tempore in

Aphricam non ſit admiſſus. Hæc Quintilianus,& recte obtinere ſe
quidem eam voluit prouinciam Tubero. Quantum tamen iure im-
perij non voluit obtinere Ligarius,ſed Varus,qui ſe pro vero Impera-
tore geſſit in Aphrica. Et ſic in Ligario non fuiſſe criminoſa monſtra
tur voluntas,ſed ſola neceſſitas. Deinde confutat reſponſionem, quæ
poſſet fieri a Tuberone,poſſet enim dicere quod ipſe non veniebat in
Aphricam,vt eſſet contra Cæſarem,ſed vt traderet prouinciam Cæ-
ſari,hoc ſibi tollit Cicero,& artificioſe per ea quæ ſunt ab eo geſta con
cludit Tuberonem hoc non fuiſſe facturum,vt poteſt apparere per ar
gumenta Ciceronis ad hoc deducta magna cum arte,& ingenio.

DEPRECATIO.

ITA VNDE TIBI, &cę. Cum Cice-
ro fuerit vſus confirmãdo, cõfutando,in hac
oratione vna parte conceſſionis,quæ eſt pur-
gatio. Nunc ad reliquam ſe conuertit,quę de
precatio nominať. Quæ licet (vt ait Cicero)
iudicialis fieri non poſſit,tamen hic in iudi-
ciali genere inducitur,ſed notãdum quod pu
ra deprecatio de per ſe iudicialis proprie eſſe
non poteſt,quia deprecari proprie non eſt de-
fendere,& ſine defenſione genꝰ iudiciale non
fit. Habet enim ipſum accuſationem cum defenſione,præterea nõ iu-
dicis,qui proprius eſt auditor in cauſa iudiciali depræcatione moueri
& ſic non poteſt intendi finis oratoris ex ipſa deprecatione apud iudi-
cem,& ita intelligendum eſt,quod deprecatio iudicialis eſſe non po-
teſt,ſcilicet pura de per ſe,tamen adiuncta cum alia defenſione mere
iudiciali,vt & pura purgatione in iudiciali etiam cauſa,tractatur de-
precatio. Et tunc illa cõfeſſio culpæ quę pręſupponiť in depręcatione
fit conditionalis,vt ſi primo purgando dixeris,non peccaui, quia per
neceſſitatem hoc feci. Deinde ſubiungas,& tamen ſi ex volũtate pec-
caſſem,veniam peto,& ores poſtea,vt debet orari in deprecatione. Et
ſic fit in iſta oratione iudiciali in qua etiam vberior deprecatio indu-
ci potuit,quia cauſa apud principem agebatur,nec ex lege iudicanda
per ſubditum legis,vt eſt merus iudex,& dico merus ad differentiam
eius,qui iudicis,& principis locum tenet. Sentit hoc etiam Quintilia
nus oratoriæ inſtitutionis libro quinto de refutatione dicens,depreca-
tio quidem

tio quidem,quæ eſt ſine vlla ſpecie defenſiōis rara admodum,& apud eos ſolos iudices,qui nulla certa pronunciandi forma tenentur, quanquam illę quoque apud Gn. Cæſarem,& Triumuiros,pro diuerſarū partium hominibus actiones,etiam ſi precibus vtuntur,adhibent tamen patrocinia,niſi hoc non fortiſſime defendentis eſt dicere,quid aliud egimus Tubero niſi vt quod hic poteſt nos poſſemus,&cætera. Ecce quomodo vult eſſe hic deprecationem cum defenſione coniunctam,illa ſiquidem ſententia,vt Quintilianus ait libro nono de oratoria inſtitutione capitulo de figuris ſentētiarum , admirabiliter vtriuſque partis facit bonam cauſam. Cicero itaque defendit Ligarium in hac cauſa per purgationem oſtendendo,quod id quod fecit, neceſſario fecit,& vtitur ſimul deprecatione cum Cæſaris clementiam deprecatur,vt adhuc ſi Ligarius feciſſet ex voluntate,quod fecit per locos deprecationis dignum oſtendat venia.Itaque adſerit nūc ſe omnia velle referri ad ſummam vnam ſcilicet clementiæ,& miſericordię Cæſaris quod dictum quantum ad ſententiam primo fuit in orationis principio collocatum tanquam vnum fortiſſimum adiumētum,in quo hęc oratio nitteretur,valde ſiquidem nititur hæc oratio in venię petitione & poſt purgationem in deprecatione,vt appareat ſpecialiter in ea parte in qua oſtendit ſe non agere apud Cæſarem tanquam apud iudicem ſed tanquam apud parentem,& tamen colligit adiumenta, quæ valerent etiam apud iudicem,per ea monſtrans innocentiam Ligarij,& quaſi non velit curare de ipſis tendit ad deprecationem cui ſtudēs,vt vides,fatendo,& veniam poſtulando,& quantum poteſt Cæſarem ad miſericordiā cōmouendo,quę miſericordia quoniam potiſſimū commouetur hac oratione,vt Cicero inquit in arte quando aperitur quid proximis,& cęteris noſtris neceſſarijs caſurum ſit, per noſtras calamitates,ideo nunc oſtendit in quanta miſeria futuri ſint,& quanto nunc ſquallore teneātur multi.Qu.Ligarij neceſſarij propter ipſius exiliū. & quomodo duo eius fratres exulaturi ſunt exulante Ligario,& quomodo hi qui pro ipſo deprecantur ſint nobiles & probi, & quanto,& quam iuſto dolore moueantur,quæ omnia multum valent ad miſericordiā cōmouēdam,& cum fuerit Cicero confeſſus,vt haberet miſericordiam deprecatur ne in pura conditione aliqua perſiſteret, ſed vt conditionaliter fateretur,quod fiendum eſt quando adiūcta deprecatio purgationi,vt ſupra dixi.oſtendit iterum Ligarium tempeſtate, & vi quadam a Cæſare diſſenſiſſe,& demonſtrat propter tantam fratrum illorum concordiam ſi potuiſſet futurum fuiſſe cum Cæſare cū quo reliqui fratres fuerunt,nec per hoc curat regredi ad purgationem iam a neceſſitate tractatam. Sed vult ex hoc deſcendere ad confeſſio

nem illam

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELIqua parte Rhetoricæ videlicet orationis Elocutione videamus, de qua plane per omnia ſic dicēdum vt ſupra eſt dictum in Pompeiana, & de huius ſimiliter eſt exornationibus perſcrutandum.

COLORES.

QVI CVM HOC SCIRET TVM me &cætera. Repetitio eſt. Quæ tua mens oculi manus ardor. Articulus eſt. Item amplificatio per congeriem iuxta Quintiliani ſententiam. Italia prohibetur exulat &cæ. Diſſolutum eſt. Noui enim te, noui patrem, noui domum, &cæ. Repetitio eſt. Item diſſolutum. Virtutis humanitatis doctrinæ &cætera. Articulus eſt, Caue credas, caue ignoſcas, &cæte. Repetitio eſt. Item diſſolutum eſt. Caue credas fuit in Aphrica Ligarius tulit arma contra te diſſolutum eſt. Spem, cupiditatē, odiū, pertinaciam, &cætera. Hic eſt articulus. Fuerint cupidi, fuerint pertinaces, &cæ. Diſſolutum eſt. Item repetitio. Furoris paricidij &cæ. Articulus eſt. Liceat Cneo Pompeio mortuo, &cętera. Diſſolutum eſt. Item repetitio. Veſtro generi familiæ diſciplinæ, &cætera. Articulus eſt. Aliena voluntas conuentus firmi, & cætera. Articulus eſt. Ceſſit authoritati ampliſſimi viri, & cætera. Diſſolutum eſt.

Quæ fuit igitur in illo homine tanta conſtantia? Dico cōſtantiam. Neſcio an melius patientiam poſſem dicere, & cętera. Dubitatio eſt Nobilitas, ſplendor, ingenium, &cætera. Articulus eſt. Nunc quæro vtrum veſtras iniurias an Rei Publicę perſequamini, ſi veſtras &c. Diuiſio eſt. Ignoſcite iudices errauit lapſus eſt. Articulus eſt. Non fecit non cogitauit, &cętera. Diſſolutum eſt. Die te Cæſar de facto Ligarij, &cętera. Diſſolutum eſt. Ligarius ante bellum profectus, &cætera. Articulus eſt. Tam & ſi totus animo, & ſtudio dirus, &cę. Preciſio eſt. Conuenit cū Eclipſi figura, & cum Liptote, & cum Apoſioposi, cum qua etiam cōuenit ſignificatio per abſciſionem. Errauit, temerarie fecit, pœnitet, &cętera. Diſſolutum eſt. An ſperandi Ligario cauſa non ſit, &cętera. Contrarium eſt. Totumque agrum ſabinum, &cętera. Denominatio eſt continens pro contento. Item articulus pro ſequentia. Quam patria, quam domus, quam dij penates, &cętera.

&cætera. Repetitio eſt. Moueant te horum lachrymæ,& cętera. Diſſolutum eſt, Hunc ſplendorem, hunc L,Marcum,& cętera. Articulus eſt. Sed ierit ad bellum, diſſenſerit,& cętera. Diſſolutum eſt Nihil eſt tam populare quam bonitas,& cętera, ſententia eſt ad rem tātum relata, vt ait Quintilianus. Homines ad deos nulla re propius accedunt quam ſalutem hominibus dando,&c. Sententia eſt. Nihil habet, nec fortuna tua maius, quam vt poſſis, nec natura melius, quam vt velis conſeruare quāplurimos, Sententia eſt ad perſonam verſa.

Nam hic Cicero quæ erant rerum propria fecit hominibus, vt ait Quintilianus.

ARGVMENTVM ORATIO-NIS PRO REGE DEIOTARO.

DEIOTARVS REX AMICISSImus populo Romano bello ciuili cum Pompeio fuit. Et poſt pugnam Pharſalicā ſe cōtulit domū atque deinde G. Cæſari bella gerenti ſubſidia adminiſtrauit. Quare ab ipſo Cæſare relictus Rex fuit in regno ſuo aliquantulum ab eo, quia ſibi Pōpeium in amicitia prętuliſſet, rerum ſuarum parte mulctatus. Is Deiotarus poſtmodum per Philippum medicum ſeruum ſuum (quem Romam cum legatis ſuis miſerat) accuſatus eſt Cæſari, quia cum ipſe Cęſar diuerſaretur in hoſpitio apud Deiotarum in caſtello Luceio eum rex interficere pręparauit. collocatis primo armatis in loco vbi erat regia dona daturus Cæſari. Deinde iterum collocatis armatis in balneo & locatis tentoribus cum Cæſar ire recuſauiſſet, dicitur ab accuſatore non voluntate Deiotari, ſed ſua fortuna eſſe ſeruatus. Etiam accuſatus eſt Deiotarus ab eodem, quod fuiſſet ſemper aduerſus Cæſarem animo impio atque alieno, quodque exercitum contra ipſum comparauiſſet, quodque nuncios ad Celium quendam inimicum Cęſaris deſtinare voluiſſet, quodque Equites nō bonos Cæſari miſiſſet, & in his ſeruum quendā iudicatum, quod que bello Aphricano audiens Domitium periſſe naufragio Cæſarem obſideri verſum Græcum dixiſſet dirę, & ſuſpecte ſententiæ, quodque præ illa lętitia vino obrutus in conuiuio ſaltauiſſet, quodque Bleſan-

nus legatus,& amicus regius regi ſcripſiſſet probra de Cæſare,has accuſationes Philippus ille ſeruus,& medicus fecit contra Deiotarum dominum ſuum,vt dicit hic Cicero corruptus & ſubornatus a Caſtore quodam adoleſcēte nepote Deiotari eius ex filia nato,& auo ſuo inimiciſſimo,contra quas accuſationes,& ſuppoſitiones inductas Cicero coram Cæſare hanc orationem habuit.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC EST IN IVRIDICIALI genere conſtituta,habet enim hæc cauſa accuſationem,cum defenſione.accuſatus enim Deiotarus a Philippo quod propter inſidias G. Cęſarem necare voluiſſet,hac egregia oratione apud ipſum Cęſarem a Cicerone defenditur,de demonſtratiuo quod incidit dicendum,vt ſupra in alijs orationibus dictum eſt.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC ORATIO IN CONIECTVRALI conſtitutione conficitur.Patet enim ex contextu,& ſerie orationis accuſatoris intētio.Iſta videlicet,Cæſarem occidere voluiſti,fuiſti cōtra Cæſarem animo impio,atque alieno &cætera.& ſic de alijs cæteris accuſationis partibus dicēdū,quod ſint ſimpliciter negatę,vt patet,in litera oratiōis,vnde cōſtitutio cauſę cōiecturalis eſt.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE ,MEMORIA, & pronunciatione hic dicendum,vt ſupra in Pōpeiana dictum eſt.Diſpoſitio vero in partib⁹ orationis hic nō ab inſtitutione artis profecta,ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accōmodata eſt. Poſito enim exordio,narrationem quādam ponit antefactorum regis Deiotari,& ſimul antefacta purgando in fine huiuſce narrationis, proponit breuiter cauſam qua arguit in præſens,deinde confirmat,poſt cōfutat,poſt diuidit quę purganda reſtant,poſtea purgat & confutat,poſt extenuat antiquam ſuſpitionem quæ poſſet in mente Cæſaris reſidere. Poſt adducens aliqua argumenta concludit,vt apparebit iſta ſingulariter conſiderando, & omnia ſecundum artem hoc ordine mirabiliter collocata.

DE PARTIBVS ORATIONIS

EXORDIVM.

CVM IN OMNIBVS CAVSIS grauioribus,&cę.Hic incipit oratio,& orationis exordium, in quo eſt cōſiderandum,quod cum huius cauſæ dubium genus eſſet,vt quia foret turpis accuſatio, ſed accuſati ſingularis honeſtas,quod quodammodo in hac cauſa turpitudo accuſatiōis,cum accuſati honeſtate pugnaret,vnde redditur dubium gen⁹ cauſę,maxime opus fuit,vt orator beneuolentiam caperet auditoris,ne quid illa turpitudinis pars ſibi poſſet obeſſe,quæ quidem pars cum in omni cauſa maxime obeſſe poſſit,tum plurimum in hac cauſa, in qua erat auditor iudex, is contra quem inſidiæ factæ dicebantur. Quapropter ne perſiſteret animo alienato propter accuſationem turpem ſummo ſtudio fuit Cæſar ad beneuolentiam reuocandus. Itaque ſi cuiquam longiuſculum hoc videatur exordium,nō miretur,aut damnet. Nam,vt ait Quintilianus lianus,modus in principijs adhibendus eſt pro conditione cauſarum, quia breue principium ſimplices, longius perplexæ ſuſpectæque, & infames deſiderant, lector peritus ergo conſideret potius quanta arte, quanto ingenio vtendum fuit in cauſa præſenti,in qua

ti,in qua de inſidijs contra Cæſarē agebatur. Cicero parti ſuæ beneuolum Cæſarem compararet quod elegātiſſime facit. Nihil enim omittit ex hís quę poſſint,ne dum homines alienatos a nobis,ſed lapideos prorſus ac ferreos ad beneuolētiam commouere. Captat quidem hic beneuolentiam a perſona Cæſaris auditoris,& a perſona Deiotari,a perſona aduerſariorum ipſos in odium,inuidiam, & contemptionem adducendo. Arte autem ipſa in hoc exordio beneuolum ſibi Cęſarem facere non poterat. Nam res ipſa,& cauſa per ſe ipſam conſiderata,potius ſibi alienum reddebat pręſertim antequam eſſe veris,aut probabilibus rationibus confutata , quod nondum in exordio factum erat ſed ipſa re,& cauſa beneuolentiam poſt captauit quam cito potuit. prima videlicet particula confirmationis breuiſſime abſoluta,cum incipit rationes aduerſariorum confutare vbi ait. En crimē,en cauſa. Cur regem fugitiuus,dominum ſeruus accuſat &cę. Ibi enim aduerſariorum cauſam per contemptionem deprimendo beneuolētiā a re captat nec enim conuenit eam captari alia in parte quam in exordio. Nam licet attentos, dociles,& beneuolos facere effectus ſint magis conuenientes exordio,poſſunt tamē immo debēt in qualibet alia parte orationis re id permittente,comparari,vt vult Cicero, Quintilianus, & alij,qui de arte oratoria rite ſentiūt, ſed vt ſequamur quod incœpim⁹ captat eleganter Cicero beneuolentiam a perſona Cæſaris, cum dicit rem inſolitam,inauditam,regem ſcilicet eſſe rꝑum capitis in ſuo duntaxat periculo ſic eſſe inquam,per hoc enim occulte Cæſarem ſuper cęteros homines magnificat,cum oſtendit in ſuo non ſolum periculo licere,quod alias non liceret. Item cum dicit ſe timore iuſto ex conſideratione ſuę præſtantis ſingulariſque naturę liberari,quod enim per ſe conſideratum graue ſit iniquum dicere,ſcilicet apud eum de facinore contra quem arguatur facinus eſſe factum per Cæſaris patientiam fieri dicit ęquiſſimum. Item cum dicit ſe tantū timere quid ſit de Deiotaro iudicaturus,quam intelligere,quid vellet de ſe ipſo iudicari. Apparet enim hic,quæ expectatio iudicij Cæſarei ſit, & quæ ſit exiſtimatio de Cęſarea voluntate. Item cum dicit ſe in vultu oculiſque eius acqeſcere,quū ſolus ipſe Cęſar ſuppleat defectū cōcurſus populi Romani,& vn⁹ ipſe pro vniuerſo populo ſatis ſit. Item cum per fidem, conſtātiam,atque clementiam ſuam implorat,& per dexteram ſuam, non tā in prælijs,quam in promiſſis,& fide firmiorem. Item cum dicit eum ſolere facile & ſemel exorari,nec vllum inimicum eum placaſſe,qui ſenſerit poſtea in animo eius ſimultatis reliquias reſediſſe,

ſic in hoc exordio beneuolentiam captare ſtudet Cicero a perſona Cæſaris,& cum nos Cicero in arte doceat beneuolentiam a noſtra perſona captare,intelligamus cõtineri perſonam illius pro quo oratur ſub oratoris perſona,ſic quod præcepta eadem in vtraque perſona ſumenda ſint. Hoc tamen ſciendum quod eorum pro quibus dicimus debeamus vberius laudare,vel facta,vel vitam. Perſonarũ vero rerũq; laudatio moderate tractanda eſt. Itaque cum modo captat beneuolentiã a perſona Deiotari,his idem vſus eſt modis quos inſtituit in arte ſeruandos, cũ a noſtra perſona eſſemus beneuolentiã capturi. Captat enim primo,cum officia regis in rem publicam dicit eſſe collocata,eũ que ob merita illa aſſuetum ornari a cũcto ſenatu,& cum hoc ſtatim profert incommodum ſuum,vt hic ſcilicet talis rex modo neceſſitatẽ habeat defenſoris contra crimen atrociſſimum. Item cum dicit omnes ciues ſi in foro diceret illi regi eſſe fautores,qui in bellis Romanis ſuam conſumpſit ætatem. Item cum dicit ſibi recordanti beneficiorum deorum immortalium,& ſenatus in regẽ deiotarũ nullo modo orationem poſſe deficere. Item cum incommoda regis profert oſtẽdens eum eſſe adfectum nonnullis incommodis & detrimentis propter offenſionem animi Cęſaris. Et hac ſpe fretus inimicos regis eum accuſare. Item cum Cæſarem deprecatur ſummiſſe pro rege Deiotaro,& hoſpicij ſanctiſſime celebrati cum eo memorem facit. A perſona autem aduerſariorum beneuolentiam captat,adducendo ipſos in odium,cum eorum crudelitatem,& impietatem exprobrando commemorat,& cum maliciam corrupti ſerui confidẽtiamque inſidioſam, atque improbam eorum ſignificat. Item in inuidiam adducẽdo cum oſtendit eos plus in Cæſaris ira,& ſua cum illo amicitia,quam cauſæ veritati confidere. Item in contemptum adducendo cum eos dicit non valere,neque ingenio,neque vſu,neque exercitatione rerum,& cum ſibi vilitatem conditionis ſeruilis improperat. Sic exordium hoc conficit Cicero ingenio,atque arte mirabili,multaque in eo ſunt vt in aliijs ab illo eloquentiæ fonte manantibus,quę clarius intellectu percipere poſſumus,quam exprimere per ſermonem,omnia enim apud eũ plena ſunt artis,& illius ſuæ dicendi inæſtimabilis facultatis.

NARRATIO.

Quanquam

QVANQVAM CVI SVNT INauditæ,& cætera. In hac oratione in qua negatur factum, opus nulla narratione defendenti fuit. Et exordio poſito potuit aut diuidere, aut confirmare aut confutare. Nam illa narratio quæ aperit cauſæ ſubſtantiam accuſanti magis eſt propria, quam poſitam ab accuſatore non debet orator idoneus in defenſione repetere, faciẽs de ipſa vnam ſeparatam partem orationis, ſed decet per ſingulos locos ire diluendo quæ ab aduerſarijs ſunt narrata, eamque cauſæ narrationẽ particulatim explicare confirmãdo, aut confutando, quo facto inueniſſe orator expreſſiſſeq; totã narrationis ſeriem, eamque ſimul agendo aliud ad ſuum proficuum conuertiſſe. Cum igitur Cicero in hac oratione non haberet integram accuſationem poſt exordium in narratione repetere, alia vſus eſt narratione antequam veniret ad confirmationem, quæ quidem narratio ſibi vtilis viſa eſt, vt ſi Cæſar haberet animum iratum contra Deiotarum propter ante acta Deiotari, quia aliquo tempore fuiſſet contra Cæſarem cum Pompeio, ipſe animum ſuum hac prius rei expoſitione in qua narrat,& excuſat ante acta Deiotari, vt poſtea ad hanc cauſam non ſic difficilem eius animum inueniret. Itaque alicui forte poteſt hanc quam voco narrationem plus habere de exordij ratione eo quod animum præparet,& conciliet auditoris, vel plus habere de ratione confutationis, eo quod ea quæ obijci poſſent purgat. Sed nec conciliatio, nec purgatio hic auferunt talis narrationis naturam, quoniam narratio vna eſt, vt ait Cicero, cum exponimus rem geſtam,& vnumquodque trahimus ad vtilitatem noſtram vincendi cauſa, quæ narratio pertinet ad eas cauſas de quibus iudiciũ eſt futurum. Et hęc eſt illa narratio quę principaliter ſpectat ad cauſam, in qua cognoſci cauſa non poteſt. Aliter eſt narratio quæ intercurrit nõnunquam, aut fidei, aut criminationis, aut tralatiõis, aut alicuius operationis, aut laudatiõis cauſa. Et huiuſmodi eſt iſta narratio, quã hic prępoſuit, vt ante acta purgando animũ Cęſaris appararet,& eſt diuiſa in partes duas. Nã narrata cauſa qualiter Deiotar⁹ cũ Põpeio fuit, oſtẽſo quod poſt fuerit amicus Cæſaris,& ab ipſo Cæſare remunerat⁹ proponit breuiſſime principalẽ partẽ accuſatiõis, quę quia grauior eſt cauſa. Primo incipit purgare. pars iſta eſt ibi. Is igitur nõ modo a te periculo liberat⁹, vbi ꝓponit hãc partẽ principalẽ ſuper qua vult fundare cõfirmationẽ. Et eſt ſiquidẽ iſta narratio illuſtris & clara,& artificioſe cõpoſita. Nã eſt & breuis,& dilucida,& veriſimilis,& ꝑ ꝑtes ſingulas cũ artificioſa purgatiõe cõiuncta, vt apparere poteſt eam accurate conſideranti.

CONFIRMATIO.

QVOD TV NISI CVM FVRIOSISSImum,&c. Hic eſt confirmatio parua vſque ad eum locum qui incipit, cum inquit in caſtellum,& cætera. Vbi incipit confutatio. exponit enim hic aliqua ſua argumenta, cum adſeueratione. In ſequenti autē parte diſſoluit locos contrarios. Quapropter particulam hanc a ſequēti diſtinxit, in qua arguit Cicero per probabile a vita Deiotari, cum ipſius integritatem,& honeſtatem vitæ, mores, conſtantiam, probitatem, religionem,& fidem prædicat, arguitque per probabile a cauſa, cum oſtendit Deiotarum ſolum ex cogitatione tanti ſceleris fuiſſe contra ſummum omniū gentium ac populorum arma excitaturum,& per conſequens maxima incommoda prolapſurum. Fit ex arte enim defenſio per probabile a cauſa, cum defenſor negat cauſam ſibi fuiſſe maleficij, aut illam extenuat. Quanto ergo magis erit iſta defenſio per probabile a cauſa, cum defenſor hic Cicero oſtendit nō ſolū cauſam nō fuiſſe Deiotaro Cæſarem occidēdi, quia vel appeteret commoda, vel declinaret incommoda, ſed hanc vnam fuiſſe cauſam ſui exicij, videlicet ſi feciſſet, vel ſi cogitaſſet hoc ſcelus, nec ipſum Deiotarum hoc ignorare potuiſſe demonſtrat, cum prudentem eum prædicat.

CONFVTATIO.

CVM INQVIT in Caſtellum,& cætera. Hic incipit confutatio, quæ eſt vſque ad eum locum, reliqua pars accuſationis,& cætera, vbi incipit diuiſio eorum, quæ purganda reſtant in coniecturali conſtitutione deſcēdens plurimum indiget confutatione, per quam ſuſpitiōes oppoſitas extenuet diſſoluet. Ideo hic Cicero bonā partem huiuſce orationis in confutando conſumpſit. Diluere itaque incipit primum locum, qui videtur eſſe pars prima grauiſſimæ & principalis accuſationis. Et cum huius conſtitutionis ratio, vt ait Cicero, in ſex partes diſtributa ſit, videlicet probabile, collationem, ſignum, argumentum, conſecutionem,& approbationem, quibus partibus. vti debet accuſator, accuſando, defenſor, defendēdo. Videamus quomodo partibus his & harum particulis arguat Cicero. Arguit ſiquidem primo in genere ſigni ex parte occaſionis idoneæ non quæſitæ,& idoneæ prçteritæ, vel omiſſç,& cum dicit id maleficium occultius,& magis idoneæ po-

tuiſſe fieri ꝑ venenũ,& tamẽ illo modo nõ eſſe nec dici eſſe tentatũ. Arguit per probabile a cauſa,vt ſupra fecit in confirmatione,cum dicit ſi eum palam interemiſſet,omnium fuiſſe in ſe odium excitaturũ. Arguit iterum in genere ſigni ex parte ſpei celandi,cum oſtendit ſpẽ celãdi in beneficio eſſe potuiſſe,in eodem vero non potuiſſe,& tamẽ non veneficium accuſari.Arguit iterum ex genere ſigni ex parte loci temporis & ſpatij cum dicit non fuiſſe magnum ac difficile armatos in loco inſidiarum per illud tempus fuiſſe retentos vſque ad aduentũ Cæſaris ad eum locum,neque cauſam fuiſſe loci mutãdi,& ſpatij prolatandi a lotione ad finem cœnæ.Et arguit etiam in genere argumenti prout ſumitur argumentum pro vna parte ex illis ſuperius nominatis,in quas ratio coniecturalis conſtitutionis diſtributa eſt,cum Cæſarem obſecrat,vt illius temporis repetita memoria,ſi ibi vbi dicant inſidias collocatas a Deiotaro aliquid tumultuoſum aut trepidũ ſenſit,vel poti⁹ vidit ac ſenſit omnia quieta ac placata,& ex hominis grauiſſimi,& ſanctiſſimi diſciplina,quod eſſe profecto non potuiſſet animis maculatis,& ad inſidias apparatis. Nam inſidiarum ipſarum ſignum aliquod viſum eſſet.Arguit etiam in genere approbationis per locum contra teſtes,cum cõfutat dictum Philippi Medici,qui ſe omnium conſcium eſſe dicebat.Nam oſtendit eũ ſcire non potuiſſe,quia rex ſapientiſſimus non miſiſſet eum Romam ſi fuiſſet conſcius tanti ſceleris,& cætera.Nec fratres ſuos,vt dicebat,carceraſſet,& eum ſi nõ fuiſſent conſcij eiuſdem facti.

DIVISIO PVRGANDORVM.

RELIQVA PARS ACCVSATIOnis,& cætera.Hæc eſt diuiſio eorum,quæ purganda extant,quæ eſt vſque ad eum locum ſtatim ſubſequentem.De exercitu dicam breuiter,&c.vbi incipit confutatio diuiſorum.hic notãdum eſt quod cum diuiſio pars orationis ad hoc ſit inuẽta,vt per eam aperiamus quid conueniat,& quid in controuerſia ſit,& per eam exponamus,quibus de rebus ſimus acturi.Prima parte in hac oratione vti opus non fuit in qua factum totaliter negabatur,ſecus autem eſt in iuridiciali conſtitutione,in qua factum conceditur,ſed quæritur,an iure ſit factum.ibi enim orator dicet aduerſario,conuenio tecum in hoc,quia factum eſſe confiteor. diſconuenio

quia iure factum eſſe defendo. tu iniuria factum dicis,hoc autem hic
Cicero facere non habebat propter ſtatus cauſæ naturam , Sed etiam
nec reliqua vſus fuit poſt narrationem incipiens confirmare,vel con-
futare,vt enim capere poſſum,videtur Ciceronem tali fuiſſe ratione
commotum,conſiderauit enim vim totius periculi in illa cauſæ par-
te conſiſtere qua accuſabatur Deiotarus,inſidias vitę Cæſaris cōſtru-
xiſſe.Ideo ſubito primū exordiū,& narrationem ad illam partē pur-
gandam obrepſit,quæ magis animum Cæſaris offendebat,vnde ſe cō
rraxit ad illum locum,vt in eo ſufficienter abſoluta ſpatioſa oratione
ad libitum vteretur. ſic ergo ſuperfluum iudicauit enumerare ,quot
de rebus,aut exponere de quibus rebus eſſet acturus,cum quaſi rē vni
cam cordi haberet,illam videlicet gratiſſimam & principalem par-
tem accuſationis quam bene tunc expoſuit dicēs.Is arguitur te domi
ſuæ interficere voluiſſe,&c.Et immediate purgare incœperit ibi,vt
dictum eſt qua parte non ſufficienter per confirmationem,& confu-
tationem abſoluta reliquas partes accuſationis diuidit per enumera-
tionem,& expoſitionem,nam duas reliquas partes accuſationis enu-
merat,& quæ ſint exponit.

CONFVTATIO DIVI-
SORVM.

DE EXERCITV DICTA BREVI-
ter,& cætera.Hic incipit confutatio partium reli-
quarum accuſationis in diuiſione ſuperius poſita-
rum.Et licet plura purgari videātur quam in hac
diuiſione ſint poſita,tamen aduertēdum eſt quod
diuiſio illa omnia quodam generali modo com-
plexa eſt,vna enim pars fuit,quod rex comparaſ-
ſet exercitum contra Cæſarem,& iſtam plane confutat,vt vides ,alte-
ra pars diuiſiōis fuit in ſpeculis ſemper fuiſſe regem,cum eſſet animo
a Cæſare alieno,& illa pars eſt valde prēgnans & generalis.Nam om-
nes accuſationis particulæ quæ inferius diluuntur , videlicet miſſio
nuntiorum ad Cælium,tranſmiſſio malorum equitum Cæſari,ex-
hilaratio in aduerſis Cæſaris,& ſcriptio probrorum de Cęſare ad regē
pro parte Blaſſamij ſub illa parte generali de alienitate animi in Cæſa
rem continente quaſi voluerit accuſator his particulis ſic adductis
probare partem illam generalem,quod ſcilicet rex in ſpeculis fuerit
cum habuit animum alienum,Itaque partes has ſingulariter purgat
Cicero,

& oſtendit non habuiſſe regem animum alienum a Cæſare,ſed feruẽtiſſimum in ſua commoda,& promptiſſimũ ad ſubſidia adminiſtranda,& hæc eſt confutatio vſque locum nihil a me arbitror præteritum &c. vbi extenuat & confũtat vnam tacitam ſuſpitionem,quæ verſari poſſet in mente Cæſarea,ne Cæſar extimaret Deiotarum ſibi inimicum eſſe propter mulctam ſibi impoſitam a Cæſare.hanc itaque ſuſpitionem diluit & purgat Cicero eleganter,vt vides ſubiunctaque ſibi vna ratione firmiſſima ibi,ſed cum de illo labore &c. Accurrit ad locum proprium defenſoris,cum miſericordiam Cæſaris captare nititur,cunque accuſatores calumniari oſtendit,cum legati regij velint ſua corpora obijcere ad detegẽdam accuſatorum maliciam,& regis innocentiam demonſtrandam.

CONCLVSIO.

QVO CIRCA .G. CAESAR, &cætera. Hic eſt concluſio,artificioſus orationis terminus. Et nota quod Cicero hanc orationem iuxta exigẽtiam cauſæ concluſit.Nam cum ipſe dicit in arte noua.Concluſiones tripertitæ ſunt,quoniam conſtant,aut ex miratione,aut amplificatiõe,aut commiſeratione,exigente materia concluſionem , hic aſſumpſit quæ ex commiſeratione conſtaret. nam oſtendit quantam calamitatem ſententia Cæſaris allatura ſit regibus,aut quantam iucũditatem,quorum alterum optare ſit inimicorum regis , alterum ſuæ clementiæ,cum enim dicat in arte ſi comparatione,oſtendemus , quæ nobis futura ſint,niſi cauſam obtinuerimus,auditorem ad miſericordiam commoueri.hoc facit eleganter vt vides,& quia commiſerationem (vt ipſe ait)breuem eſſe oportet,quia nihil areſcit citius lachryma,partem hãc breuiſſime abſoluit.poſſet etiam dici quod Epilogus ſiue concluſio orationis ſuperius inciperet ab eo loco,laboro equidem regis Deiotari cauſa.&c.Ab illo enim loco vſque ad finem intentus eſt ad miſericordiam commouendam,quod eſt proprium Epilogis in quibus toti debent adfectus effundi.

ESTAT VT HIC ARGVMENtationem Rhetoricam oſtẽdamus,ex quinque partibus conſtitutam,quæ poſt narrationem in confirmatione tractata eſt,cuius quidem argumentationis propoſitio eſt expoſitio illa grauiſſimę,& prin

cipalis

cipalis accuſationis ſuperius cum ante factorum Regis narrationē in coniuncta illa videlicet particula. is igitur non modo a te periculo liberatus, ſed honore ampliſſimo ornatus arguitur te domi ſuæ interficere voluiſſe, &cę. Particula ſiquidem iſta eſt propoſitio argumentationis quam licet probare non velit eiuſq; oppoſitū demonſtrare, per eam tamen clare oſtēdit ſummatim quid ſit, quod probare velit, quia eius videlicet falſitatem, & propoſitione ſic poſita rationes principio confirmationis adducit ibi videlicet, quod tu niſi eum furioſiſſimum & cætera. Hic enim eſt ratio. Nam hac breui ſubiectione quod intendit verum eſſe demonſtrat. Demonſtrat ſiquidem contrarium opinionis, quam intendit Cicero, non poſſe Cæſarem cogitare, niſi furioſiſſimum illum extimet qui eſt prudentiſſimus, vt enim omittam cuius tanti ſceleris, &cę. Hic eſt confirmatio rationis, nam pluribus argumētis corroborat breuiter expoſitam rationem. Apparet enim quo modo valde corroboratur, quod dixit in oratione oſtendendo poſt poſitis alijs argumentis quanta fuiſſet demētia id appetere propter quod omnium contra ſe vnum regum, ac gentium animos incitaret, quæ dementia in rege prudentiſſimo eſſe non poterat. Quanquam hoc loco, &c. Hic eſt exornatio qua vtitur in hac magna materia rei honeſtandę & locupletandæ cauſa, confirmata iam argumētatione, vt vides honeſtat cauſam ſuam, cum de ſingularibus regis moribus probitate, cōſtantia, atque honeſtate commemorat. Quod igitur facinus & cæ. Hic eſt complexio quæ concludit breuiter colligens partes argumentationis, vt clare patet, & eſt vſque ad confutationē ſequētem, & nota quod particula iſta, quæ complexio argumentationis nominatur, eſt etiam Epilogus ſiue concluſio confirmationis, licet non ſignauerim, cum de confirmatione tractarem.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELIqua parte orationis Rhetoricæ, videlicet de orationis Elocutione videamus, de qua plane per omnia ſic dicendum, vt ſupra in Pompeiana eſt dictum. De his ſimiliter eſt exornationibus perſcrutādū.

COLORES.

Fugitiuos

FVGITIVOS AVTEM DOMInum accuſantes,& dominum abſentem,& cęte. Conduplicatio eſt. Cum videbam,cum verba audiebam,& cætera. Hic eſt ſimiliter deſinens. In tuis oculis,in tuo ore & cætera. Diſſolutum eſt. Spectarem curiam,intuerer forum, &cæ. Diſſolutum eſt. Iſta inquam diſſeram,&cæte. Conduplicatio eſt. Sed omni metu liberauiſti,hoſpiti ignouiſti,regem reliquiſti, &cætera. Diſſolutum eſt. Item ſimiliter deſinens. Nihil ille de conditionibus tuis,& cætera. Repetitio eſt. Ignoſce ignoſce Cæſar,& cætera. Conduplicatio eſt. Quanti honoris.P.rei,quanti ſenatus,& cætera. Repetitio eſt. Itaque Gn.Pomp.bella,victorias,triumphos, & cęte. Repetitio eſt. A Pompeio diſceſſit,ſpem infinitam proſequi noluit & cætera. Diſſolutum eſt. Ille exercitum G.Domitij,&cæ. Repetitio eſt. Vt enim mittam cuius tanti ſceleris,& cæte. Occupatio eſt.

Cuius tanti ſceleris fuerit,& cæte. Repetitio eſt. Item diſtributio.

Omnes reges,quorũ multi erant finitimi,&c. Repetitio eſt. Quis conſideratior illo,quis rectior. Repetitio eſt. Nota tibi eſt hominis probitas. G. Cæſar,noti mores,&cę. Diſſolutum eſt. Deiotari integritas, grauitas , virtus, fides,&c. Articulus eſt. Quod igitur conari occultius,& cæte. Contrarium eſt. Qualis rex Attalus in populum Aphricanum fuit,& cætera. Exemplum eſt. Repeto illiꝰ temporis memoriam,&c. Diſſolutum eſt. Num quæ trepidatio, numquis tumultus,&c. Repetitio eſt. Non quæro quaſi veriſimile non ſit,&cę, Occupatio eſt. Non arbitror,non audiui,&c. Diſſolutum eſt. Pecuniam dedit, exercitum aluit,&c. Diſſolutum eſt. In regem iuſtum, ſeuerum,grauem,fortem,&cę. Articulus eſt. Qui igitur adoleſcens non tanta gloria præditus,& cætera. Contrarium eſt. Quod ſe iactare,quam oſtentatione,& cętera. Repetitio eſt. Non fictũ crimen inſectari,& cætera. Repetitio eſt. Sit in dominatu ſeruitus,in ſeruitute dominatus,& cętera. Contentio eſt. O tempora o mores,&cę. Exclamatio eſt. Gn.ille Domitius,& cętera. Exemplum eſt. Conſulem cenſorem,Pontificem maximum,& cętera. Articulus eſt. Sed tamen ille inimico ſeruum,& cętera. Contentio ſententiarum eſt. vſque ad eum locum ac ſemel iſte eſt. Non ne cum eſſet productus,& cętera. Repetitio eſt. Vexatos,verberatos,& cętera. Articulus eſt. Et quem vos liberi in ſumma reipublicæ libertate,& cætera. Contrarium eſt, Etenim ſi Anthiocꝰ,& cętera. exemplum eſt. In Aſia,Cappadocia, Ponto,&cętera. Articulus eſt. De magnitudine animi,grauitate,cō

ſtantia.& cætera. Articulus eſt. Memoriam tuam implorat, & cæ-tera. Diſſolutum eſt.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO AVLO CLVENTIO HABITAE.

AVLVS CLVENTIVS HABItus, & Statius Albius Opianic⁹ Romani ciues ambo ex Municipio Larinate fuerunt adinuicem inimici, Nam cum Cluẽtius matrẽ haberet nomine Saſiam mulierem libidinoſam atque impiam, & ſibi etiam inimicam, eo quod contra phas, & familiæ decus eiecta per diuortium filia ſua ſorore Cluentij ipſa generi ſui Auli Melini adoleſcẽtis nuptijs imixta non vt mater iam habebatur, & colebatur a filio matris impudicitiæ, non amico, cum inquam haberet hanc matrẽ Cluentius Melino illo adoleſcẽte iam mortuo, & per ſcelus Opianici trucidato, ipſi Opianico matrimonio copulatam, & Opianicus vellet Martiales quoſdam deditos ſacris matris liberos Romanoſque ciues eſſe defendere contra ius & voluntatem Larinatium. Cluentius vero cauſam hanc ageret contra Opianicum vehementer Opianico factus eſt inimicus, vnde vt Cicero adſerit, ac vt multa bona Cluentij ab inteſtato, deuoluerentur ad Saſiam ſuam vxorem matrem cum veneno curauit tollere, quod cum Cluentio eſſet indicatum comperto apud Scamãdrum libertum Fabritiorũ veneno accuſauit primo Scamandrum & obtinuit. Deinde accuſauit illum Fabritium patronum Scamandri, & iterum obtinuit, itaque patrono libertoque damnatis cum cuius cauſa veneficium hoc fieri dicebatur, Opianicum accuſauit. Opianicus accuſatus Scaleno iudici pecuniam grandem dedit ad quoſdam alios iudices corrumpendos, quam pecuniam, cum Scalenus aliquibus iudicib⁹ promiſiſſet deinde abnegauiſſet adſerens ſe ab Opianico deſtitutum, vt eos Opianico infeſtos faceret, pecuniã ipſe ſumpſit, & Opianicum cõdemnauit, manebat enim, vt dicit Cicero, Opianicum damnari pro ſe ſolo retenta pecunia, quam ea diſtributa per reliquos iudices eum abſolui, & ſic Opianico a Scaleno, & ab alijs omnibus præ quinque damnato, cum fama eſſet illo in iudicio verſatam

eſſe pecunię

eſſe pecuniæ intentionem, ingens inuidia eſt in Cluentium ſuggeſtionibus. L. Quintij Tribuni plebis, & defenſoris Opianici concitata, iactabat enim tribunus in populo hominem innocẽtem per pecuniam condemnatum. Cicero itaque cum Cluentius annos octo hac flagraſſet inuidia, fereque in opinione hominum fixum eſſet innocentem Opianicum pecunia Cluentij condemnatum, hac ipſum oratione notabili hoc purgata crimine. Cunque Cluentius accuſaretur aliis criminibꝰ matris eius impulſu, vt quod videlicet Opianicum iam damnatum, & exulem venenari feciſſet, quodque idem facere voluiſſet in filio Opianici adoleſcente Cicero ipſum egregie hac mirabili oratione defendit.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC ORATIO EST IN IVdiciali genere cõſtituta. Habet enim hęc cauſa accuſationem cum defenſione. Nam accuſatus Cluentius hac oratione a Cicerone defenditur. Demonſtratiuum quod in vituperatione Opianici, & laude Cluentii habetur eſt incidens Nam accommodatur ad defenſionem principaliter hic intentam.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

VT PLANE INTELLIGAMVS, in qua cõſtitutione hęc oratio habeatur, videamꝰ quę intentio, quæve depulſio ſit in cauſa. Intentio autem accuſatoris hæc eſt, Iudicium pecunia corrupiſti. A. Cluentij, vt tuus inimicus Opianicus damnaretur. Item vt eam de omnibꝰ obiectis principalius criminibus coniungamus, vnamque faciamus intẽtionẽ. A. Cluẽti hũc adoleſcẽtẽ Opianicũ in eiꝰ nuptijs veneno tollere voluiſti. Itẽ patrẽ huiꝰ iã dãnatum Opianicũ de medio ſuſtuliſti, depulſio vero Cluentij ad hæc oia talis eſſe cõprehenditur, Iudiciũ nõ corrupi. tollere hũc adoleſcẽtẽ Opianicum

nícum veneno non voluí,patrem huíus Opíanícum íam damnatum̃
veneno non ſuſtulí,quare cum ſit ſimplex hic negatio facti in depul=
ſione ad principalem intentionem accuſatoris, apparet, quod conſti=
tutío principalis eſt coniecturalís,iurídícialis autem abſoluta,& legi=
tima ex ſcripto,& ſententia conſtitutiones hic íncidũt,vt ſuís dicetur
in locís.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE, MEMORIA,
& pronunciatione dicendum vt ſupra dictum eſt
in Pompeíana. Diſpoſitio vero hic eſt in partibus
orationis,non ab inſtitutioné artis profecta,ſed ad
caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Pri=
mo enim ponít exordium inſinuatiõi permixtũ,
deinde diuiſionem,deinde narrationem cum qua
dam confirmationis parte coniunctam,deinde puram cõfirmationẽ,
deinde confutationem,deinde regreditur ad confirmationem in con=
ſtitutione legitima ex ſcripto,& ſententia,deinde inſerit confutationẽ
ad quædam obiecta,deinde confirmat in conſtitutione principali cau
ſæ,videlicet coniecturali,deinde concludit,ſed concluſionis finis,&
orationis non habetur.

DE PARTIBVS ORATIONIS EXORDIVM.

ANIMADVERTI IVDICES,&cæt.
Hæc oratio inſignis hic incipit,& orationis exor=
dium quod mirabile eſt,& incredibili miniſterio
atque arte cõfectum. Nam cum eſſet dubium ge=
nus cauſæ,eo quod hinc ſuſpitio corrupti iudicij
Iuniani,& cæteri veneficij crimina obiecta Cluẽ
tio ante ipſorum diſſolutionem,quãdam turpitu=
dinẽ ad cauſam videbanť adferre,hinc honeſtas ex pſona Cluentij &
pſona Tullij defenſoris ipſi⁹ oriri videbať in cauſa,vt ei vult Ariſt.
j.ſuę Rhetoricę Orator apparẽs,qualis quidẽ hic eſt,amicus,& bonus
melius perſuadet, fert quidem per ſe qualitatis ſpeciem,quę honeſtat

cauſam ſuam,& iuxta Quintiliani ſententiam non ſolum aduocati de
fenſionem,ſed etiam teſtis fidem adfert. Cicero itaque talis orator, &
vir quid mirum ſi honeſtatem adferre poſſet ad cauſam quam ipſe de
fenderet,quãquam in hac cauſa Cluẽtiana ipſum fuiſſe gloriatum te=
nebras offudiſſe iudicib⁹ Quintilian⁹ ait libro quarto oratoriæ ĩſtitu
tionis capitulo an Rhetorica ſit ars. Cum igitur,vt dixi,eſſet dubium
genus cauſæ, atque ad hoc accommodandum eſſet exordium bene=
uolentiæ captatiuum. Cunque iam in animis hominũ inſediſſet opi=
nio tribunitia ſuggeſtione cõflata,corruptum iſtud a Cluentio fuiſſe
iudicium,atque ob id ex arte inſinuatione foret vtendum,quã adhibe
ri docet in arte, quum eſt perſuaſus auditor Ex hoc Cicero dupli=
ci reſpectu exordium,cum inſinuatione permiſcet, cũ in genere cau=
ſę dubio nil obſtaret quin exordiri aperte poſſet immo ex arte deberet,
& opinio illa quæ quodammodo fixa in animis iudicum timebatur,
inſinuationem requireret. Ergo vt hic fecit egregie,& mirabiliter vi=
deamus. Primo enim per inſinuationem ad ſe audienda allicit audito
res pollicendo de eo quod aduerſarij firmiſſimum ſibi adiumentum
putarint ſe eſſe dicturum,cum adſerit ſe animaduertiſſe orationem
oratoris contrarij in duas partes eſſe diuiſam,quarum altera niti,& cõ
fidere magnopere videbat̃ in inueterata iuidia iudicij Iunianij,& par=
te alia in qua non ita videbantur cõfidere breuiter recitata,dicit ſe vel
le ſeruare eandem diſtributionem in reſpondendo,vt omnes intelli=
gant nihil eum ſubterfugere voluiſſe reticẽdo,nec obſcurare dicẽdo.
Sic igitur cum oſtendit ſe velle ad illa adiumenta aduerſariorum fir=
miſſima,& ſecundum eorum ordinem reſpõdere, vſus eſt vno ex mo=
dis inſinuãdi,qui in arte ab eo docetur auditore perſuaſo,& etiam iux
ta Quintiliani ſententiam hic eſt vſus inſinuatione,& partitione di=
cendorum,vt inſinuaret vtilius. Deinde aperto exordio beneuolentiã
captat ab auditorum perſona,aperiendo quę de his exiſtimatio,& quę
iudicij expectatio ſit,ſimulque proferendo eorum laudabilem cõſue=
tudinẽ iudicãdi,cũ cauſæ difficultate mõſtrata aperte teſtatur rẽ illã,
ſeque in illa difficultate cõſolari ꝙ ita audire de cribus cõſueuerũt,vt
eorũ diſſolutionẽ q̃rãt ab oratore,&c.& vt attẽtos faciat expõit q̃liter
ſit actur⁹,deinde iterũ bñuolẽtiã a ꝑſona auditorũ captat,cũ dicit ne=
minẽ ciuẽ ſine ſuo ac taliũ hominũ ſubſidio inuidię poſſe reſiſtere,de
inde,vt inſinuãdo,& bñuolẽtiã ſimul ab auditorũ ꝑſona apte captan
do ad ſe auditores alliciat. Prĩo dubitatiõe vtit̃ q̃d potiſſimu ſit dictu
r⁹,aut qui loco reſpõſur⁹ cũ admiratiõe,vt debere fieri docet i arte,cũ
dicit ſe quo vertat neſcire,vbi, vt ait Martian⁹, vtit̃ figura q̃ diapore
ſis vocat̃,q̃ vtilis ẽ ad generãdũ credulitatẽ. Nã, vt ait Quintilian⁹ li

bro nono oratoriæ inſtitutionis,capitulo de figuris ſententiarum adfert,& aliquam fidem veritatis credulitatis dubitatio,cum ſimulam? quærere nos,vnde incipiendum,vnde deſinendum,quid potiſſimum dicendũ,an omnino dicendum,cuiuſmodi exemplis plena ſunt omnia,& ſubiungit ipſe Quintilianus exemplum huius loci Ciceronis, deinde enumeratis quæ negare non poteſt,& quaſi formidata difficultate euellendę illius opinionis,vt iudices ſibi cõciliet,ſeſe ad id impotentem oſtendit , cum dicit non eſſe ſui ingenij , ſed auxilij ipſorum iudicum ipſius innocentiæ,ſic in hac calamitoſa fama quaſi in aliqua pernicioſiſſima flamma atque communi incendio ſubuenire. Deinde oſtenſo,quod in iudicio falſa inuidia valere non debeat,rogatiſque iudicibus,vt huc nihil præiudicati adferant,eos ſibi facit attentos innuens ſe dicturum,quæ ante non ſciuerint. Cum eos deprecatur , vt patiantur eum ſuum dicendi ordinem conſeruare,& perorata cauſa ſi quid erit præteritum tunc requirant,quaſi per hoc innuens nihil relicturum,ſed omnia patefacturum,quibus vere poterunt remota inuidia iudicare. Deinde etiam,vt ſibi valde attentos ac dociles auditores compararet,cum demõſtrauerit ſcire ſe ad quantum difficilẽ cauſam accedat dicit,ſi quis deus ad ſe audiendum beneuolentiam iudicum cõciliarit,effecturum ſe vt intelligant,nihil tam timendum quam inuidiam,nihil tam optandum quam æquum iudicem , deinde iterum a perſona iudicum , auditorum beneuolẽtiam captat,aperiendo quę expectatio ſit eorum iudicum,dicit ſe ſperare locum illum atque conſeſſum quem inimici fore Cluentio horribilem putauerant miſeriæ illius futurum portum atque perfugium,deinde facit attentos,ac dociles rogando,vt attente audiant,& cætera. Et hæc pauca de hoc artificioſo principio dicta ſint.

DIVISIO.

CORRVPISSE DICITVR .A. Cluentius,& cætera. Hic eſt diuiſio pars vna orationis,qua hic eſt vſus egregie ſecundum eam ſui ſpeciem,quæ expoſitio nominatur,res enim de quibus eſt dicturus exponit hic breuiter & abſolute,cum ſe dicit oſtenſurum neminem vnquam grauioribus teſtibus in iudiciũ vocatum. Deinde ea facta pręiudicia,vt abſolui nullo modo Opianicus potuerit,deinde his demonſtratis oſtenſurum,quod requiri intelli

gat pecunia

gat pecunia tentatum eſſe iudicium,non ab Cluentio,ſed cõtra Clu-
entium,& facturum,vt intelligant quid in ea cauſa tota ipſa res tule-
rit,error adfinxerit,cõflarit inuidia.Et primũ ſe facturum id ex quo
& cætera Vt hic exponendo prędicit ita perficit orando. Viſa tamen
quibuſdam fuit reprehenſibilis iſta partitio,vt ait Quintilianus, qui
cum eis cõtra Ciceronem hoc loco ſentire videtur.Nam vult ipſe in
vnius criminis varia defenſiõe ſuperuacuam eſſe partitionem omnes
modos defenſionis colligẽtem,vt ſi quis ita partiatur, dicam non talẽ
eſſe hunc quem tueor,vt incredibile videri poſſit homicidiũ, dicam
occidendi cauſam huic non fuiſſe,dicam hunc eo tempore quo homo
occiſus eſt trans mare fuiſſe. Et ideo paulopoſt hoc ſubiungit ipſe
Quintilianus.Itaque non defuere,qui Ciceronis illam pro Cluentio
partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit, Primum
neminem maioribus criminib⁹,grauioribus teſtibus in iudicium vo-
catum,quam Opianicum,deinde præiudicia facta ab his ipſis iudici
bus eſſe a quibus condemnatur.Poſtremo iudicium tentatum pecu-
nia non a Cluentio,ſed contra Cluentium,quia ſi probari poteſt,quod
eſt tertiũ,nihil neceſſe fuerit dicere priora.Hæc ille libro quarto O-
ratoriæ inſtitutionis,capitulo de partitione,cuius & ſi me valde ratio
moueat, vt ſecum ſententiam,tamen ita me flectit,& vincit authori-
tas Ciceronis,vt cogitare non poſſim quicquam in ſuis orationib⁹ vi-
tioſum,prępoſuit vero de induſtria partem hanc narrationi quam ſe-
qui debebat ordine profecto ab artis inſtitutiõe,quia eſt eiuſmodi nar
ratio,vt in ea multa cõfirmatio miſceatur.Si ergo volebat prius quid
eſſet confirmaturus exponere,opus erat,vt partem hanc præponeret
narrationi.

ABS TE PETO OPIANICE,
& cætera.Antequam Cicero veniret ad cau-
ſam,vt vitaret inuidiam, quia contra mortu-
um diceret iam damnatum, ab ei⁹ filio veniã
petit,oſtendens neceſſitatem huiuſmodi dicẽ
di,& ad narrationem a longo repetendam illi
co deſcenſurus,ne id moleſte patiãtur iudices
deprecatur,curauit eñ ſummo ſtudio,vt nar-
raturus inueniret animos ſine vlla inuidia
prępara tos.

NARRATIO.

AVLVS CLVENTIVS fuit pater,& cæt.
Hic eſt narratio pars vna orationis,cuius narratio
nis initium ſumpſit Cicero a perſona poſita, cum
accidentibus ſuis,quod fieri debere ex arte quando
id profuturum eſt,& ideo hic factum eſſe memo-
rat Quintilianus libro quarto oratoriæ inſtitutio-
nis,capitulo de narratione,& licet lõga ſit illa nar-
ratio,non eſt tamen aliena a præceptis,quæ de breuitate narrationis in
arte dantur a Tullio.Si quis enim bene conſiderat quanta,& quã pro-
babili narratione fuit opus,vt rem & cauſam ſuam iudicibus compro
baret,non mirabit paulo lõgi9 exordiũ rei demõſtrãdę cauſa petijſſe,
quod fecit,vt ipſe teſtatur,vt cognitis principijs facilius extrema co-
gnoſcerent.Eſt ergo breuis dicenda narratio,non quidem ſecundum
ſe,ſed reſpectu materiæ,& cauſæ,eſt dilucida,& veriſimilis,vt eſſe de
bet ex arte narratio.Primo enim vnde neceſſe erat incipit,ac ne quis
obijcere poſſit principij rationem remotiorem,& quaſi ,ab ouo hoc
eſt animis remoto principio ipſum inutiliter incœpiſſe,cum incipiat
a patre Cluentij.Sciendum quod incipit ab eius morte,vt oſtẽdat pri
mo fomenta maternarum inimicitiarum cum Cluentio,quæ ſciri nõ
poſſent,niſi nuptiæ Cluentiæ ſororis Cluentij ſecutæ mortem patris
vtrinque narrarentur, circa quas nuptias narrando vſus eſt Cicero ex
curſione laudabili dicens.O mulieres ſcelus incredibile,& pręter hãc
vnam in omni vita inauditam.O libidinem effrenatam, & indomi-
tam. O audaciam ſingularem, non timuiſſe,ſi minus vim deorum
hominumque famam,at illam ipſam noctem faceſque ipſas nuptia-
les,non limen cubiculi, non cubile filiæ,non parietes denique ipſos
ſuperiorum teſtes nuptiarum,hoc enim loco,& in hac excurſione de
monſtrauit eleganter ſe vi quadam eſſe adfectum ſicut fieri oportere
in huiuſmodi excurſionibus Quintiliano placet.Fecit autem mirabi
liter Cicero,vt auditorum animos impleret adfectibus , quiquidem
adfectus in animis generandi ſunt ab oratore per ſermones paſſiona-
les,vt vult Ariſtoteles in ſua Rhetorica,quales hi ſunt omnium ani-
mos contra talem matrem facientis iratos, & inſuper operæpretium
eſt in hac cauſa,vt cognoſcatur matrem inimicã eſſe Cluẽtio,& quia
contra parentes agentibus callida opus eſt arte,facit mirabiliter Cice-
ro,vt ipſum maternum nomen contra Saſiã matrem animoſq; magis
accenderet,quam contra Cluentium,de quo loco non inutile eſt vide
re quid ſentiat Quintilianus.Is ergo libro.xj.oratorię inſtitutionis ſic
ſcribit.Vnum iam igitur huic loco,quod eſt ſane ſummæ difficulta-
tis,adendum videtur,vt quibus ea quæ ſunt natura parum ſpecioſa,

quęque

quæque non dicere, ſi vtrumlibet eſſet liberum maluiſſemus, non tamen ſint indecora dicentibus. Quid aſperiorē habere frontem poteſt, aut quid aures hominum magis reſpuunt, quam cum eſt filio filij ve aduocatis in matrem perorādū? aliquādo, tamē neceſſe eſt vt in cauſa Cluentij abiti, ſed non ſemper illa via qua contra Saſiam Cicero vſus eſt, non quia ille non optime, ſed quia plurimū refert qua in re & quomodo lædat. Itaque illa cum filij caput palā impugnaret, fortiter fuit repellenda, duo tamen quæ ſola ſupererāt diuine Cicero ſeruauit, primū ne obliuiſceretur reuerentiæ, quę parentibus debetur. Deinde vt repetitis altius cauſis diligentiſſime oſtenderet quam id quod erat in matrem dicturus non oporteret modo fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. Primaque hæc expoſitio, quanquam ad pręſentem quęſtionem nihil pertinebat, adeo vt in cauſa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. Fecit itaque nomē parentis nō filio inuidioſum, Sed ipſi in quam dicebatur, & cætera. Hęc Quintilianus elegantiſſime proſecutus eſt, etiam Cicero narrationē vſque quo erat opportunū, vſque videlicet ad Opianici damnationem, & inuidiam concitatam, & ea quæ id iudicium ſunt ſecuta, ac vt egregie ſeruet reliqua documenta breuitatis intuenti videre perfacile, deinde quam dilucide narret apertū eſt. Nam vt quicquid primo geſtum eſt, ita primum exponit, & rerum ac temporum ſeruat ordinem, & reliqua adimplet, quæ pertinent ad narrationem dilucidam faciendam, quæ dimitto legentis indagini, ne prolixior æquo ſim, vtque etiam veriſimilis ſit, quia vt mos, vt natura, vt opinio poſtulat dicat, ſpatia temporū, perſonarum dignitates, conſiliorum ratiōes, locorum opportunitates conſtent, videre facile orationem legenti. Ego vero pertranſeo tātum ne ſim in re non neceſſaria longior, tamen quia illa tractantur ex locis confirmationis, quæ cum ipſa narratione miſcentur in hac oratione, cūque hęc cauſa eſſet huiuſmodi, vt ſi Cicero narrationem plane ſimpliciterque voluiſſet, exponere forte maiorē offenſionem animorum maioremque inuidiam cumulaſſet contra Cluentium ſic argumentādo, & cauſam ipſam agendo narrauit, Sic denique partes rei geſtę ipſis continuo argumenta ſubijciens diſperſit atque firmauit, vt ad vnamquamque confeſtim accommodet rationem, quo vulneri pręſto eſſet medicamentum, Et odiū oppoſita defenſio mitigaret, vt exigente cauſa fieri docet in veteri, & Quintilianus adfirmat libro quarto oratorię inſtitutionis, capitulo de narratione dicens inſerendum eſſe expoſitioni defenſionem re poſcente, & factorum rationem pro veriſimilitudine rei agendæ, & ſic a Cicerone fit hic, neque enim narratio hæc reperta eſt, vt tantum cognoſcat iudex, ſed aliquando magis vt conſentiat,

vt ipſe Quintilianus eodem libro & capitulo.

NVNC IAM SVMMATIM EX ponam,& cætera. Recitatis in ſuperiori parte fundamentis,atque radicibus inimicitiarum Saſiæ matris atque Cluentij filij ſui,& ita recitatis,vt vnumquodque dictum tractum videatur ad vtilitatem ſuam.cauſa vincendi,vt ab arte præcipitur,quod apparere poteſt facili ter intuenti,Deſcēdit hic ad eam partem narrationis,in qua multa confirmatio commiſce tur. Nam cum velit oſtendere in hac narratione incorruptum a Cluentio fuiſſe iudicium,habet oſtendere Opianicum veris & grauibus criminationibus fuiſſe damnatum,& hoc narrare ſimpliciter & pure nihil eſſet apud animos,præſertim in oppoſitum perſuaſos,oportet ergo,vt narrando premiſceat argumenta,& coniecturales locos cum cauſæ conſtitutio ſit coniecturalis. Videamus itaque quam breuiter fieri poteſt nonnullos locos quibus cauſam hāc Cluentianā narrando ſimulque confirmando narrata corroborat,ſummatim enim expoſitis hac in parte,& crimine veneficij & cauſa ſeu ratione,quibus Cluentius accuſauit,& oſtendit Opianicum fuiſſe culpabilem,ingreditur narrationem quandam de vita,& ſceleribus Opianici,quæ narratio fauet cauſæ Cluentij per locum a probabili a vita, demonſtrans eum fuiſſe iuſte damnatum, cum a ſimili turpitudine nunquam abfuerit,cunque talia ſciuerint iudices,qui damnauerint.

NVNC TV HOMINEM,& cętera. Poſtquam late ſuperius Cicero monſtrauit narrando Opianici multa flagitia,& ſic per locum a probabili a vita cauſam Cluentij roborauit,Hic deſcendit ad narrādum cauſam inimicitiarū inter Opianicum atque Cluentium,& deinde illud crimen veneficij contra Cluentium,pro quo crimine Opianicus principaliter damnat⁹ fuerat. Et nota quod ille pro cauſa Martialiū inimicitiæ ſuſceptæ,& reliqua maior cauſa ſpes,ſcilicet hæreditatis Cluētianæ,ſi fuiſſet Cluentius mortuus inteſtatus,trahūtur in argumentū pro cauſa Cluentij ad oſtendendum per locum a probabili cauſa Opianicum voluiſſe tollere veneno Cluentium,& per conſequens eum iuſte damnatum. Cum de hoc crimine cauſam dixerit,& ſic nō

fuiſſe per

fuiſſe per corruptum a Cluentio iudicium condemnatum. Multa dici poſſunt. quare, & cætera. Superius demonſtratis inſidijs Opianici contra Cluentium, deſcendit ad oſtendēdum a quo corruptio iudicij profecta ſit, & probat primo per locum a probabili cauſa fuiſſe non a Cluentio, ſed ab Opianico profectum, deinde vt eſt profecta ſerioſe demonſtrat, & interdum, vt attentos iudices ad narrationē habeat, eos vt attente audiant deprecatur. Cum enim in omni parte orationis ſtudendum ſit, vt auditores habeamus attentos, hic Cicero potiſſimum poſtulabat, et merito in narratione tam longa, vt ait Quintilianus de inſtitutione, iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis, vt attendant, & vt faueant rogamus, & ſic facit hic Cicero.

CONFVTATIO PVRA.

NEQVE ME POENITET HOC potius tempore, & cætera. Poſtquam ſuperius Cicero rem narrauit, & narrando ita eſſe monſtrauit fuiſſe videlicet Opianicum iuſte dānatum, & ab eo pecunia iudicium fuiſſe tentatum, fuiſſeque in ſuſpitionem illius corruptionis Cluentium veriſimiliter a tribuno deductum, nunc ad puram cōfirmationem accedit, in qua breuiter Cluentium purgat, nam cum oſtenderit quare libentius nunc tractat hāc cauſam quam antea tractauiſſet, accedit ad cōfirmandum Opianicum corrūpere voluiſſe iudicium, Cluentium vero non voluiſſe, & hoc per locum a probabili cauſa, & vterque ad loquendū inductus oſtendit vni Opianico corrumpendi iudicium fuiſſe cauſam, Cluentio non fuiſſe, vel videri poteſt locus a collatione, cum vtrique ſermone ad inuicem poſito, & comparato oſtendit id quod aduerſarium feciſſe criminatur alteri nemini bonum, niſi ipſi aduerſario fuiſſe, deinde per locum ab argumento, & ſuſpitione magis firma demōſtrat Opianicum iudiciū tentauiſſe pecunia cū oſtendit, & Opianici tabulis hoc haberi, quod Scaleno iudici nummos dedit, & cætera, & cum demonſtrat fautores Opianici Scalenum ad iudicium flagitaſſe, & cæte. Simulque, quod obijci poſſet de condemnatione Scaleni purgat ratione in narratione iam dicta.

EPILOGVS.

Quare

QVARE CVM ISTINC CAVSA corrumpendi,& cætera. Poſt narrationem plenam argumentis,& poſitam immediate ſuperius cōfirmationem hanc breuem Cicero hic vſus eſt Epilogo quo breuiter,& in ſumma dictorum argumentorum memoriam reuocaret,& cætera.

CONFVTATIO.

AT ENIM PECVNIAM SCALENO,& cætera. Hic eſt confutatio in qua eam rationem,quæ adferebatur a Tullio accuſato de pecunia tradita Scaleno iudici ab Opianico, videlicet pro gratia redintegranda primo confutat cum oſtēdit id non fuiſſe poſſibile,& per locum ab argumēto ſuſpitioſam facit pecuniam apud iudicem,præſertim talem virum ſordidiſſimum ſcilicet qualem.d.fuiſſe Scalenū ipſamque pecuniam ſuſpitioſam reddit ex numero minime ad conciliationem gratiæ,ſed aptiſſime ad corrūpēdū tot iudices comparato.

AT ENIM IVDICIA FACTA per multa,& cætera. Procedens Cicero confirmando quæ fuerant ab aduerſarijs allegata,cū niterentur ipſi contra Cluētium,adferrētur q; iudicia aliqua de hac re,& ſic per locum a iudicato cauſam ſuam confirmantes egregie iſta confutat , & quia locus a iudicato proprius eſt conſtitutionis iuridicialis abſolutę,dicendum eſt quod iſta cōfirmationis pars,quæ per huiuſmodi locum innuitur in iuridiciali abſoluta conſtitutione verſatur,quæ ſic ad cauſam hāc incidit . Intenderet enim aduerſari iure contra Cluentium iudicatum eſſe debere, Cicero pro Cluentio ſic depellit iure contra Cluentium iudicatum eſſe non poſſe. Omnia illa iudicia qualia fuerint trutinatur , & monſtrat non fuiſſe iudicia, vel Cluentio non obeſſe, & primo iudicium quo C. Iunij eſt damnatus labefactat Cicero per locum a conſuetudine,& lege,cum id oſtendit non lege,& more ſeu conſuetudine fuiſſe tractatum, Sed vi & tempeſtate tribunitia fuiſſe confectum. Præterea ſi ex lege ſubſortitionis fuit ille dānatus, non eſſę cum Cluentij cauſa coniunctum. Deinde labefactat,& per locum a iudicato adductum per

aduerſarios

aduerſarios contra Cluentium,ex damnatione aliquorum iudicum qui Oppianicum condemnarant,oſtendens illa iudicia nihil ad cauſam Cluentij pertinere.Deinde arguit per locum a iudicato Cluentium non corrupiſſe iudicium,cum facit mentionem de illo iudicio, quo fuit Falcula iudicatus gratis Oppianicum cōdemnaſſe,&.ex Falcule iudicio ſimilitudinem ad reliquos iudices trahit.Et hoc loco de induſtria,quod negari non poſſet interrogans hoc modo.Videlicet dixit ne tandem cauſam.C.Fidicularius Falcula,& ex figura vſus eſt ardentiore prolatione,& ſpeciem maioris ſecuritatis exhibuit,quā ſi ſine interrogatione protuliſſet.Deinde locū a iudicato per aduerſarios adductū de extimatione litis.P.Septimio Sceuolę confutat per locū a conſuetudine.Sequitur illud iudicium,& cætera. Confutatis nonnullis forenſibus iudicijs confutat hac in parte cēſoria,quæ cōtra Cluentium adferebant.Primo ergo confutat illum aduerſariorum locum a iudicato cenſorio per locum a conſuetudine,& more maiorum cum dicit maiores nunquam authoritatem cēſoriam,vt rem iudicatam obſeruaſſe,& illud probat exemplis,inſtitutiſque maiorū, & nota quod in probationibus huius partis multa funguntur proęmij vice vt Quintilianus teſtatur,& apparet aperte literam intuenti. Quare qui vobis in mentem & cætera.Hic ponit Epilogum huius partis confutationis quæ cenſoria iudicia confutauit. Quare cum ita ſint,& cætera.Procedens confutatio confutando iudicia illa cenſoria,nō ſtandū illis eſſe demonſtrat per locum a bono,& æquo,cum oſtendit non pertinere ad communem vtilitatem tantam poteſtatem cenſoribus dari,vt regiam licentiam quodammodo conſequantur,quod fieret ſi ſuis ſcriptionibus,vt rei iudicatæ ſtaretur,& cætera.Deinde oſtendit quod ſi rei virtuti eſt ſtandum,& non iudicij cēſorū,Oppianicus ſuſpitioſus eſſe debet.Cluentius vero non,& facit hoc locis coniecturalibus breuiter,& artificioſe Epilogatis.Deinde iterum labefactat iudicia cenſoria per locum a conſuetudine maiorum ponens aliqua exempla eorum conuenientia.Vnum eſt quod de me maxime,& cætera.Quod obiectum teſtamento Egnatij Cicero hac in parte confutat eleganti quodam,& artificioſo argumento,oſtendens in accuſatione aduerſarij duo eſſe inter ſe ipſa pugnantia, quod inuenire(ait Quintilianus)artificij eſt, fecit autem egregie hoc loco demonſtrans cenſoriam notam,& Egnatij teſtamentum,quibus duobus nihil magis Cluentio erat aduerſum inter ſe pugnare,cum dicit.Sed Acci conſideres cenſeo diligenter vtrum cenſorum iudicium graue velis eſſe,an Egnatij. At enim ſenatus vniuerſus,& cætera.Quia aduerſarij arguebant contra Cluentiū per locum a iudicato ſenatus iudicium allegantes,Locū hunc Cicero

confutat egregie oſtendens ſenatũ cõditionaliter iudicaſſe,& per eun=
dem locum a iudicato demonſtrat,quod tunc,& cætera.Iudicauit per
furorem populi cum fuerit poſtea reciſum,& voluntate populi quod
fecit repudiatum.

EST ETIAM RELIQVA PER=
magna authoritas,& cætera.Quia inter cæte=
ra iudicata,Ciceroĩs ipſius adferebatur autho=
ritas cõtra Cluentium,obiectionem illam Ci
cero,vt vides, cõuellit egregie.Nunc quoniã
ad omnia quæ ab ſe dicta ſunt poſtquam Cice
ro maiora,& inuidioſiora ſuperius magna ar=
te,& incredibili purgauit induſtria,hic(vt ait
Martianus)coniecturæ partibus expeditæ ad
perſcriptionem legis accedit ordine videli=
cet commutatorio,ſi Cluentium legis adſertione defenderet, fugere
cauſam ne diffidentia videretur.Itaque ne videatur Cluẽtius nõ cau=
ſa & re,Sed lege confidere, cauſam ex lege ſic agit hic Cicero, vt vi=
deatur non agere ex opinione Cluentii,vt ait Quintilian⁹ libro quar
to de partitione Quædã interim nos inuitis litigatoribus ſimulandũ
eſt dicere,quod Cicero pro Cluentio facit contra iudiciariam legem,
& cætera.Sed videndum in qua cauſæ cõſtitutione verſatur hęc pars,
& cum agatur hæc quæſtio ex ſententia legis & ſcripto,Quia aduerſa
rii velint legis ſententiam trahere ad omnes ciues Romanos. Cicero
vero perſiſtat in ſcripto legis quę loquitur ſolum de hominibus ordi=
nis ſenatorii,vt apparet in textu orationis,dicendum quod cõſtitutio
eſt legitima ex ſcripto,& ſentẽtia Itaque videamus,vt hic Cicero cau
ſam cõfirmauit ex locis cõſtitutionis illius vt fieri docet in arte. Pri=
mo enim oſtenſo,quod non ſecundum opinionem. T. Acci cauſam
ageret ex lege,ſed ex re ipſa,& quod hoc fecit voluntate Cluẽtii, Qui
non velit lege defendi,adducit locum illum communem a ſcripto di
cendum iudicium ſi in ea ciuitate quæ legibus vtatur, agatur
Dehinc locum hunc multa ratione,& exemplo corroborat. Dein=
de,vt debet ex arte vtitur illa crebra legis recitatione,& ſententiam le
gis repetit,& oſtẽdit id quod ſcriptum eſt dilucide, breuiter, commo=
de,& perfecte ſcriptum eſſe,nec alligare Cluẽtium.Deinde oſtendit
quod periculoſum ſit,& indignum a lege recedere,cum dicit Cluen=
tium , non recuſaturum, quantum ad ipſum attinet, quin ea le=
ge rationem vitæ ſuę reddat,& tamen iudices deprecatur,vt quoniam
a legibus omnia commoda ſua obtinent atque ſalutem,a legibus nõ re
cedant,quaſi

cedant,quaſi per hoc velit innuere ea quæ per leges obtinẽt ſi ab eis reſ ceſſerint amittenda fore,& admonet quam ſit indignum populum liberum,& ſolutum per paucos iudices nouis legibus alligari. Deinde eam ſententiam quæ a.T.Accio erat excogitata,& ſcripto attributa contemnit,& infirmat,cum quaſi.T.Accium deridendo eum ſic agere cauſam dicit,vt bonus diſcretusq; adoleſcens,velitq;,intelligi oẽs ciues ea lege teneri.Deinde oſtẽdit iterum quam periculoſum ſit a lege recedere,cum dicit videre ſe quãta,& quam periculoſa,& quam infinita quæſtio tentetur ab accuſatoribus,cum eam legem quę in ſenatorio ordine ſcripta ſit.P.R.transferre conentur.Deinde iterum lege recitata ſententiam eius aperit,& demonſtrat,& procedit demonſtrando,quod inconueniens ex huius legis violatione ſequatur,cum oſtendit periculum eſſe paratum.T.Accio authore omnibus,qui de plebe Romana vnquam dixerint teſtimonium,& cætera.Deinde quid iudicẽ ſequi conueniat,late pulcherrimeque demonſtrat contra id quod T.Accius dixit,ſcilicet non oportere iudicem legibus eſſe deuinctũ quibus quidem ſupradictis locis docet in arte cauſam agere eum,qui cauſam a ſcripto defendit,vt ipſe hac orationis parte pro Cluentio defendebat. Quibus de rebus mihi pro Cluentio,& cętera.Poſtquam Cicero in conſtitutione legitima & ſcripto,& ſententia demonſtrauerit Cluentium non teneri.hic ad confutandum aliqua alia obiecta regreditur,hæc autem pars confutationis multum locorum artis diſquiſitione nõ indiget,fere enim tota eſt ſimplex negatiua,& per eam magis obiecta in vitam quam in cauſam Cluentij confutantur. Habetis iudices,qui in totam vitam & cætera.Cum Cicero late ſuperius cauſam egerit Cluentianam pro purgatione criminis,de corruptione iudicij cauſam nunc eandem agere incipit per purgationem criminum veneficij obiectorum Cluentio.Itaque pars hæc confutationis,& cauſæ principalis quæ verſatur in conſtitutione coniecturali, quæ conſtitutio eſt principalis in hac cauſa,vt ſupra dictum eſt. Confutat ergo primum veneficij crimen obiectum, primo per locum a teſtibus cum.L.Plectorij ſenatoris teſtimonium adducit,eumque ſumma fide,& virtute præditum eſſe dicit,& oſtendit,vt ſcire poſſit,quia videlicet defuncti. Q. vbi fuit hoſpes in ægritudine ſic vt propter authoritatem & certiſſimam rei noticiã ſibi habẽdã fidẽ velit intelligi. Deinde hoc ipſum crimen confutat per locum a probabili cauſa cũ nullum commodum hæreditatis defuncti ad Cluentium veniſſe demõſtrat. Alterũ veneficij crimen & cætera. Confutatio, primo ve-

neficij crimen confutat hac in parte ſecũdum quod arguebatur Cluentius adoleſcentem Opianicũ veneno tollere voluiſſe,& primo confutat per locum a probabili cauſa cum demonſtrat nullam huius criminis cauſam fuiſſe Cluentio,aut incommodorum vitatione,aut cõmodorũ appetitione.Deinde per locum a ſigno confutat interrogatiue loquendo,demonſtratq; idoneã perficiendi facultatẽ in nuptijs nõ eſſe quæſitam ex tempore,& ex frequentia,& cæte.Deinde negat quẽ intercepiſſe dicebant ſubito mortuum eſſe,qui quidem locus pura negatione ſat valet(vt ait Quintilian9)ſiq; erit palã quid falſum negare ſatis eſt,vt ꝓ Cluẽtio Cicero.Cũque dixerat accuſator Epoto poculo concidiſſe , negat eo die mortuum eum,& cætera.Deinde mẽdaciũ confutat per locum a teſtibus cum teſtimonium patris defuncti adoleſcentis adducit,qui pater ſi quid fuiſſet ſuſpitioſum accuſare Cluentium veriſimiliter debuiſſet. Vnum etiam mihi reliquum,& cæte. Confutatis duobus veneficij criminibus confutat hic tertium,quo arguebatur Cluentius damnatum Opianicum veneno per.M.Aſeliũ ſubſtuliſſe , & confutat primo per locum a probabili cauſa cum nullã cauſam fuiſſe demonſtrat,vt Cluẽtius mortuũ Opianicũ eſſe vellet, aut incommodorum vitatione,aut commodorum appetitione , cum eſſet iam talis Opianicus inimicus,qui obeſſe non poſſet,& cuius vita miſerrima Cluentium delatrare deberet.Deinde confutat per locum a ſigno cum oſtendit idoneam perficiendi facultatem nõ eſſe quæſitam,tum ratione miniſtri quem dicebant fuiſſe . M.Aſelium Opianico quam Cluentio amiciorem , tum ratione modi veneficij.cum diſſerunt accuſantes datum eſſe in pane venenum,quod oſtẽdit fuiſſe difficile,vel nõ ita facile ſicut in poculo.Deinde Opianici morte narrata,vt demonſtraret nõ fuiſſe,quod aduerſarij dixerant repentinam. inde matrem Cluentij vxorem Opianici Saſiam ſuſpitione retorta, ꝑ locũ a teſtibus quomodo ex teſtimonio ſerui ſtratonis adduxerant multa ratione confutat.

CONCLVSIO.

QVOD HOC PORTENTVM DII immortales,& cætera.Cũ Cicero iam dixiſſet oĩa vitæ pericula a matre contra Cluentium comparata,nunc ad finẽ orationis id repetit,& concludens vtitur artificioſe locis amplificationis,quæ per locum communem inſtigationis auditorum cauſa ſumitur , cum oſtendit matrem illam non vulgare,ſed

gare, ſed ſingulare eſſe monſtrum, atque portentum, & enumeratione quadam vtitur multorum quæ antedixit, & in amplificatione perſiſtens oſtendit ſcelus veneficij Fabriciani conſilio Matris ordinatum. Cæterum quia finem determinatum, & certum huius orationis habere non potui, plura de concluſione non dicam, nihilominꝰ quia deſcẽdere videtur ad finem orata iam cauſa, & pars hęc locis nititur amplificationis, in quibus, vt fere materia ſæpe ab oratore cõcluditur, partẽ hanc pro orationis concluſione ſignemus.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM VT DE RELIQVA PARte Rhetoricæ videlicet de orationis Elocutione videamus de qua plane per omnia ſic dicendum hic, vt ſupra eſt dictũ, in Põpeiana ſimiliterq; de exornationibus ꝑſcrutãdũ

COLORES.

COMINETVR IN CONCIONIbus, iaceat in iudicijs, Diſſolutum eſt. Et ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa, & cætera. Commutatio eſt. Si eam ratio conuellit, & cętera. Repetitio eſt. Portum atque profugium futurum, & cætera. Tralatio eſt. Nepharijs iniurijs quotidianis inſidijs, &c. Articulꝰ eſt. Virtute, extimatione, nobilitate, &c. Articulus eſt. Mater inquam appellabatur, &c. Conduplicatio eſt. Tu illa egregia, & pręclara mater, & cætera, Permutatio ex contrario, conuenit cum tropo, qui dicitur Allegoria. O mulieris ſcelus incredibile, &c. Exclamatio. Itẽ repetitio Familię, cognationis, nominis, &c. Articulus eſt. Mulier audax, pecunioſa, &c. Articulus eſt. Inſtituit oratores, &c. Diſſolutum eſt. Vt negocium ſuſceperunt adoleſcentem inueſtiga. & cæte. Diſſolutum eſt. Nunquam ſe iudicijs, nunquam ſe legibus, &c. Repetitio eſt. Cũ armatis aduolauit quatuor, viros quos municipes fecerant ſubſtulit, & cætera. Diſſolutum eſt. Si tamen vtriuſque humanitatem conſtantiãque cognoſcit, &c. Permutatio eſt ex cõtrario. Illa autẽ nõ admiratur audaciam, &c. Diuiſio eſt. Itaque cæteri propter liberos, &c. Cõtẽtio ſententiarũ eſt. Auditis non ab inimico, &c. Repetitio eſt. Audiebãt verba multorum teſtiũ, & cę. Repetitio eſt. Et quis cum hæc cognouerit, & cætera. Interrogatio grauis & concinna. Quæ ſpecie parentis memoriã

tís memoriam nominis,& cæte. Articulus eſt. Quid de Opianico ſuſpicatum ſit videtis,&cæ. Tranſitio eſt vſque ad illũ locum,vt illum magnum,&cę. Non ille honorem a prouincia,&c. Repetitio eſt. Itaque rem cum Opianico tranſigit,&c. Diſſolutum eſt. Rem confecit prima proportione. Diſſolutum eſt. Nemo rem vllam contrahebat &c. Repetitio eſt. Omnes aſpernabantur,omnes abhorrebant,&cæ. Repetitio eſt. Pro loco pro antiquitate generis,&cæ. Repetitio eſt. Erat ipſe immani acerbaque natura,& Opianici,&c. Diſſolutum eſt Sermonem Fabricij non eſt aſpernatus,&c. Diſſolutũ eſt. Proh dij immortales Opianicum,&c. Exclamatio eſt, Quis vnquam audacior,quis nocentior,&c. Repetitio eſt. Satis arbitror demonſtratum &c. Tranſitio eſt. Timor eius,perturbatio,& cęt. Aperiebatur cauſa inſidiarum.&c. Diſſolutum eſt, Sic pugnaui,ſi omni ratione cõtendi,& cęte. Repetitio eſt. Aderat frequens,aduocabat,&c. Diſſolutum eſt. Citatur reus,agitur cauſa,&cę. Diſſolutum eſt. Erigebat animum iam demiſſum,&c, Diſſolutũ eſt. Reſpicite iudices hominum fortunas,&c. Repetitio eſt. An vero illi ſua per ſe ipſi iudicia, &c. Contrarium eſt vſque ad locum illũ,tum vero illa iudicia. Quid enim tandem illi iudices reſpõderent ſi quis,&c. poteſt dici,quod hic ſit Ratiocinatio,ſi interrogationes,& reſpõſiones hic poſitas attribuamus eidem,at ſi duobus ſecus eſſet,quia vt ait Cicero Ratiocinatio eſt per quam ipſi a nobis rationẽ poſcimus,quare quicquid dicim⁹,& crebro noſmet a nobis petimus vniuſcuiuſque propoſitionis explanationem,& cętera. Quis tantam turpitudinem.& cætera. Repetitio eſt.

Quod ſi hoc videtis quidẽ iam ,ac omni ratione, Concluſio eſt. Extat memoria, ſunt tabulę,& cętera. Hic eſt diſſolutum. Atque ego illa non argumentabor,&cæ. Occupatio eſt. Eum corrupiſſe qui in periculo fuerit,& ce. Repetitio eſt. Negate,negate inquam,&c. Conduplicatio eſt. Ad hominis agẽtis,audacis,&c. Articulus eſt. Ad excogitandũ accuratiſſimi ſimiliter cadẽs. Et duobus iugulatũ pręiudicijs &cæ. Tralatio eſt. Cũ eſſet egens, ſumptuoſus,&c . Articulus eſt. Audax,callid⁹,&c. Articulus eſt. Qui illũ veſtrũ innocẽtẽ,&c. ꝑmutatio eſt ex cõtrario dicta. Verſatã eſſe in iudicio mentionem pecunię,&c. Diſſolutũ eſt. Itẽ ſimiliter deſinẽs,vt mẽbrorũ ẽ cõparatio Conuenit cũ colore,vt comparat cũ Rythmo. Atque in hãc flãmã recentem,&c. Tralatio eſt. Sed clamore hominũ de foro , atque adeo de ciuitate &cæ. Correctio eſt, Quis tamen auderet dicere nocentem, &cæte. Repetitio eſt. Item contentio ſententiarum. Quam dies mitigauit,&c. Diſſolutum eſt. Agitis,tractatis,inquiritis,&c. Diſſolutum eſt.

tum eſt Quid albiana pecunia,& cætera. Tranſlatio eſt. Tenetur vno loco,& cę. Repetitio eſt. Item diſſolutum. Quare cum iſtinc cauſa corumpēdi iudicij, iſtinc pecunia,& cę. Repetitio eſt. Alieniſſimū ſordidiſſimum,& cętera. Articulus eſt. Præter inuidiam errorem ſuſpitionem,&c. Articulus eſt. Maximis opibus,cognatis, adfinibus,& cętera. Articulus eſt. Modeſtus,prudens,& cętera. Articulus eſt.

Non fuit illud iudicium iudicij ſimile,non fuit, Conduplicatio eſt.

Non modus eſt habitus,non mos,& cętera. Repetitio eſt. Quod homo nequam temporis,& cætera. Articulus eſt. Non dico hoc tempore iudices,& cæte. Occupatio eſt. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ,& cætera, Diſſolutum eſt. O innocentiam Opianici ſingularem,& cęte. Exclamatio eſt. Item permutatio ex contrario, ini qua flamma,turbulenta,& cætera. Articulus eſt. Aut hoc iudicium reprehendas tu cuius accuſatio,& cætera. Diuiſio eſt,& magis in vigore ſententiæ propria, quam in prolatione verborum. Alia lege certis criminibus plurimis teſtibus,& cætera. Articulus eſt. C. Scia cum A.L. Metello,& Gn. Domitio,& cę. Exemplum eſt. Vtrum quia cēſores ſcripſerint ita ſit, an quia ita fuerit illi ſubſcripſerint,& cę. Communicatio eſt. Sin ideo quia ſubſeripſerint. Diuiſio eſt. Remouent authoritates cenſoriæ,& cętera. Diſſolutum eſt. Docet quam pecuniam Cluentius dederit, quemadmodum dederit,& hic eſt color, qui conuerſio nominatur repetendo, cum ad extremum cōtinenter reuertitur. Conuenit cum ſchemate, quod anadyploſis dicitur. Cum vero eum fuiſſe Opianicum conſtabit,& cęte. Frequentatio eſt. Qui tabulas publicas,& cæte. Repetitio eſt. Nihil ſe teſtibus. Nihil tabulis,& cęte. Repetitio. Non vtique exemplorum copiam,& cæte. Repetitio eſt. Nuper hominem tenuem & cę. Exemplum eſt. De hui⁹ pudore, integritate, virtute,& cęt. Articulus eſt. Non in exemplum ſummi,& clariſſimi. P. Aphricani,& cęt. Exemplum eſt. Sed tu Accic onſideres cenſeo diligenter vtrum cenſorum iudicium &c. Diſſolutio eſt. Cum tunc populus cum populo cōcitato. Repetitio eſt. Vt mare quod ſua natura trāquillū,&c. Similitudo eſt. Hoc eñi vinculū eſt huius dignitatis, ſimiliter cadēs. Vt corpora noſtra ſine mēte,&c. Similitudo eſt ꝑ breuitatē apertius dicēdi cauſa. Itē ſentētia eſt. Legū miniſtri magiſtrat⁹,&c. Repetitio ē. Quid M. Plectori, quod. C. Flaminij,&c. Exēplū eſt in plurib⁹. Itē repetitio. Oēs viri, mulieres, liberi, ſerui,&c. Articul⁹ eſt. Itaq; abitio legē, morē Cluētio gero,&c. diſſolutū eſt. Q m̄ oia cōmoda noſtra iura libertatē,&c. Articul⁹ ē. Etiā ſis inuidioſus, aut multū offenſus,&c. Repetitio eſt. Eſt eñ ſapienter iudi.&c. Sētētia eſt. Sed hic in cōſilio legē, religionē, æquitatē, & cę.

Articulus eſt . Habetis iudices totam vitam de moribus Cluentij,& cætera. Tranſitio eſt. Apud hũc illæ Romæ habitauit,&c. Diſſolutum eſt. Pater pater inquam illius adoleſcentis, Conduplicatio eſt. Sed homines inimicos ſuos morte adfici volunt,& cætera. Diuiſio eſt. Damnati,exules,deſerti,& cætera. Articulus eſt. Nemo recipere tecto,& cætera. Repetitio eſt. Poſt mortem eius Saſia nepharia mulier,& cætera. Diſſolutũ eſt. Ex omnibus ſeruis Stratonem illum dilexerat,& cætera. Diſſolutum eſt. Tu periculum capitis,& cætera. Repetitio eſt. Voluerit,optauerit,& cætera. Articulus eſt. Mitto illam primam libidinis iniuriam & cætera. Occupatio eſt. Item repetitio. Item diſſolutum . Itaque apud cæteros nouis inter propinquos,& cætera. Contentio ſententiarum eſt. Cæteri nouis adfinitatibus,& cætera. Contentio ſententiarum eſt.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO QVINTIO,

CORNELIVS QVINTIVS ET Sextus Neuius Romani ciues ſocietatem inierunt certarum rerum,quas in Gallia poſſidebant. Qu. ſtante illa ſocietate defuncti hæreditas illa venit ad P. Qu. fratrem ſuum,qui P. Qu. cum vellet rationem ſocietatis inire cum Neuio a quo fuerat præter ſpem de promiſſa quadam pecunia deſtitutus,magna cum fraude circunuẽtus a Neuio. Nam cum adinuicẽ pro illa ratione pecuniaria litigarent, fuiſſentque de communi voluntate vadimonia diſſoluta,& Quintius iter cæpiſſet in Galliam,Neuius a prætore poſtulauit,vt ſibi ex prætoris edicto bona Qu. poſſidere liceret, quia deſeruiſſet ſibi vadimonium Quintius quod Neuio prętor iniuſte conceſſit Alpheno procuratore cauſam Qu. defendente. Fuit etiam Quintius ipſe quum primũ in Galliam venit eiectus per vim manu ſeruorum communium a fundo Gallicano,volebat igitur Neuius bona Quintij tenere & poſſidere,& in ipſis ius ſuũ eſſe dicebat,quia per. xxx. dies poſſideret ex prætoris edicto. cauſam autem Neuij Qu. Hortenſius,& L. Philippus multo cum fauore defendebant, cõtra quos Cicero pro P. Q. perorauit hac elegantiſſima oratione.

Genus

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

h AEC ORATIO EST IN IVDIciali genere conſtituta, habet enim hęc cauſa petitionē cum defenſione. petebat enim Neuius bona P. Qu. retinere tanquam ex prætoris edicto poſſeſſa, & a poſtulatione, Q. a Cicerone hac oratione defenditur, demonſtratiuum quod in laude Q. & vituperatione Neuij habetur, eſt incidens. Nam refertur ad principale propoſitum defenſionis.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

HAC IN CAVSA NEVIVS ſe iure feciſſe qđ i bonis Q. fecerat adſerebat, contra vero Qu. non iure, ſed iniuria feciſſe dicebat. Nec defenſionem extraneam Neuius adſumebat. Nam ratio illa deſerti vadimonij per quam cauſam fundabat Neuius non dici debet defenſio extranea, ſed potius ratio cauſę Niſi enim ſic eſſet in omnib⁹ ſimilib⁹ cauſis nulla eſſet conſtitutio iuridicialis abſoluta, ſed eſſet quęlibet adſumptiua ſi ratio quæcunque defenſio diceretur extranea, non autem eſt defenſio extranea, niſi aut per conceſſionem & ſub ea præſertim purgatione. Nam deprecatio non proprie defenſio dici poteſt, aut per remotionem criminis, aut tranſlationem criminis, aut comparationē, hę quidem ſolę ſunt defenſiones extraneę, reliquæ vero rationes quæ ab oratoribus adducuntur ad cauſas diuerſarum cōſtitutionum rationes proprie cauſarum appellari conuenit, & huiuſmodi eſt ratio deſerti vadimonij adducta per Neuium propria ratio cauſę ſuę, non extranea a defenſione, quod cum ita ſit cū videlicet confeſſio facti ſit, & adſertio iure facti, quia Neuius cōfitetur ſe in bona Quintij pretorio edicto immiſſum, & adſerebat iure immiſſum ſine adſumptione de-

fenſionis extraneæ. Quintius vero id iniuria factum dicit, manifeſtũ eſt, quod conſtitutio cauſę in qua hęc habetur oratio eſt abſoluta iuridicialis, in qua quæri conuenit (vt ait Cicero) iure ne ſit factum, vt in hac cauſa, & quęſtione Quintiana fit.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE MEMORIA pronunciatione hic eſt dicendum, vt ſupra in Pōpeiana eſt dictum, ſed diſpoſitio hic eſt in partib9 orationis ab inſtitutione artis profecta. Primo cōponit exordium. Deinde narrationem, deinde diuiſionem, deinde ſimul confirmationem, & confutationem, quarum duarum partium adiunctione dici mutata nōn debet diſpoſitio naturalis, raro enim contingit, vt vnam ſine altera ponamus, ſunt enim loci vtriuſque fere ijdē, hoc differentes, quod in altera parte adſeueratiōe firmantur, in altera diſſolutione tolluntur, deinde ponit Epilogum concluſiuum orationis.

DE PARTIBVS ORATIONIS EXORDIVM.

QVAE DVAE RES & cætera. Hic incipit oratio & orationis exordium, pro cuius diſquiſitione primo genus cauſæ conſiderandum, quod dicimus dubium eſſe, ante enim rem vltimo iudicio iudicatam, licet appareat Cicero defendere quod videatur ab omnibus defendendum, & oppugnare quod videatur ab omnibus oppugnandum, dici tamen debet dubium genus cauſæ cum pręſertim & honeſti viri. Qu. Hortenſius & L. Philippus defendebant Neuium, & Neuius ipſa prętoria authoritate poſſidere ſe dicat. In dubio itaque cauſæ genere, vt ex arte debuit, iudices ſtudet hoc exordio cauſæ ſuę beneuolos compa rare, primo enim beneuolentiam captat a perſona aduerſariorum eos trahendo in inuidiam, cum prętogatiuas ipſorum late commemorat, tum ex parte eloquentię Neuianę, & ſua detrimenta lamentatur, tum ex parte anguſti tēporis, quod ſit arctatus in cauſæ præuiſione, quib9

deinde

deinde rebus poſtulat merito,vt verba ſua audiant meliori mente iu=dices,cauſam reddens,vt ſcilicet veritas debilitata æquitate talium hominum recreetur,per hoc etiam a perſona iudicum ſibi beneuolentiã comparando captat,& cætera.Deinde pulcherrime a perſona aduerſariorum trahendo eos in inuidiam,cum appellãs iudices proponit illã conditionalem,quod ſcilicet nullo fuiſſe præſidio videantur contra vim,& gratiam ſolitudinis atque inopiæ,& cætera.Procedendo enim ſic innuit apud aduerſarios eſſe vim atque potentiam,a perſona vero ſua pauptatẽ,ſolitudinẽ,atque inopiam. Deinde beneuolentiam ca=ptat a perſona iudicum,cum excuſando metũ Quintij dicit.C.Aquilio prępoſito iudice non venire ſibi in dubium fidem eius atque con=ſtantiam , & reliquos iudices appellat electiſſimos Ciuitatis . In=que his debere habere ſummam ſpem Quinti. confitetur. Deinde a perſona aduerſariorum ipſos in iuidiam trahendo beneuolẽtiã captat, cum dicit Sextum Neuium aduerſarium verbo eſſe,re vera homines potentiſſimos,atque horrentiſſimos ciuitatis,vt vult Cicero maifeſto iudicibus apparere his adiumentis Neuium magis quam veritate cõfidere,deinde captat beneuolẽtiam a perſona Quintij eius incommoda proferendo,cum oſtendit iniuriam factam Quintio in eo quod orator ipſum defendens cogatur primo loco dicere, & alia lamentatur detrimenta propter aduerſariorum potẽtiam ſibi ineſſe,& prolatis in=commodis ſimul oſtẽdit.Quintium in alijs ſpẽ non habere,quam in C.Aquilio.Cæteriſque iudicibus illius cauſę,cum ipſum adflictum, & adfectum malis dicit ad ſuam fidẽ miſericordiãque cõfugere, cum ſibi non fuerit adhuc æquus magiſtratus,aut agendi par poteſtas, ſi=mulque orat iudices,vt agitatam æquitatem illo in iudicio conſiſtere patiantur,in qua quidem vltima particula captare videtur beneuolentiam etiam ab ipſorum iudicum perſona,cum innuit in eis ſolã ſpem obtinendæ iuſtitię remanſiſſe. Verum pro maiori niſus eſt in hoc ex=ordio aduerſarios reddere inuidioſos,& ſic de hoc exordio breuiter di=ctum ſit.

NARRATIO.

CORNELIVS QVINTIVS & cætera. Hic eſt narratio pars vna orationis,& eius generis quod pertinet ad eas cauſas de quibus iudicium eſt futurum , in qua quidem narratione nihil non trahit ad vtilitatem ſuam Cicero cauſa vincen=di,vt eſt facile in oratione videre,& eſt breuis,dilucida,&

cída,& veriſimilis,vt debet eſſe laudabilis & artificioſa narratio.Incipit em̃ narrare vñ erat neceſſe, nec ab vltio initio repetiuit.Nã a ſocietate contracta per.C.Quintium,& Neuium,cuius ſocietatis neceſſaria noticia erat,incepit,& vſque quo opus erat proſecutus erat,vſque ſcilicet ad hoc iudicium.C.Aquilij in ea cauſa conſtitutum,nec vtitur tranſitionibus nõ neceſſarijs,nec deerrat ab eo quod incipit exponere,nec bis aut ſæpius idem dicit,& breuiter omnia facit,quib9 ipſa narratio breuis fit,dilucida,& veriſimilis,vt videre ꝑfacile eſt cõſiderãti narrationem & documenta narrationis in arte.,

DIVISIO.

VERVM QVONIAM TIBI INſtant,&c.Hic eſt diuiſio pars vna oratiõis qua hic vſus eſt Cicero ſecundum eam ſuam ſpeciem quę expoſitio nuncupatur,exponit enim hac in parte breuiter & abſolute quid ipſe acturus ſit,vt ſit videlicet oſtenſurus cauſam non fuiſſe,cur a prætore Neuius poſtularet,vt bona.P.Qu.poſſideret. Deinde ipſum ex edicto poſſidere non potuiſſe. Poſtremo nõ poſſediſſe.Hic enim terminus totam ſuam eſt complexus orationem,& vt ipſe teſtatur hos ipſe ſibi circũdedit,ne extra hos cancellos euagaretur oratio.Partes enim expoſitionis generales ſunt termini dicendorum,ſub quarum partium vnaquaque plures quęſtiones poſſunt contineri.Nam ſi omnes explicarentur in partitione auerterent animos auditorum a cauſa taliter ornata,vt enim ait Martianus in ſua Rhetorica capitulo de partitione,talis eſſe debet partitio,vt ſingulæ partes eius plurimas in ſe quæſtiones contineant.Nam ſi fuerit per incidentes quæſtiunculas deriuata eneruabitur ipſa partitio, etiam ex hoc reddent iudices rerum copiam fugiendam, ponens ipſe exemplum de hac partitione ſubiungit, ideo Tullius in Quintiana ſic partitus eſt,vt ſingula capitula plures quæſtionum articulos contínerent,& ei primo iſtud non fuiſſe cauſam poſtulandæ proſcriptionis,vide quanta contineat,quod pecunia debita Sexto Neuio nõ fuerit,& aliter agi oportuerit,quod.Qu.Vadimonium non deſeruit,ſecũdum quod videlicet ex edicto poſſidere non potuerit,quod & procuratorem habuerit,& abſens defenſus ſit,& nõ latitauerit & cæteri creditores Quintij ſint,& quod ante miſſum fuit,vt fundo communi expelleretur,quam proſcriptio eius imperaretur,& cæte.Hæc ille,vtitur etiam enumeratiõe vtens vocabulo numerali,cũ dicit nego fuiſſe

cauſam cur poſtularet, nego ex edicto poſſidere potuiſſe, nego poſſe-
diſſe, hæc tria cum docueris perorare, & hæc connumeratio, vt debet
ex arte non plus quam tria continet, vt vides, quod ait Martianus.
Animaduertis corpus orationis totius per hęc tria lineamenta dige-
ſtum eſſe.

CONFIRMATIO ET CONFVTATIO CONIVNCTA.

NON FVIT cauſa, & cætera. Hic eſt con-
firmatio cū confutatione cōiuncta permixta,
quas hac oratione coniunxit, quia ipſę natura
cōiunctæ ſunt, vnde cum de vtraque permix-
tim tractauit in arte, & etiam talem modū cau
ſa iſta poſcebat, in qua nunc, vt actor impro e
rat acta per Neuium, nunc vt reus Neuiana s
fallacias repellit a Quintio, modum etiā hūc
agendi omnes defendentium orationes patiū-
tur, ſed videamus vt hæc pars eſt eleganter tra
ctata per locos ſuæ conſtitutionis, videlicet iuridicialis abſolutæ, pri-
mo enim vide primā expoſitiōis partē videlicet nō fuiſſe cauſam cur
Neuius poſtularet, & cætera. Arguit & demonſtrat per locum a cau-
ſa, cum cauſam omnino fuiſſe nullam, quia debitum non fuiſſe, debi-
tum vero non fuiſſe neceſſe eſt, demonſtrat per cōiecturales locos, vt
facit egregię. Vnde hac in parte concidit coniectura in qua ſubtili ar-
gumentatione verſatur per locum ab argumento demonſtrans non de
buiſſe Quintium Neuio, qui in multa petendi occaſione non petijt.
Nec vllius vnquam debiti verbum fecit, & quæ contra, vel a Neuio
dicebātur, vel dici potuiſſent multa ratione confutat, deinde ad Aqui
lium verſus, & ſubito poſt Hortenſium poſtulans, vt de re pecuniaria
iudicium ante fiat ſine periculo fortunarum, confutat id quod Ne-
uius dicere videbatur, hęc ſcilicet immo inquit abs te ſatis accipiam,
& cōfutat per locum a bono, & æquo, cum ſatiſdationem illam innuit
eſſe iniquam qua ſatiſdet Quintius. Neuius vero non interrogatiue
dicens quis tandem nobis iſta iura tam æqua deſcribit, quis hic ſtatuit
quod æquum ſit in Quintium, id iniquum eſſe in Neuium? deinde
iterum ſe conuertit ad probandum non fuiſſe cauſam cur poſtularet,
quia non fuit debitum, & hoc multa arguit ratione.

Quod ſi debuiſſet, & cæte. Poſtquam ſuperius Cicero primam illam
diſpoſitionis

diſpoſitionis partem confirmauit oſtendens nil Neuio Quintium debuiſſe,& hæc coniecturaliter demonſtrando,nunc proſequitur partē eandem diſpoſitionis eam ſcilicet non fuiſſe cauſam cur Neuius poſtularet,vt bona Quintij poſſideret,confirmando per locos proprios principalis conſtitutionis in cauſa,hæc eſt iuridicialis abſoluta.Nam dato,& conceſſo quod debuiſſet Quintius Neuio,& quod vt Neuius adſerebat ſanctū ſibi feciſſet vadimonium,arguit non feciſſe, tamen cauſam,vt Neuius poſtularet,&c.Et arguit hic elegantiſſime per locum a iure naturæ,cum demonſtrat quanta fuerit eius impietas in ſocium,& adfinem,in eo quo Neuio humani⁹ facere debuiſſet,ſic vt cū multis rationibus oſtendat ius naturæ violare non debuiſſe,quod ius vt ipſe inquit in arte,eſt quod aut cognationis,aut pietatis cauſa obſeruatur,hoc ergo iure attento demonſtrat non fuiſſe cauſam Neuio,vt poſtularet & cætera.Quod idem arguit etiam per locum a conſuetudine,quid in cauſa ſimili boni viri facere conſueuerant,quia oīa prius experiri malūt,quam ad illud extremum auxilium deuenire,ad finē vero partis huius confirmatoriæ argumentum efficaciſſimum reſeruauit,vt docet ipſe in arte argumenta debere diſponi,vt ſcilicet meliora in principio,& fine collocentur,mediocria,& non tātum vtilia per medium diſpergantur,hoc vtique argumentum huius partis in fine collocauit,quod eſt eo die quo Neuius dicit Vadimonium eſſe factū Quintius adſerat ſe probare eo die nō fuiſſe ſe Romę.poſito ergo hoc argumento quo merito debeat iudices commouere,vt eos vehementi⁹ accendat,ſibique conciliet elegantiſſime exaggerando materiā Quintianam petitionem iuſtiſſimam ponit in fine.

Docui quod pollicitus ſum,&cætera. Hic eſt Epilogus confirmationis antehabitæ,& cætera. Attende nunc ex edicto,& cætera.Confirmata prima diſpoſitionis ſiue enumerationis parte,ſupereſt hic reliquum confirmare quod ſequitur.Intendit itaque mōſtrare Sextum Neuium.P.Qu.bona nullo modo poſſidere,quod arguit per locum a lege,cum legem tractat edicti prætorii oſtēdens in eo edicto.P.Quintium non poſſe comprehendi,& per conſequens ex eo dicto bona ſua poſſidere non potuiſſe.Deinde quod Neuius adſerebat Quintium iudicio non fuiſſe defenſum,& idcirco prætoris edicto bona ſua legitime poſſideri confutat Cicero,& mōſtrat Quintium ab Alpheno procuratore fuiſſe defenſum,& per conſequens prætoris edicto bona ſua non eſſe poſſeſſa,quod totum trahitur ex loco a lege cum liquido demonſtratur legem edicti prætorij Quintio non obeſſe,cum fuerit ab Alpheno defenſus,& quę de appellatione tribunorum,& obiectione potentiæ illorum obijciebat Neuius. Confutat Cicero,vt defenſus

Quintius videatur,& ſic edicto prætorio ipſum offendi non poſſe. Deinde improperat factum Neuij per locum a iure naturę,quod adfinis,& ſocius id feciſſe dicatur,quod alieniſſim⁹ nemo fecit,&c. Deinde arguit per locũ a conſuetudine,ſiue lege Romana,edicto prætoris Neuium non poſſediſſe,cum arguatur non probaſſe per teſtes ſibi vadimonium fuiſſe deſertum,& reliqua,quæ lex ſiue conſuetudo requirit,vt latitationem abſentis,& fraudem,& cætera. Deinde oſtendit ex teſtimonio ipſiuſmet Neuij ſe nõ poſſediſſe,& cætera. Deinde diſerte pertractat quoddam efficaciſſimum argumentum,quo oſtẽditur non edicto,ſed vi Quintium eſſe deiectum,aut nuncium vnum biduo ſeptingenta paſſuum millia confeciſſe,quod cum ſit impoſſibile reſtat vt Quintius ſit vi eiectus,& cætera. Deinde rediens ad edictum arguit non poſſediſſe Neuium,& arguit per locum a lege cum oſtendit ipſum non obſeruaſſe legem edicti,qui e fundo dominum vi detruſit,& ſic ipſum omnia non iure,ſed iniuria feciſſe demonſtrat,qui cum poſſet ad ſuũ venire facilius ſi quid ei debitũ fuiſſet a Quintio,omnia potius difficillima iudicia pretentauit.

EPILOGVS.

OSTENDI QVAM MVLTA quando fieri,& cętera. Poſtquam Cicero ſuperius late diſſeruit confirmando,& confutando,hic deſcendit ad conſtitutiones orationis,& primo eſt vſus Epilogo per enumerationem omnium argumẽtorum ante factorum,per quam enumerationem ſumma cũ arte colligit ea de quibus verba fecerit argumenta ſic breuiter,vt res noua,& non reintegrata oratio viſa ſit,& ordine quicquid dictum erat retulit,fecitque diligenter,vt fieri debere docet in arte.

CONCLVSIO EX COMMISERATIONE

NVNC CAVSA perorata,&c. Superius immediate Cicero vſus eſt enumeratione,nunc vtitur concluſione,quæ conſtat ex commiſeratione & ex calamitate Quintij iudices vt cõmoueat ad miſericordiã,& hoc agit egregie ex locis cõmiſerationis,qui ab ipſo in arte tractantur,vt intuenti videri perfacile poteſt.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE reliqua parte rhetoricæ, videlicet elocutione orationis videamus, de qua plane per omnia ſic dicendum, vt diximus in Pōpeiana, & de huius eſt ſimiliter exornationibus perſcrutandum.

COLORES.

HOMINES DISERTISSIMOS, fortiſſimos, & cætera. Articulus eſt. Qui cōmuni ſtudio, ſummis operibus, & cætera. Articul9 eſt. Ita fit, vt ego qui tela depellere, &c. Tralatio eſt. In tuam C. Aquili fidem, veritatem, miſericordiā, &c. Articulus eſt. Nomen in ius par non agendi poteſtas, &c. Repetitio eſt. Tollitur ab atrijs Licinijs, & cętera Diſſolutum eſt. Ibi cum vir optimus Sextus Neuius, & cætera. Permutatio eſt ex contrario. Authorem velle facere deſtitit, & cætera. Diſſolutum eſt. Quintius porro iſtum poſſe facere videatur, & cæte. Diſſolutum eſt. Tum iſte vir optimus, & cætera. Permutatio eſt ex contrario.. Deteriore tempore abſens auctionatum, & cætera. Diſſolutum eſt. Diſceditur poſtulat, & cætera. Diſſolutum eſt. Et enim ſi veritate amicitia fide, & cętera. Articulus eſt. Item cōcluſio. Ami cum ſocium adfinem, & cęte. Articulus eſt. Libellos ſex Alphenus procurator, & cętera. Diſſolutum eſt. Quintius interea contra ius conſuetudinem, & cætera. Articulus eſt. Venit Quintius Romam, vadimonium ſiſtit, & cætera. Diſſolutum eſt. Bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, & cætera. Articulus eſt. Nihil petijt, quieſcit conditionibus hunc quoad poteſt perducit, & cætera. Diſſolutum eſt. Decernit quam æquum nihil dico, & cæte. Significatio eſt per abſciſſionem. Recuſabant qui aderant, & cætera. Quintio, & cętera. Diſſolutum eſt. Sponſionem facere maluit, fecit, & cætera. Diſſolutum eſt.

Nego fuiſſe cauſam cur poſtularet, & cęte. Repetitio eſt. Non fuit cauſa cur poſtularet, & cætera, Ratiocinatio eſt. Quis tam diſſolutus in re familiari, & cætera. Repetitio eſt. Certiorem faceret appellaret rationem adfert, & cætera. Diſſolutum eſt.

Quod viri optimi faciunt ſi quis vos, & cætera. Contrarium eſt. Ita credo hominem propinquum, tui obſeruantem virum bonum, &c.

num,& cæ. Articulus eſt. Homo timidus virginali verecundia,& cætera. Permutatio ex contrario eſt. Si debuiſſet Sexte petiſſes,&c. Gradatio eſt. Cum hominem nomino ſatis mihi videor dicere,&c. Significatio per ambiguum. Appellandi tempus non erat,& cæte. Subiectio eſt. Si negligentiam dicis mirabuntur,& cætera. Diuiſio eſt. Quid hæc quo pertinet onus ad tuum,& cætera. Subiectio eſt.

Poſſimus aliquando depoſitis armis,& cætera. Repetitio eſt. Qui inter tot annos reappellarit,quod Quintium,& cætera. Repetitio eſt. Nihil hoc tanto negotio,& cæte. Repetitio eſt. Poteentes diſerri nobiles omnes,& cætera. Articulus eſt. Minæ locentur pericula intendantur,&c. Diſſolutum eſt. Etenim mors honeſta,& cætera. Cō mutatio eſt. Item ſententia. Cum poſſet perdere pepercisse,&c. Cō mutatio eſt. Domus eius vxor liberi,&c. Commutatio eſt,& articulus. Audacem cupidum perfidioſum,& cætera. Articulus eſt. Do cui quod primum pollicitus ſum,& cætera. Tranſitio eſt. Debere tibi dicis. Quintium,& cætera. Diſſolutum eſt. Credo aliquando eiectum,& cætera. Articulus eſt. Item permutatio ex contrario. Ingenio vetuſtate artificio,& cætera, Articulus eſt. Eloquentiam grauitate honore,& cætera. Articulus eſt. Excellens ingenio nobilitate extimatione,& cæte. Articulus eſt. Vnus fuit adfinis, ſocius neceſſarius.& cætera. Articulus eſt. Vadimonium mihi deſeruit fraudauit, & cætera. Diſſolutum eſt. O rem incredibilem,o cupiditatem incō ſideratam,& cætera. Exclamatio eſt. Eſt quædam tam perſpicua virtus,& cætera. Sententia eſt. Quid hæc arma?quid hæc extimatio, & cætera. Repetitio eſt. Quid facias diffinit te inſtituit, & cætera. Diſſolutum eſt. Eum ipſum qui fraudanti cauſa,& cætera. Repetitio eſt. Mitto illud dicere enim qui non latitauerit,& cætera. Occupatio eſt. Cui Romæ domus vxor liberi ptocurator eſſet,& cæt. Articulus eſt. Oſtendi quā multa ante fieri,frequentatio eſt vſque ad locum illum nunc perorata prius huius inopia poſſit ad miſericordiam & cætera. Contentio eſt. Contra ſibi officium fidem diligentiam,& cætera. Articulus eſt. Scilicet viuere enim,& cætera. Repetitio eſt. Ab ipſo repudiatus,& cætera. Hic eſt color permiſſio cum oſtendit ſe Quintium tradere,& permittere alterius poteſtati. Ne is cuius officio nemo vnquam,& cætera. Repetitio eſt.

ARGVMENTVM ORATIONIS PRO LAELIO FLACCO.

LVCIVS FLACCVS CIVIS ROmanus vnus de auditorib⁹ Ciceronis & defenſoribus patriæ in coniuratione Catilinæ, fuit prætor in Aſia, & cum expleta prætura e prouincia diſceſſiſſet, Romamque veniſſet. D. Lælius Flacci inimicus illos homines Aſiaticos excitauit, vt Romam venirēt ad accuſandum. L. Flaccum, qui venerūt, & eū de varijs auariciȩ criminibus accuſauerūt, vt quod impēſa inutili remigum oneraſſet ciuitates, & quod nonnullis indebite prouincialibus ac Romanis pecuniam abſtuliſſet. Huiuſmodi itaque accuſatus criminibus Flaccus, & Grȩcorum atque Aſiaticorum quorūdam teſtimonio læſus a Cicerone hac notabili oratione defenditur.

GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.

HAEC ORATIO EST IN IVdiciali genere cōſtituta. Habet enim hæc cauſa accuſationem cum defenſione. Accuſatus enim. L. Flaccus a Lȩlio, Nam græci & Aſiatici magis teſtium quam accuſatorum prȩ ſe ſpēm ferunt, defenditur a Cicerone.

CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.

CONSTITVTIO IN QVA hæc habetur oratio coniecturalis eſt. Nam fere omnia quæ Flacco obiecta ſunt per negationem ſimplicem depelluntur, alicubi tamē factum non negatur, ſed iure factum dicitur, bene conſtitutio tūc mutatur, variat enim cōſtitutionem iſta depulſio, ſed per orationis partes omnia explicantur, & vnaquæque cōſtitutio ſuo loco monſtrabitur, hoc tantum dicatur in prȩſens quod in coniecturali conſtitutione principali fundatur oratio.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.

DE INVENTIONE MEMORIA & pronunciatione hic eſt dicendum, vt ſupra eſt dictum in Pompeiana, ſed videamus huius orationis diſpoſitionem, quæ quidem hic eſt non ab inſtitutione artis profecta, ſed ad caſum tẽporiſ oratoris iudicio accommodata, nõ enim niſi quatuor orationis partibus vſus eſt. Nam exordium ponit primo, deinde diuiſionem, deinde confutationẽ, deinde concluſionẽ.

DE PARTIBVS ORATIONIS,

EXORDIVM.

CVM IN MAXIMIS PERICVLIS huius vrbis, &c. Hic exordium cum oratione incipit quod eſt ex arte accõmodatum egregie, genus autem cauſę eſt dubium, cum accuſatio in Flaccum crimen auariciæ videatur adferre, & exinde cauſa partem turpitudinis videri poſſit habere, altera vero parte ſit ſumma honeſtas Flacci & integritas patriæ iam cognita. Vnde genus cauſæ ſit dubium ante pręſertim quam fuerit in cauſa vltimo iudicio iudicatum. Cum igitur dubium genus ſit eſſe debet exordium principaliter beneuolentiæ captatiuum, & ita egregie a Cicerone cõfectum eſt, vt poſſumus videre perbreuiter. Captat enim primo beneuolẽtiã a perſona Flacci & ſua qualis fuerit vterque in rem publicã, & in eos qui audiunt referendo, dũ ſignificat ſe cum. L. Flacco ſimul in maximis vrbis Romæ periculis, in grauiſſimo atque acerbiſſimo reipublicæ caſu cędem ab adiutoribus, cõiugibus, liberiſque ſuis, vaſtitatem a templis delubris vrbe atque Italia depulſiſſe, per hoc dicẽs ſe ſperaſſe potius honoris. L. Flacci adiutorem futurum quam miſeriarũ deprecatorem, & ille etiã velut ex cõmemoratione inſperati incõmodi, cũ eſſet miſeriarum deprecator hac in cauſa non adiutor bonorũ iudices a ſua perſona beneuolos ſibi facit, nam, vt docem⁹ in arte, beneuolentiam a noſtra perſona captabimus, ſi noſtra incommoda proferemus,

vtitur coniecturæ,& quoniam accuſantes ſuam cauſam confirmationemque fundauerant per locum a teſtibus,quos ex Aſia adduxerant contra Flaccum,opus fuit vt Cicero eorum dicta refelleret per locum pręcipue contra teſtes,quod facit egregie. Vtitur enim primo argumēto illo quod ipſe in arte docet ab argumento,& ſignis contra teſtes opponi. Nam ſic incipiens confutare multa cum elegantia verborum vim illius loci communis adſumit,videlicet plus oportere credi argumentis,& ſignis quam teſtibus,nam admiratiue quęrit a iudicibus an credituri ſint teſtibus ignotis nihil ipſa cōiectura iudicaturi in eo pręſertim cuius vitæ innocentiſſime multa ſunt ſigna & argumenta, vt ipſe oſtendit cum ante actam ab eo vitam in officijs alijs cum multa laude commemorat,quod totum ad id refertur,vt credi debitum videatur his argumentis & ſignis, non teſtibus.

AT QVOS TESTES, &c. Poſtquam Cicero demonſtrauit nullis omnino teſtibus eſſe potius quam Flacci vitæ credendum,hic oſtēdit hos pręſertim teſtes refutandos. Arguit itaque contra teſtes generaliter talium in dicendis teſtimonijs inconſtantiam demōſtrando,cum dicit teſtes gręcos eſſe,& illitteratos,& leues,& impudētes,& cauſis varijs concitatos. Cunque inuehit in vniuerſum genus græcorum teſtium oſtendendo eos nunquam religionem,& fidem in dicendis teſtimonijs coluiſſe,ſicut Romani colunt,ſemper eos impudētiſſimos teſtes fuiſſe,& infames ipſo prouerbio,deinde recitato inſidioſo accuſatoris modo & inquiſitione per ipſum habita contra Flaccum, oſtenſaque græcarum nationum natura teſtimonia ita confutat, vt oſtēdat illa non eſſe nec debere teſtimonia vocari . Deinde arguens contra crimen ipſum id egregia ratione confutat,cum demōſtrat nullā ſurripi potuiſſe pecuniam,cum ipſam in ærario non habeant ciuitates nec tributo impoſita appareat,nec verſura collecta cum nullæ creditoris tabulæ proferantur,quas tamen ſi proferrētur multa ſuſpitione cōmaculat,teſteſque ipſos multis argumentis oſtendit cupide dicere atque mentiri,ita vt eorum dicta,& illa ſophiſmata ciuitatum nullatenus pro teſtimonijs habenda videantur,quæ omnia induxit ſumma cum arte,& elegantia orationis ad confirmandum locum illum contra teſtes, quo maxime loco hac egebat in cauſa.

ETIAM IAM VNIVERSA iſtorum,& cætera. Poſtquam ſuperius Cicero vniuerſaliter confutauit teſtimonia leuiſſimę nationis, hic crimen vnum a prouincia Aſia obiectum Flacco confutat. Crimen erat huiuſmodi, quod Flaccus videlicet inutili impenſa remigum prouinciam Aſiam oneraſſet. Itaq; propter depulſionē Flacci ad huiuſmodi intētionem, quæ intentio eſt iniuria remiges imperaſti. Depulſio vero, iure imperaui. Conſtitutio iuridicialis hic incidit, fatetur enim feciſſe, & iure feciſſe defendit quod vt poſſet Cicero iudicibus demonſtrare, tria habuit confutare quę obijci potuiſſent. Potuiſſet enim obijci iniuria ipſum remiges imperaſſe, quia non licuiſſet imperare. Item quia non fuiſſet opus imperare. Item quia nauis nulla nauigaſſet, hæc tria triplici conſtitutione confutat, primum in iuridiciali abſoluta, cum dicit iure feciſſe, quia licuit, licuiſſe autem per locum a lege demonſtrat, quia ſenatuſconſulto &c. Secundum vero in iuridiciali adſumptiua ex cōparatione, cum hanc agitet cōtrouerſiam, fuerit ne vtilius remiges imperaſſe vel nō, in qua quidem conſtitutione cum quęri ex arte conueniat de eo quem oportuerit iudicare, an fuerit vtilius, quærit hoc Cicero vtrum ſcilicet Græci ſtatuēt, & exteræ nationes, an prætores imperatoreſque Romani, vt oſtendat ſcilicet non prouincialium, ſed ipſius. L. Flacci hoc proprie fuiſſe iudicium. Deinde oſtendit fuiſſe honeſtius, atque venuſtius remiges habuiſſe propter dignitatem, & ſplendorem populi Romani, deinde arguit vtilius fuiſſe propter præſidium, quod multis argumentis oſtendit, & in contrarium obiecta confutat, ſic vt appareat opus fuiſſe ipſum remiges imperaſſe. Tertium autem agit in conſtitutione coniecturali, Claſſem videlicet ad tutelam & pręſidium nauigaſſe, quod per locum a teſtibus probat, & vt nulla fraudis ſuſpitio maneat impurgata, quod de numero nauium, & de deſcriptione equabili ſumptus obijci poſſet purgat.

SED QVONIAM DE TOTIVS communis Aſiæ,& catera. Cicero proſequens ſuam confutationem in conſtitutione coniecturali. poſtquam confutauit crimen a tota Aſia obiectum Flacco, cōfutat eidem obiecta crimina ſpecialium perſonarum, & arguit per locum contra teſtes ſingulorum vitæ turpitudiném detegendo,

& oſtendendo

& oſtendendo eos cupide dicere atque mentiri, quoniam autẽ cauſa ſua multum lędebat a teſtibus in multa teſtiũ reprobatione cõſiſtit.

ITAQVE ciuitatis prudentis, & cæte. Quia hac in parte ita confutat, vt confiteatur, quod ei de pecunia collata ad honores patris obijciebatur, & ſe id iure feciſſe defendit, quia illam ſibi pecuniam accipere licuerit, conſtitutio variatur, & fit iuridicialis abſoluta.

ASPICIANT HVNC florem, & cætera. Parumper aduerſarijs ſcelere notatis infami, vt in eos odium iudicum irritaretur, vt appareat nõ omnes exteras ciuitates inimicas Flacco eſſe, ſed leues tantum, & male inſtitutas, bene autem moratas & nobiles Flacco fauere, eas quę pro Flacco ſunt numerat, vt oppoſitis grauiſſimis contra leuiſſimos, probatiſſimis, contra infames cauſam ſuam per locum a teſtibus, & contra teſtes extollit ac roborat.

SEQVITVR auri illa inuidia, & cętera. Hac in particula dum crimen de auro refellit incidit conſtitutio iuridicialis abſoluta. Nam Flaccum iure feciſſe demonſtrat, vt patet in litera orationis.

VENIAMVS IAM ad ciuium Romanorum, & cæ. Hac quoque in parte iuridiciali abſoluta cõſtitutiõe agit cauſam contra obiecta aliquorum ciuium Romanorum, cum oſtẽdit Flaccum iure feciſſe, quod fecerit, tum in cauſa Deciani, tum in hęreditate Valeriæ Sextilij vxoris, tum in cauſa liberti Lucronis villicique Septimi.

AT FALCIDIANVM crimẽ eſt ingẽs, &c. Hic cum obiectum per falcidij epiſtolas crimen neget, teſtimoniumqꝫ refellat voraciſſimi hominis cauſa ad coniecturalẽ conſtitutionem tracta eſt, & per locum contra teſtes argumentum eſt ſumptũ.

SED QVID ego de epiſtolis, & cętera. Pars hęc eſt a cauſæ conſtitutione remota, & egreſſiua, ſed ſummo artificio collocata. Nam hic Cicero aduerſarios ducit in odiũ, & exẽpla proponit quorũdã qui exigente. R. P. ſtatu abſoluti fuerũt, quaſi per hoc innuens immo clare ſignificans abſolutionem Flac

ci ad ſtatũ

ci ad ſtatum communem,& publicum pertinere.

CONCLVSIO.

ET SI PRODESSE LAELIO Flacco,& cætera, Ab hac parte pręcipue incipit iudices deprecari,& acriter niti ad miſericordam commouendam,& ſic orationem deprecando concludit,vt concluſio videatur ex commiſeratione conſtare. Oſtendendo enim variã fortunarũ commutationem, & in quibus incommodis ſit futurus niſi cauſam obtinuerit enunciando,& ſupplicando,& ſubijciẽdo,ſe poteſtati iudicum quorum miſericordiam captat,& inducendo lachrymas miſerabiles, atque preces filij Flacci deprecando concludit,& adfectus hoc potiſſimum loco effundit,qui vt placet Quintiliano eſt effuſiuus adfectum.

DE ELOCVTIONE.

VLTIMVM EST VT DE RELIqua parte rhetoricæ, videlicet orationis elocutione videamus de qua plane per omnia ſic dicẽdũ, vt eſt dictum ſupra in Pompeiana,& de huius ſimiliter eſt exornationibus perſcrutandum.

COLORES.

EADEM a vobis coniugibus liberis veſtris,&c. Articul' eſt. Vaſtitatem a templis delubris vrbe Italia,&c. Articulus eſt. Vt omnia R.P. ſubſidia,&cæ. Articulus eſt. Si nunquam reipublicæ,&c. Articulus eſt. Hoc tempore hoc inquam tempore,&c. Conduplicatio eſt. De ciuitatis ſtatu de communi ſalute,&c. Repetitio eſt. Pro fugia bonorum præſidia innocẽtum,&c. Articulus eſt. Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem?&c. Repetitio eſt. Item ſubiectio eſt. Niſi hoc loco,niſi apud vos,niſi per vos,&cę. Repetitio eſt. Quid authores? quid duces? quid principes?&c. Repetitio eſt. Prætereo illa quæ prętereunda non ſunt,&c. Occupatio eſt. Multi boni docti prudentes, &c. Articulus eſt. Multi impudentes illiterati,leues,&c. Articulus eſt. Tribuo

eſt. Tribuo illis literas,do multarum artium diſciplinam,& cætera. Diſſolutum eſt. Omnes ſe ſpoliatos vexatos fortunis verſos,& cæte. Articulus eſt. Ad id ſe parat,nihil curat aliud,& cætera. Diſſolutū eſt. Vinci,refelli,coargui,& cætera. Articulus eſt. Comitatum dico immo quantus exercitus,& cętera. Correctio eſt. Authoritatem, gratiam,copias, opes,& cętera. Articulus eſt. Illa vetus quæ quōdam opibus imperio gloria,& cętera. Articulus eſt. Tum bella inutilia ſuſcipiebant,& cętera. Hic eſt repetitio. Adoleſcens bonus honeſto loco natus,& cętera. Articulus eſt. Venit in oppidum gręcorum,& cę. Diſſolutum eſt. Audire temeritatem vulgi audire,&c. Repetitio eſt. Duę rationes conficiendę,& cętera. Diuiſio eſt. Vna ſedent ex accuſatorum ſubſellis ſurgunt,& cætera. Diſſolutum eſt. Bene teſtem interrogauit,& cætera. Diſſolutum eſt. Hi viuunt cum inimicis,& cæt. Diſſolutum eſt. Conſeſſoribus conuiuijs contubernalibus,& cętera. Articulus eſt. Nihil religione teſtatum,& cętera. Hic eſt repetitio. Omnia corrupta libidine iracundia ſtudio precio periurio,& cętera. Articulus eſt. Claſſes predonū vrbis portas,& cętera. Articulus eſt. Suſtulit pacem maritima ſumma virtute atque incredibili celeritate confecit,& cętera. Diſſolutum eſt. Omnis ſinus,promōtoria littora, & cętera. Articulus eſt. Aliud vidit extimauit quocūque tempore, & cętera. Diſſolutū eſt. Sed quoniam de totius communis Aſię,&c. Tranſitio eſt. Vnus Aſclepiades fortuna egens,& cęte. articulus eſt. Teſtarer publicanos excitarem negociatores,& cętera. Diſſolutū eſt. Si prętor dedit,vt eſt ſcriptum a quæſtione numerauit,& cætera. Gradatio eſt. Quæritur grauis locuples ornata,& cætera. Articulus eſt. Nobiſcum eſt confitendum ſi conſilijs principum,& cæ. Diuiſio eſt. Vtrum vultis patris Flacco licuiſſe,nec ne ſi licuit,& cętera. Diuiſio eſt. Vnde humanitas doctrina religio,& cætera. Articulus eſt. Et eorum eadem terra parens altrix patria,& cętera. Articulus eſt. In hominum leuitates inconſtantiam cupiditatem,& cętera. articulus eſt. Quoniamquidem furtum nuſquam reprehendis,& cętera. Diſſolutum eſt. Adferens faciem nouam nomen vetus,&c. articulus eſt. Cur non pergami Smyrnę Tralibus,& cęte. articulus eſt. Ocium te delectat lites turbę,&c. Diſſolutum eſt. Item articulus. Aminthus eſt genere honore extimatione,&c. articulus eſt. Sciunt hoc omnes nobiles,&c. Repetitio eſt. Item diſſolutum. Reſtituat vxorem reddat miſero patri filiam,&c. Diſſolutum eſt. Filiam filiam inquam erumnoſo patri,&c. Conduplicatio eſt. Sed quæro vſu coemptione vſu non potuit,& cętera. Diuiſio eſt. Litemus igitur Lentulo,parentemus Cethego,& cętera. Diſſolutum eſt. Harum rerum authores,duces,principes,&c.

cipes,&c. Articulus eſt,&c. Vis abſit,ferrum ac lapides remoueantur, &c,Diſſolutum eſt.O dij immortales quid hoc miſerius,&c. Exclamatio eſt.M. Aquilium patres noſtri,&c. Exemplū eſt. Aliqua quæ ſequuntur.Dabitur de ducibus authoribuſque conſeruādę ciuitatis, &c.Repetitio eſt. O nox illa quæ pene æternas,&c.Hic eſt exclamatio. Tu tamen Flacce prętor communis exitij nuncios,&c.Repetitio eſt. O nonæ ille decembris,&c.Exclamatio eſt.Similiter parum infra O nox,&c. Miſeremini familiæ iudices,miſeremini fortiſſimi patris,miſeremini filij.&c.Hic eſt color repetitio,

FINIS.

XICHONIS POLENTONI PATAVINI ARGVMENTA SVPER ALIQVOT ORATIONIBVS ET INVECTIVIS CICERONIS,AD IACOBVM DE ALVAROTIS LEGVM DOCTOREM PATAVINVM.

QVONIAM LONGITVDO SCRIPTVRAE STVdioſi etiam ingenium perfatigat,vt in fine aliquando,quod in principio viderit ſit oblitus,placuit ad Tyronum vſum argumenta conſtruere ſuper nōnullis orationibus,& inuectiuis Ciceronis,cū Antonius Luſcus vicentinus orator illuſtris ſuper vndecim iam ſcripſiſſet,genus pręterea conſtitutionem,& diſpoſitionem oſtendere, nō abnegauerim ea potuiſſe ac debuiſſe,tū ad artem,tū ad hiſtoriā explicatius dilatari,ſed me certe ſic arctauit occaſio vt de maximis pauca tetigerim,& veluti pictor,qui anguſta tabella amplitudinem orbis oſtēdat, imaginem grādis rei ſolo paruo ſignauerim,quare ſtatueram hęc

ipſa ceu

ipſa ceu plebeia,ſine principio,ſine nomine exhibere,verũ quia fuiſſe
audio quos nõ pudeat aliena commentaria ſuo nomini arrogare non
perpendentes ſe nimium,atque nimium auidos glorię,multo plus in-
famiæ apud peritos homines quam laudis apud ignaros adoleſcentu-
los promereri . Ipſe mihi conſului ſub aliquo exordio tibi,cu-
ius ſtudium non minus oratorijs quam forẽſibus delectatur,hęc licet
forte minus integra videantur dedicare.Subriderem equidem & ad
iocoſam laudem proculdubio reputarem,ſi quiſquam ex his qui lato
clauo, promiſſo capitio,tuberoſis genis tumefacti ſe maximos Rheto
res ambiunt appellari,aliqua mea veluti a ſe perfecta in publicum ſe-
minarent. Tu vero compater optime frueris argumentis iſtis, & ea,
qualiacunque ſint,habebis a me non a quoquam alio emanaſſe.

¶ARGVMENTVM SVPER ORA-
tione qua Tullius reuocatus ab exilio ſenatui
Romano gratias egit,quæ incipit, ſi patres
conſcripti.&c.

RHETORICORVM princeps Marcus Tul-
lius Cicero Arpino ex opido oriundus Romã vr-
bem tum orbis habenas imperij vnici cõtinentem
ſeſe contulit.In qua vrbe quãquam aduena,& hu-
milis genere haberetur,ad maximos tamen magi-
ſtratus,& honores aſcendit. Cum autem ſuſurrare
tur plurimũ de cõiuratione Catilinæ,quã Fuluia
mulier(vt teſtatur Saluſtius)inhoneſta,ſed vtilis Romano po.ob in-
ſolẽtiam Curij concubinarij ſui propalauerat, populus Romanus ac
cenſus eſt ad conſulatum mandandum Marco Tullio Ciceroni,nam
antea nobilitas ęſtuabat,& quaſi pollui conſulatum credebat,ſi quis
quamuis egregius homo nouus adeptus foret,ſed vbi tantæ cõiuratio
nis periculũ aduenit,poſtpoſitis inuidia atque ſuperbia creati ſunt cõ
ſules.M.Tullius, & Antonius,erat enim tum conſulatus dignitas
in vrbe maximus magiſtratus,at collegam ſuum Antonium nequid
contra Rempublicam ſentiret pactione prouincia pepulit. Prudenti
itaque diligentia ſua Cicero Catilinam expulit, expulſum deleuit.
Coniurationis principes Lentulum qui Patricius,& clariſſima gente
Cornelia conſulare ipſum imperium quo tunc Cicero eminebat
habuerat,tum vero prætor erat,ac Cethegum,Statilium,Gabinium
Cepariũ carcerauit,carceratis demum per iudices rerum capitalium
laqueo gulam fregit, quibus tantis viris nobiliſſimis infami mor-

te ſublatis ea res quãquam rempublicã liberaſſet, Ciceroni tamẽ multas, & maximas conflauit, nam finito conſulatus officio authoribus P. Clodio Ceſonio Caluentio, Gabino L. Piſone, & aliis qui tũ reipublicæ reſidebãt Cicero in exilium datur, bõna eius publice diripiunt, domus eius diruitur, dirupta in religionis porticum ſub libertatis ſimulacro conſecratur. Expetebant enim ab eo Catilinam Cethegum, & reliquos veluti quos ipſe odio non iure necaſſet promulgauerant, quod nunquã Cicero ad patriã rediret niſi prius illi quos tam crudeliter (vt agebant) necauerat reuiuiſcerent, volentes eum perpetuo exulare, cum impoſſibile homini humano ſit a mortuis reſurgere, verum & illorum crudeli, & iniquo magiſtratu exacto Cicero multo maiori honore & lætitia reuocatus eſt quam dedecore, & dolore pulſus fuerat quamobrem ne ingratus tanti beneficij videretur in pleno ſtatu omnibus in genere, & ſingulis in ſpecie, qui ſalutem ſuam operati fuerant, hac inſigni oratione gratias refert, innocẽtiam ſuam perfidiam æmulorum ſenatus totius populi Romani, ac demum vniuſcuiuſque qui repatriationi cauſam dederant beneficium commemorans dicit quoque confutando iniurijs obliuiſci malle, cum ſatis ſibi futurum ſit nõ ſolum ad referendam, ſed ad commemorandam gratiam eorum quorum beneficio, & virtute reſtitutus eſt. Dicit etiã ſe maluiſſe furori cõſulis, & Tribuni plebis æmulorum cædere quam reſiſtendo periculum in Rep. ponere. Eſt itaque hæc oratio conſtituta in genere demõſtratiuo, cum vituperet eos a quibus relegatus eſt, & laudet eos a quib9 reuocatus eſt. Conſtitutio eſt coniecturalis. Diſpoſitio autem non ab artis inſtitutione, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo enim ponit exordium, ſecundo confirmationem interpoſitis aliq̃b9 narratiũculis. Vltimo ponit cõcluſionẽ ꝑ enumerationẽ.

ARGVMENTVM ORATIONIS quæ incipit. Quod præcatus a Ioue optimo maximo, &c. qua Cicero ad Quirites ſeu populum Romanũ innocẽtiã ſuã excuſans de reſtitutione ſua in patriam gratias agit.

CICERO SICVT IN ARGVMENTO præcedentis orationis qua ad ſenatum gratiarum actiones commemorans quantum ab vniuerſo ſenatu, quãtum a ſingulis pro eius reſtitutiõe operatum fuerit dictum eſt, ſic & in iſta quoque notabili oratione, & diuina pene eloquẽtia apud Quirites ſeu

tes,ſeu populum Romanum excuſat ſe dicens nõ eius culpa,ſed odio
damnatum exilio fuiſſe,& vt magis augeat beneficium,& vt exilium
ſibi commodum fuiſſe oſtendat,dicit quod non ſenſerat prius ſicut
poſtea ſenſit,quam iocundum foret frui patria fratre cæteriſque ami-
cis & fortunis ſuis,& quod intellexit magis carendo quam fruendo
quid haberent voluptatis,quodque honos,dignitas,locus,ordo,bene-
ficia,quãquam ſibi ſemper cariſſima viſa fuerint,tamen ea nũc remo
ta illuſtriora videntur,quam ſi ſublata ſibi ſeu obſcurata non fuiſſent
Dicit quoque nedum ſibi,ſed nemini fuiſſe tantam eloquẽtiam qua
magnitudinem multitudinemque beneficiorum quæ ad eum fratrẽ
ſuum,& liberos contulerunt,non modo augere,aut exornare oratione
ſed enumerare poſſet,commemorat etiam & auget beneficia P.R.in
eius optata reſtitutione,innocentiam quoque ſuam oſtendit dicẽs nõ
exulaſſe reatu ſuo,ſed quia egerat cõſeruandæ ciuitatis cauſa,quæ im
probi homines noluiſſent,quodque Cicero frater & G.Piſo gener nõ
improbauerunt gratiã a populo pro eo quod exularet aliquo crimi-
ne,ſed propria virtute authoritate ſenatus reſtitutus eſt,cum ſibi non
fuerit multitudo propinquorum,vt fuit P.Pompilio,& Quinto Me
tello,qui tribuniciјs rogationibus nulla authoritate ſenatus reſtituti
ſunt,neque ſibi fuerunt armatæ vires,vt Gneo Mario,qui non modo
a ſenatu , ſed oppreſſo ſenatu reſtitutus eſt, & quod ipſe Cicero cer-
tare armis cum potuerit noluit,quoniam & vincere & vinci luctuo-
ſum reipublicæ fore putauit , confutat etiam ſeu remouet quod
de eo timeri poſſet,cum læſus quiſque ad vindictã tendat,dicit certe ſe
futurum fidelem,vt ſemper fuit,atque nullatenus vindictam quæſi-
turum,hæc igitur oratio eſt in genere demonſtratiuo,conſtitutio cõ-
iecturalis eſt,diſpoſitio vero non eſt ab artis inſtitutione profecta,ſed
ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata.Nam primo ponit
exordium per quod,quia genus eſt dubium,captat beneuolentiam,de
inde confirmat.Poſtremo concludit per enumerationem.

¶ARGVMENTVM ſuper oratione quæ incipit. Cum multa
diuinitus,qua reſtituendam ſibi domum eius per Clodium conſecra
tam ad pontifices perorauit incipit.

QVABVS VTI EX PRAEMISSIS ORA
tionibus oſtenſum eſt Ciceroni ex eo ꝙ patriã a cõiuratio-
ne Catilinę ſeruauit,multi ęmuli ſuccreuerunt,inter quos
P.Clodius Tribunus plebis conſenſu conſulum ei interdi
xit,ne in ſenatũ iret,atque poenã ſtatuit illis qui ſibi in aliquo ſubue-
nirent, diripuit quoque bona ſua,domum autem eiectis vxore,& fi-
lijs funditus diruit,& ad perpetuæ ignominiæ memoriam diruptam

 in porticum

in porticũ ſimulacro deæ libertatis conſecrauit. Verũ Ci.& ſi(vt ait) potuiſſet armis furori tribunitio reſiſtere, ꝓ cõmodo tamẽ Reipublicæ, vt exul cedere maluit, tãdẽ cũ caritas nedum, ſed fames frumenti iſto P. Clodio authore orta omnẽ ciuitaten oppri meret, totius populi cõcurſu, & authoritate ſenatus Cicero veluti qui ſumma prudẽtia ſemel patriã ſeruauerat, & qui poſſet huic caritati remediũ inuenire reuocatus eſt, & integre ad ciuilitatẽ, & ad honores reſtitutus. In ſenatu autẽ rogat⁹ de annonæ grauitate ſentẽtiã dicere onus huiuſmodi ꝓuiſiõis impoſuit G. Põpeio, q̄ ſua integritate annonæ ꝓuideret, petijtq; a ſenatu domũ ſibi religionis vmbra ſurreptã reſtitui. Porro P. Clodius cõtra obſtabat nõ debere reſtitui, accuſabatque eũ ꝙ extra ordinẽ impoſuiſſet onus annonæ Gn. Põ. ſenatus vero ex ſentẽtia M. Bibuli delegauit hãc queſtionẽ de reſtituẽda domo collegio põtificũ, corã quib⁹ P. Clodius vti ex hui⁹ orationis breuis elicit prius verba fecit, deinde Cicero hac egregia oratione reſpõdit diluẽdo primũ obiecta. Deinde oſtẽdẽdo ſibi domũ debere reſtitui, nec potuiſſe iure cõſecrari, neq; cõſecratã eſſe, orans põtifices non patiantur eũ quẽ P. Clodius & omnes boni cuſtodẽ patriæ iudicaſſent, pati eandẽ pœnam qua adficiuntur reipublicæ euerſores, ſcilicet domũ ſuã taliter ſub religione teneri. Hæc itaque oratio longa, & pene diuinitus exornata in genere iudiciali conſtituta eſt. Nam continet excuſationem ſeu defenſionẽ Conſtitutio autem multiplex eſt, ſed principalis videtur iudicialis adſumptiua, interponit etiam ſuſpitiones quaſdam ex conſtitutione coniecturali, quare putent pontifices domum eius non iure, ſed præter inſtituta, & odio conſecratam. Diſpoſitio eſt non ab inſtitutione artis ꝑfecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo quidem ponit exordium ſeu inſinuationem. Nam cum turpe videri poſſit domum dijs immortalibus cõſecratam repeti, & etiam cum auditores, vti aduerſarius dixerat, ſibi irati viderentur, & eorum animus eſſet ab aduerſario perſuaſus, vtitur inſinuatione captans beneuolentiam ne qua pars turpitudinis ſibi obeſſe poſſet, deinde diuidit aperiens in quibus non conueniat cum aduerſario, exponenſque res de quibus ſit principaliter dicturus ad purgationem ſui, repercutiens in aduerſarium obiecta in ſe, tandem illam purgationem cõcludit per enumerationem, demum poſt purgationem venit ad cauſam prĩcipalem de domo ſibi reſtituenda, oſtendens eam nullo iure ſacratam, & ibi etiam prius diuidit petens veniam de tam multis dictis extra cauſam & pollicetur ſe inde pauca dicturum, poſtremo concludit per commiſerationem.

¶ Argumentũ

¶ARGVMENTVM ORATIONIS quæ.incipit.Si quis iudices,& cætera.qua Tul= lius M.Cęlium de veneficio accuſatum co= ram iudicibus defenſauit.Incipit.

CRIMINATVR MARCVS CE=
lius claræ indolis,& diſcipulus Ciceronis per
Atratiuum Lucium Herēnium,& Balbum,
quod a Clodia,quę erat ſoror Publij Clodij &
nupſerat Quinto Metello, aurū mutuo ſump
ſiſſet,& ei poſtea ne reddere cogeretur vene=
num per Licinium paraſſet,proptereaque cor
rumpere ſtuduiſſet ſeruū Clodiæ,ſed cum id
ſerui Clodiæ reuelaſſent Clodiam ordinaſſe
ſeruis,locū darent Licinio ad balneas Baianas,
& clam miſiſſe amicos qui Licinium cum traderet ſeruis Pyxidē ve=
neni in manifeſto delicto comprehenderent,at vero dicunt accuſato=
res Licinium amicorum Clodiæ inſidijs patefactis dimiſſa pyxide e
manibus aufugiſſe,ad probandum crimen adducūt quod Marcus Cę
lius ſit iuuenis laſciuus,impudicus,ſpecioſus,receſſerit a patre,domū
ſibi emerit,fuerit vnus ex conſcijs coniurationis Catilinæ , verbera=
uerit ſenatorem , vxores aliquorum de nocte a cœna redeuntium
attraxerit. Erāt itaque accuſatores pro Clodia multi ſed infeſtior erat
Attratinus,quoniam M.Cælius patrem illius crimine ambitus in iu
dicium vocauerat,vnde ſub pietatis ſpecie indixerat,iudices etiā die=
bus feſtis & ludis hanc cauſam audirent. Contra vero has accuſatio=
nes Cicero.M.Cęlium familiarem,& diſcipulum ſuum , & dicendi
arte peritum defendit hac oratione elegantiſſima, in qua mirabiliter
diluit,& confutat crimina obiecta per aduerſarios,oſtendens patentiſ=
ſimis coniecturis M.Cęlium non eſſe reum,demum contra Clodiā
veniens dicens ſibi turpe muliebres inimicitias agere,introducit ve=
luti ab inferis quendam cæcum , qui pro eo loquens mulierem ob=
iurget . Exinde introducit etiam fratrem quendam minorem
ipſius Clodiæ , qui ab ea quærat cauſam cur Marcum Cæli=
um accuſari voluerit . Excuſat etiam curſum iuuenilis vi=
tæ,dicens ferendū eſſe ſi iuuent⁹ nō parcat pudicitiæ ſuæ,ſi tamē nō
ſpoliet alienam,nō effundat patrimonium,non inferat opprobria ca=
ſtis labē,integris,infamiā,bonis ſi poſitio aliquē interimat,ſi nō inter
ſit inſidijs,ſi careat ſcelere , ſi reuocet ſe aliquādo ad curas rei domeſticę

& rei forenſis, vti fecit M. Celius cui ineſt ratio bonis artibus inſtitu=
ta, & cura ac vigilijs elaborata. Oratio quidem iſta eſt in iudiciali ge=
nere conſtituta. Nam continet defenſionem. Conſtitutio eſt coniectu
ralis. Diſpoſitio autem eſt non ab inſtitutiõe artis profecta, ſed ad ca=
ſum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo ſiquidem ponit
exordium per quod cum cauſę genus honeſtum ſit multũ nititur cir=
ca ea quæ in exordijs requiri ſolent. Deinde vtitur diuiſione, deinde
confutat quę ad cauſam faciunt in ſpeciali de auro ſumpto, & veneno
parato. inſerit etiã narrationem breuem, ſimplicem, dilucidam, ꝑ quã
exponit cum attenuatione accuſationem, demum venit ad concluſio
nem, ſed finis deeſſe videtur.

¶ ARGVMENTVM SVPER ORATIONE

quę incipit. Si authoritates patronorũ, &c. quã Cicero pro. L. Corne=
lio Gaditano de illegitima ciuilitate accuſato ad iudices habuit.

LVCIVS CORNELIVS Hiſpanus
gente, Gaditan⁹ patria, vir armis, & fide pro=
batus in pręmiũ virtutis a Gneo Põpeio im=
peratore ſeu cõſule Romano, ciuilitate vrbis
donatus, & G. Cęſare pręfectus fabrũ creat⁹,
verũ gloriæ ipſius, & honoris æmuli nonnul
li effecti ſunt, vnde accuſatus eſt iudicibus, ꝙ
nactus ciuilitatem fuerit cõtra leges, & fœde
ra. dicit tamẽ accuſator Gneũ Pompeium do
naſſe eum nõ ſciẽter ſed ignoranter, cum ne=
ſciuerit id legibus prohiberi. At vero defenſores eius fuerunt Gn. Põ
peius veluti qui amicus, patronus, largitor fuiſſet, & M. Craſſus ami=
ciſſimus ſibi, ac demum M. Cicero qui eum hac elegantiſſima oratio
ne defendit, oſtendens Gn. Pompeium ſciuiſſe leges, & ei licuiſſe do=
nare, & leges non obſtare, & cætera. Eſt itaque hæc oratio principali
ter in iudiciali genere conſtituta, incidit tamen etiam genus demõſtra
tiuum cum Gneum Pompeium, & Lucium Cornelium laudet, poſ=
ſet etiam dici quod incidat genus deliberatiuum, cum dicat L. Corne
lio inimicari multos non propter Lucium Cornelium, ſed quia ami=
cus ipſius Ciceronis ſit, & ſuper eo coſulat prouidendum. Conſtitu=
tio autem eſt iuridicialis abſoluta, cum dicat iure donatum. Eſt eti=
am adſumptiua per remotionem criminis, cum dicat a Gneo Pom=
peio donatum. Eſt item legitima ex ſcripto & ſententia cum de
interpretatione legum agat, intercurrit cauſæ conſtitutio conie=
cturalis

ctuhralis cum oſtendere nitatur eum accuſari odio, & inuidia non per proprios ſuos, ſed per amicorum ſuorum æmulos. Diſpoſitio vero eſt non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Primò eñ exorditur. Secũdo diuidit. Tertio confirmat iure donatũ. Quarto intermiſſa etiam captatione beneuolẽtiæ & diuiſione cõfutat aduerſarij interpretationem legum, demum concludit per commiſerationem.

ARGVMENTVM SVPER ORATIONE que incipit Heſterno die, quam Tullius reſponſi interpretationẽ factam per. P. Clodiũ falſam fore, ſed periculum Reipu. præmonſtrare oſtendit.

HIC ILLE PVBLIVS CLODIus qui Tribun⁹ plebis cõſenſu Piſonis & Gabini conſulũ, vt ex precedentibus argumentis & orationibus premonſtratur Ciceroni ſenatum, & cõmunionẽ ciuium interdixerat, bona ei⁹ vxorem, & filijs excluſis diripuerat, domum diruerat, diruptam in porticũ deæ libertatis cõſecrarat, & ne reſtitueretur, neq; reedificaret quãtũ potuit obſtiterat, cũ ſenatus authoritate cõſenſu populi Cicero reſtitut⁹ foret, & eius domũ liberã fore ab omni religione pontifices iudicaſſent, contentionẽ habuit in qua dixit ſtrepitũ cũ fremitu in agro latino auditum eſſe, quẽ ex reſtitutione conſecratæ domus religionem violatam ſignificare ex aruſpicum reſponſo dicebat, queſtus quoque multum eſt religionẽ taliter polutã reſtitutione illius domus quã ipſe proprijs manibus conſecraſſet. Demum etiam frequenti ſenatu qui equitibus Romanis dabatur impedire cauſam publicanorum voluit, & minatus eſt tacita voce Ciceroni, quare ex curia eiectus fuit, verũ quia eiectione iſta nõnulli arbitrabatur Ciceronẽ vehementius quã ſapiẽti homini cõuenire elatũ, & aduerſus illũ inimicũ ſuũ nimiũ iratũ fore. Cicero ad excuſationẽ ſui, & ad accuſationẽ æmuli hanc elegantiſſimã, & ornatiſſimã orationem recte Tulliana eloquentia confertam ad ſenatum habuit, per quã dicit ſe iratũ duob⁹ ſcilicet Piſoni & Gabino, q cõſules eum quem defendere debuiſſent arbitrio, & furori emuli ꝑdiderũt, nõ aũt ſe iratũ P. Clodio cũ ipſum puniendum dimittat Tito Annio, cui deuota & cõſtituta hoſtia ipſe Clodius videatur. Nititur quoque oſtẽdere quã ridiculoſa fuerit illa cõtio in qua is de violata religiõe cõqueſt⁹ ſit, q violator religiõis, &

impudicæ vitæ ſemper fuerit. Nititur quoque oſtendere illum ſtrepitum non ſignificare violationem religionis, ſed præmonſtrare mutationem ſtatus ex diſcordia optimatum, & ita aruſpices reſpondiſſe, eamque commutationem timendam eſſe ob ſceleratam mentem. P. Clodij, & propterea conſulit prouidendum eſſe ne ſtatus reipublicæ commutetur, & conſtituendas eſſe dijs precationes, & obſecrationes quemadmodum ex reſponſis aruſpicum monentur, hæc quidem oratio eſt in genere deliberatiuo. Conſtitutio eſt legitima ex controuerſia ſcripti, & ſententiæ, ſcilicet reſponſi aruſpicum. Eſt etiam cōſtitutio coniecturalis. Diſpoſitio eſt non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Primò enim exorditur. Deinde narrat Tertio cōfirmat primam partē intentionis ſuę. Poſtea ſecundam, demū concludit per amplificationem.

¶ ARGVMENTVM SVPER ORATIONE quæ incipit. Si quando inimicorū, & cætera. quā Tullius pro ſeipſo in exilium cedente metu. P. Clodij ad ſenatū, & milites habuit.

CICERONI, TVM QVIA NOuus homo, & alienigena virtutum meritis, & ciuilitatem, & ad ſummos magiſtratus aſcēderat, tum quia in conſulatu ſuo extinxerat flammam quæ reipublicæ ex coniuratione Catilinæ vehemētiſſime imminebat, multi odio & inuidia inimici conflati ſunt, quorum acerrimus. P. Clodius fuit. Hic namque & communionem, & ſenatum interdixit ſibi ita (vt ipſe ait) non accuſatus, ſine iudice, ſine teſte, ſine crimine, ab æmulo pulſus ſit. Quare iſta elegantiſſima oratione populi Romani animos nititur concitare ad cōprimendum furorem. P. Clodij Tribuni plebis, qui nō modo ad ipſius Ciceronis, ſed ad totius reipublicæ perniciem talia permolitur, dicit tamen ſe cedere malle omnium ſalutis cauſa quā manus cōſerant inter ſe. Orat quoque, & deos immortales, & ſenatū, & equites vt ei qui ſua virtute rempublicā ſaluam fecit auxilio ſint, & eius liberos, & neceſſarios recipiant, & defendant. Sunt tamen qui hanc orationem Tullianam eloquentiam non ſapere ſuſpicentur. Verum quicunque fuerit author ipſa in genere deliberatiuo conſtituta eſt. Conſtitutio eſt coniecturalis. Diſpoſitio vero non eſt ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris

ris iudicio accommodata. Primum ſiquidem exorditur in genere honeſto. Secundo confirmat intermixta etiam aliqua confutatione. Demum concludit per commiſerationem.

¶ ARGVMENTVM SVPER ORATIONE quæ incipit. Si quis ante iudices,&c. Qua Cicero defendit coram iudicibus. P. Sextium de ſeditione per P. Clodium accuſatum.

PVBLIVS CLODIVS QVI TRIbunus plebis homo, vt vult Cicero facinoroſus permittentibus. L. Piſone & Gabino conſulibus quorum alter negligens & lautus, alter horridus, & ſimulatus erat, omnem ſtatum reipublicæ peruertit, cum bonis ciuibus, qui plurimum poſſent noua, ſed falſa crimina dietim opponeret, in Ciceronem etiam contra fidem datam Gn. Pompeio tandem exarſit, eumque dirupta domo, direptis bonis, excluſis vxore, & filijs ciuitate pepulit, cũ eius furorem ſi voluiſſet Cicero reprimere potuiſſet. his motus Gn. Pompeius, qui virtute ſua imperium populi Romani orbis terrarum terminis diffiniſſet, ſenatũ habuit, quẽ ſua authoritate rogauit, decerneretur quod Ci. remaneret, Quare. P. Clodius conſiliũ inijt interficiendi Pompeij, patefacto autem conſilio Gneus Pompeius tandiu incluſus domi fuit, tandem ſuffragio. P. Lentuli. L. Cottę, Milonis, & aliorum bonorum virorum referentib9 octo tribunis decretum eſt Cicero repatriaret, pro cuius ſalute miſſus eſt. P. Sextius ad Gneum Cæſarem tunc in Gallia bella gerentẽ. Nã P. Clodius ſeminauerat hoc ſe facere conſenſu Cæſaris. Cn. Pompeij & M. Craſſi. Cum autem dies conſilij habendi veniſſet, & P. Clodi9 in iſtos arma paraſſet Qu. Fabricius amicus Ciceronis, & P. Sextius qui etiam tribunus plebis erat aggregata manu ſeruorũ multa nocte taciti Caſtoris templum occupauerunt, & ibi aduerſariorum conſilia ſcrutabantur. At P. Clodius præoccupatus foto, & curia in amicos Ciceronis impetum fecit. Ibi occiſis vulneratiſque multis. P. Sextius adeo vulneratus eſt, vt pro mortuo relictus in templo vix euaſerit, pręterea accuſauerunt Clodiani P. Sextium & Milonem quos prius defendit Hortenſius, qui ſua Oratione crimina diluit, demum Cicero hanc orationem pto eis ad iudices habuit. Quæ oratio eſt in genere iudiciali conſtituta. Incidit tamen genus demoſtratiuum. Conſtitutio eſt coniecturalis. Diſpoſitio eſt nõ ab artis inſtitutione profecta, ſed

ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata.

❡ARGVMENTVM ORATIONIS QVAE incipit. Si tua tantummodo Vatini, &cæ. quam Cicero contra Vatinium falſo teſtificatum habuit.

GENTIS ROMANAE ORIGINE ſed non vitæ integritate Vatinio colloquium cũ Albinouano, & T. Claudio habuit, eis conſilium dedit accuſarẽt P. Sextiũ, T. Corneliũ, & T. Annium, quod ad tutelam Ciceronis nocte amicorũ, & ſeruorum manu collecta in tẽplo Caſtoris impetum feciſſent in P. Clodium Tribu. Plebis, cuius odio Ci. exulauerat, nec obſtante quod patrocinator in conſulendo accuſatoribus fuiſſet, & teſtis adductus calcato veritatis dicẽdæ iuramento negauit ſe conſuluiſſe, & colloquium habuiſſe. Pręterea qm̃ Ci. accuſatos defenderat, Vatinius maledicebat Ciceronem, quod tyrannice quodammodo viueret, nitereturque potentia opprimere bonos ciues dicens multum diſplicuiſſe bonis accuſatos per Ciceronem fuiſſe defenſos, pluraque alia diſſeminabat Vatini9 in Ciceronem, vt in odium ciuitatis induceret. Cicero autem coram L. Lentulo flamine Martiali iudice hac elegantiſſima oratione oſtendit Vatinium cõſultum conſcium inſtructorem, & ſubornatorem accuſantium periurumque fuiſſe, ſe vero defendiſſe amicos iure, & conſenſu bonorum ciuium, a quibus potiſſime impellitur. hanc orationem habere ad frangendam audaciam, & retardandam loquacitatem Vatinij, licet ex ſententia ſua ſtatuiſſe ſilentio præterire, cũ Vatinij vitæ turpiſſime qualitas non mereretur talem reſponſorem habere. Aperit, quoque quã ambitioſus ſit Vatinius poſtulãdo ſe Prætorem fieri, quam audax in conuocando conſilium contra leges, quam nepharius in magiſtratu & quatenus, ipſum in odium audientis inducat, & nomẽ tyranni oſtendat, non ſibi ſed Vatinio conuenire. Memorat hunc Vatiniũ opprimere voluiſſe vectij iudicio ipſum iudicem L. Lentulum, nec nõ L. Paulum ipſum Tullium Gaium Piſonem generum ſuum M. Laterenſem, demum ne veſtigium corrupti iudicij appareret, occidiſſe vectium. Meminit quoque quæ in Q. Arij epulo fecerit. Itẽ quod præter vrbis morem legatum ſe fecerit geſtum legati iniuſſu ſenatus adſumpſerit. quod leges latas ab alijs quam a ſe non putet, quod dicat ſe auxilio Cæſaris amici ſui omnia etiam inuitis dijs & hominibus

conſecuturum

conſecuturum,quod ſeipſum hac opinione decipiat,cum interrogatus Cæſar apud Aquilegiã quid de quorumdam magiſtratu ſentiret, de Vatinio dixerit Vatinum gratis nihil feciſſe,cum omnia in pecunia poſuiſſet,& propterea amore carere debere. Iſta igitur oratio licet videatur eſſe in genere iudiciali,magis videtur in genere demonſtratiuo verſari. Conſtitutio quidem coniecturalis eſt. Diſpoſitio autem eſt non ab artis inſtitutione profecta,ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Exorditur enim primo. Secundo narrat. Tertio vnũquodque in ſe obiectum particulariter confutat & diluit, atque eadem omnia repercutit,& confirmat in Vatinium eſſe. Vltimo vero propoſita amplificatione concludit ꝑ enumerationem.

¶ARGVMENTVM ORATIONIS QVAE incipit. Si quis veſtrum. P.C.& cætera. quam Cicero dicere ſententiam rogatus de ſortiẽdis ꝓuinciјs, habuit ad ſenatum.

IN DECERNENDIS PROVINCIIS cum Romano in ſenatu diuerſæ ſententiæ haberentur rogatus Cicero ſententiam dicere conſuluit remouẽdos eſſe L. Piſonem, Gabinum,& Ceſonium Caluẽtium,qui conſulari imperio Syriæ & Macedoniæ præſidebant, Gn. autem Cæſaris imperium in Gallos propagandum. Nam vt ipſe ait illorum auaritia turbati Barbari prouincias populabant,adeo,vt Bizantij poſiti in gremio Romani imperij oppidum relinquere,arcẽ munire cogerentur,atque ſpoliati a conſulibus populi etiã ſupermiſſo in hyberna exercitu,& miniſtris ſcelerum grauarentur,adeo vt C. Caluentius niſi Vergilius legatus vir bonus & innocens obuiaſſet etiam inſignia e tẽplis omnia diu ſanctiſſime cuſtodita abſtuliſſet,propterea ſenatus eorum literis indicantibus res per eos bene geſtas non credi ſtatuiſſet, ꝓhibuiſſetque ſupplicationes pro eis fieri. Nam & exercit9 omnis vix ad vnum vſque eorum culpa deletus fuerat. Illas itaque prouintias deinceps gubernari prætores conſulit,& imperium illis minime propagari,cum ex interpoſitione temporis ciuium calamitas, ſociorum erumna, ſceleratiſſimorum hominum impunitas propagetur. Ac vero Cæſar gẽtes Gallicas quas priores imperatores reprimere potius quam domare ſtuduerint,bello vix perfecto ſub ditione Romana poſuerit. Nam ſubactis cæteris gentibus hæc vna gens reſtabat,prætereq̃

ab oceano

ꝙ ab oceano vſque ad vltimum Pontū omnia tanquam vnum aliquē portum tutum & clauſum Romanus populus poſſidebat, prꝗterea periculoſum reipublicæ ſi Cæſari bellum Gallicū conſummare volenti ſucceſſor quiſpiam mitteretur, quinimmo ſi redire vellet cogēdum fore, meritumque tum dicit honoribus quibus ipſius ſententia ſenatꝰ inierat ſupplicationem, videlicet quindecim dierum, dandum item illi ſtipendium quo exercitum tenere poſſit, verum ne quemquam in admirationem ducat quod illos remouendos, hunc cōfirmandum dixerit, explicat ſe id ratione reipublicæ dicere, non autem ob cauſas amicitiæ, vel odij quas aut cum illis, aut cum iſto gerat. Huius itaque orationis licet genus demonſtratiuum ex laude, & vituperatione videatur eſſe, tamen principalius deliberatiuum eſt. Conſtitutio coniecturalis. Diſpoſitio non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Nam primo exorditur in genere dubio, ſecundo diuidit. Tertio confutando aduerſariorum ſententiam confirmat & concludit illos ex Syria & Macedonia reuocandos. Deinde confutat opinionem dicentium Galliam, aut vlteriorem, aut citeriorem cum Syria coniungendam, vt Cæſari prouincia tolleretur, & confirmat ei propagandum imperium, vt bellum incœptum perficiat, Demum explicans quam rationem amicitiæ & odij habebat confutando concludit per amplificationem.

¶ ARGVMENTVM SVPER QVATVOR inuectiuis quarum prima incipit. Quo vſque tandem abutere Catilina, & cætera, quas Cicero tum populi Romani conſul contra Catilinam in Rempublicā cōſpirantem habuit.

LVCIVS CATILINA TESTE Saluſtio Criſpo, qui coniurationē huiuſmodi ſcripſit nobili genere natus fuit magna vi animi & corporis, ſed ingenio malo prauoque Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, rapinæ, cædes, diſcordia ciuilis grata fuere, ibique iuuentutem exercuit, corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ fuit ſupra quam credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, varius, cuius libet rei ſimulator, ac diſſimulator, alieni appetens ſui profuſus

ſui profuſus,ardens cupiditatibus,ſatis eloquentiæ,ſapientiæ parum vaſtus animus,immoderata,vel incredibilia,& nimis alta ſemper cupiebat,hunc poſt dominationem L.Syllæ libido maxima inuaſerat R.P.capiēdæ,neque id quib9 modis adſeq̄retur dū ſibi regnū pararet quicquā pēſi habebat. Agitabaȓ magis atq; magis animus indieſque ferox inopia familiaris rei,ſcelerum conſciētia quæ vtraque his artibus auxerat,quas ſupra memoraui,incitabant eum præterea corrupti mores ciuitatis,quos peſſima ac diuerſa mala inter ſe luxuria atque auaricia vexabant,corrupta namque in ciuitate ratus eſt id quod facillimum factu erat omnium flagitioſorum atque facinoroſorum circū ſe tanquam ſtipatorum catemas habere,his amicis ſocijſque confiſus opprimendæ reipu.conſilium cæpit,ad hoc quietis rebus ipſi conſulatum petendi magna ſpes fuit,ſed pecuniarum repetundarum. probatus reus cōiurauit de arripiendo dominiū quod Fuluia nobilis mulier inſolentia.Q.Curij conſocij cognitum propalauit,quo accenſis patrum ſtudijs M.Tullius.Gn.Antonius conſules declarantur.At Tullius cui vrbs euenerat ad euitādum illius dolos & aſtutias,& perquirendum illius conſilia vigilauit,tandem manifeſta re apud P.C. publico in ſenatū Catilinam pręſentem inuehit monetque,vt ex prima inuectiua liquet vrbe diſcedat.Inde per ſecūdam inuectiuam milites ſeu Quirites in Catilinam hortatur,monetque ſi qui ſunt coniurationis complices abeant,ad Quirites item per tertiam qualiter conſpirationem nouerit manifeſtat,rogatque grates agāt dijs,& is dies perpetuo celebretur.Demum per quartam ſenatum conſulit quid de cōplicibus captis agendum.Sunt itaque hæ quatuor inuectiuæ in genere demonſtratiuo inquantum Catilinam vituperat,ſunt etiam in genere deliberatiuo inquantum conſulit.Conſtitutio videtur generaliter coniecturalis. Diſpoſitio vero eſt non ab artis inſtitutione profecta,ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata.

ARGVMENTVM SVPER CONqueſtionibus,ſeu inuectiuis habitis inter Saluſtium,& Ciceronem,quarum prima icipit.Grauiter & iniquo animo,& cætera.

Saluſtius

gratulabor ampliſſime quidem,& argumenta poſuit,& partes tetigit, & ad digitum colores oſtendit. Has meas ineptias,qui leget irridebit fortaſſe & me quem ignotum alioquin prudentem cenſabat, hoc iſto vno certior factus dementem dicet,ſed ſic experiendum ingenij cupido fecit,atque neceſſitas ipſa coegit, vt hæc iſta argumēta in eas orationes in quas,neque Luſcus,neque doctus quiſquā ſcripſerat pro viribus amplecterer. Tu alia ſi non ſatiſfecerint iſta guſtui tuo gratiora compones. Verum hæc ſic a me quantalibet emanata licet vti ſi ex ingenti cumulo auri non omnem quantitatem,ſed pro loculi capacitate delegerim minus orationis proprie ſingulatim fuerint ante lecta ſtudioſis nouitijs reor intellectum aperient,& ingredientibus aditum faciliorē oſtendent. Patauij ex ædibus ſolitæ habitatiōis. M.cccc.xiij.

Imprimebantur LVTECIAE hæc Aſconij Pædiani,& Georgij Trapezuntij, Antonij Luſchi, Xicchonis Polētoni in Orationes M. Ciceronis commentaria impendio ac ære Conradi Reſch, Induſtria vero & arte Petri Vidoæ, Anno ab orbe redempto. M.D. XX. ad Reſurrectionem dominicam.

Regiſtrum Chartharum.

ij.	iij.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.
☞.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.	I.	K.	L.	M.	N.	O.
iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iii.	iiii.	
P.	Q.	R.	S.	T.	V.	X.	Y.	AA.	BB.	CC.	DD.	EE.	FF.	